DE his qui annuatim ad ciuitates pertinent, ciuilibus redditibus, aut prouentibus, ex publicis, vel priuatis pecuniis à quibusuis ipsis aut relictis, aut donatis, aut aliter † inuentis, aut vindicatis, & quæsitis: siue in opera, siue in rem frumentariam, siue in publicum aquæductum, siue in calfactiones balnearum, siue in portus, siue in murorum, aut turrium extructiones, siue in pontium, aut viarum stratarum reparationem, siue simpliciter in ciuiles vsus profecturos, siue ex publicis, siue ex priuatis, vt dictum est, cautis: Sancimus in vnum conuenire Deo amabilem Episcopum & tres bonæ existimationis ciues reliquis omnibus præstantiores in ea ciuitate, & quotannis inspicere opera facta, & curare vt metiantur, & rationes conficiant, qui talia administrant, aut administrarunt, & ex confectione monumentorum ostendere impleta fuisse opera, aut administrata fuisse frumentarias pecunias & balnearia, & eas, quæ ad sternendas vias, & aquæductum, aut alia quælibet eiusmodi pertinent: quæ omnia integra, & imminuta in perpetuum esse volumus. & ex confectione monumentorum apparere, an à rationibus liber sit, qui hæc administrauit: vel si obligatus inueniatur, an debitum reddiderit: & sic securus erit, qui eius rei curam habuit. Mittemus etiam, quoties nobis visum, & quem voluerimus, qui videat ab ipsis factas rationes; & si rectè factas inuenerit, suffragiis apponet: quo securitas ipsis heredibus, & successoribus suis omninò acquiratur: post quod nulla fecidarum rationum, aut perquisitionum materia relinquetur. Quæ omnia ad sancta Euangelia, ea diligentia fiant, vt scilicet, nostram ipsis cùm voluerimus immittere inquisitionem. Oportet itaque studere Deo amabilem Episcopum, & eos, qui cum eo rationes discutiunt, vt opera in ingentes sumptus excessura definiatur, & quolibet anno diligenter ex ciuilibus tenuentur prouentibus, & redditibus. Si verò noluerit rationes subire, qui ea administrauit, neque admiserit Episcopum, & possessores ad id destinatos, & ad rationes vocantes: tunc per præsidem prouinciæ & quæ ei subest cohortem, sine vlla iactura id agere cogatur: & omnibus modis rationes exhibere Deo amabili ciuitatis Episcopo, & primatibus ciuitatum, & quod apparuerit deberi ab ipso reddere ciuitati. 1. ¶ Omnem autem licentiam adimimus nostris præsidibus, mittendi in prouincias discussores, aut logothetas, aut exequatores * ad publicarum rationum exequationem: sed si quid tale fecerint aliqui forma per surreptionem manauerit, liceat Deo amabili Episcopo ciuitatis suscipere quidem diuinam formam, referre verò ad nos, vt cognoscamus an secundùm nostram iussionem ad ipsum magistratum scriptum, an verò per surreptionem id admissum fuerit, vt si per aliquam constiterit surreptionem factum, confestim id, quod factum est, irritum fiat, periculum verò subeat, qui eam impetrarit. Si verò ab aliquo ex nostris præsidibus emiterur decretum, vel commonitorium, aut præceptum, aut rationum scriptura de capitulis supradictis: omnimodò volumus Deo amabilem ciuitatis Episcopum, & in ciuitate primas tenentes, non attendere talia, sed licentiam esse, & prouinciæ præfecto, & ipsis possessoribus, & ciuibus relicere tales iussiones, & ne obolum quidem hacce de causa præstare. Quòd si hoc negligat Deo amabilis Episcopus, habebit quidem infensum Dominum Deum, & Imperialem indignationem expectet, quòd silentium † fuerit liberale, & sacerdotali dignitate indignum. 2. ¶ Sed & si quis insinuet in prouincia, aut magistratuum qualiumcunque, aut consulum citationes, aut generales formas gloriosissimorum præfectorum, aut alterius cuiusquam nostrorum magistratuum, siue etiam constitutionum, aut diualium commonitoriorum, aut literarum generalium insinuationes faciat, aut etiam statuarum imperialium erectiones, non sit huic licentia vltra sex numismata pro qualibet insinuatione, aut pro qualibet forma, aut qualibet constitutione, aut diuino commonitorio, aut generali scripto, aut statuarum erectione, accipere per vnamquamque prouinciam, in quam talia assumpsit, ita vt quotquot habeat vrbes prouincia, nihil ad eum pertineat. sed sex tantùm recipiat aureos. si verò plus receperit, illud quadruplù reddat, licentiam habente & ciuitatis Episcopo hoc prohibere, iisdem & hoc casu pœnis imponendis, hoc est, decem auri libris tam præsidi prouinciæ, quàm parenti ei officio, & Deo amabili Episcopo, si commeatum ipsis superexigere voluerinus, nec modis omnibus hoc prohibeant. 3. ¶ Nemini enim vllatenus permittimus nostrorum magistratuum, tales

† Habere confiscatum aut inuentum, prædiis, fructibus, operis aut aliis ciuitatis.

* Græcis ἐξαρτῶν, à Græcis ἐξάρτω, quod Glossis ἀλόγιστος, cum quo, exequor, vade iidem, ἐξάρτω. exequor.

† Silentium liberè ciuitatis.

Codex.

480/C.IV.K.5-4, 161-162
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a Dei creationibus, id est, electionibus.

b ¶ Operorum, & dicunturhæc de verbo ad verbum]. de curat. fu. l. §. sed cum antiquitas.

c ¶ Dederit. potest ergo & exhereditate * dare curatorem b, vt hic. nec miretur: nam & fabilitare * est posse, quod maius est vt ff. de rebham. vac. l. parer. & Instit. de pu. sub. §. non solum.

d ¶ Patrem infamia d, vt & Instit. de suspect. tu. §. vltim. & è contra facit grande præiudicium cæteris alios pro filio: vt ff. de agno. lib. l. §. Iulia. aliàs accipit, quod sanè non est.

e ¶ Ad curatorem. per confirmationem. non enim tenet dictio: vt Instit. de curat. §.]. & ff. de curat. fur. l. pen. & ff. de ædil. ed. l. §. & 19. & l. sed iniuriarum.

f ¶ Primatibus. forte ecclesiastica. sc. archipresbyteri, archidiaconi, & decani: vt exponitur in auth. de sanct. episc. §. coll. 10.

g ¶ Deponat. sc. curatorem. & media producitur id est, iuret. & hoc est primum.

h ¶ Admittere. id est, facere.

i ¶ Inventario f. hæc est secundum.

k ¶ Conscripta. sc. more vt]. de admin. tu. l. interea. §. & ff. de admin. tu. l. sicut qui reperiuntur. in princip. & est hodie hoc obtinere: vt in auth. vt hi qui obligg. §. fi. coll. vi.

l ¶ Sed an curator g ad finem facit inventarium? Respon. non, cùm non prodit ei falsa, ad instar procuratoris in litem: vt arg. ff. de fal. l. hoc interdictum. & ff. quæ ex l. de epistolis & vide Lanud. §. circumscriptum.

m ¶ Res. sc. furiosi.

n ¶ Defuncti certium.

o ¶ Sed hypotheca tacita, per id quod dicit ad fideiussorem, &c. vt]. de admin. tut. l. pro officio.

p ¶ Lex. sc. tabularii. Et nota quod hoc casu & in prodigo h datur à lege curator: vt hic, & Instit. de curat. §. furiosi. sublis semper est datum. cum multis aliis personis detur: vt Instit. de curat. §. 19. & ff. de postulan. l. §. 1. & v.

q ¶ Promittere exponit vt I.

r ¶ Suffitiorum. Dicitur * enim à satisdatione excusan. Sed argum. contra ff. de procur. l. mitter. §. pen. & l. fog. Solis. hic specialè propter necessitatem officii: vt Instit. de curat. tut. de pup. ergo in hoc referuntur arg. ff. de iurisdict. l. non quidem pene. Ille defensor existebat ex voluntate.

aliquas formas in prouinciam mittere aut de riuorum, siue cloacarum expurgatione, aut de ædificiorum iuxta muros positorum demolitione, aut diuersoriorum in porticibus factorum, aut eorum, quæ vocantur produlia, aut de semiruorum ædificiorum, vel semicolumnarum euersione, aut de imaginibus, aut huiusmodi omninò excogitationibus, aut ciuilibus omnino controuersiis. Sed liceat Deo amicissimo Episcopo ciuitatis, & his, qui in ciuitate primas tenent, & ciuibus, tali quadam iniuriata forma ei non deferre, sed prohibere, & propellere omnem executionem, & omnem exactionem, quæ inde superindicitur. Eadem sequente pœna Deo amabiles Episcopi, nisi hoc prohibuerint. 4. ¶ Oportet verò Deo amabilem Episcopum, & parem, & cæteros, qui in aliqua excellentiore opinione sunt possessores, prouidere vt nullus locus ciuilis, aut publicus prope muros, aut publicas porticus, aut plateas, aut vbicunque positas, concedatur abaliquo indebitè detineri, aut ne ciuilis aliquis locus elocetur quibusdam, absque diuina nostra forma. 5. ¶ Eosdem etiam ea, quæ vocantur leges aquæ, quæ ex diuina forma à quibusdam factæ sunt, inquirere volumus, ne ille quidem plus habeat, hic verò minus quàm conueniat. 6. ¶ Sed neque occasione fideiussionum damni subdi nostros permittimus subditos, aut etiam occasione custodiendi procuratoris, sed si quidem immobiles res habeant idoneas, hi qui commenti sunt, iurisiurandi scripturam emittant solùm: si verò non habeant, tunc fideiussionem quidem vique ad obtinentem quantitatem præbeant absque vllo damno. Si verò conuenissum mouerint executores de fideiussorum idoneitate, aut iuratoria cautione, communiter conuenientem in eundem locum Deo amabilem Episcopum, & parrem, & defensorem ciuitatis, iudicare volumus idoneum apparentem fideiussorem vique ad quantitatem actionis, & necessitatem habere executorem, suscipere hunc fideiubentem, nihilque recipere pro fideiussorio, seu iuratoriæ cautionis executione, nisi ex propria nostra, aut alicuius summorum magistratuum iussione iubeatur, ipsammet personam dicere, nec eam fideiussori concedere. Tunc enim licentia erit executori, fideiussorem non accipere: & hoc quidem facere debet absque omni damno, iisdem & hic locum habentibus pœnis, tam contra Deo amabilem Episcopum, quàm clarissimum prouinciæ præsidem, si quid horum prætergredi concesserint, aut prætergrediente aliquo, non celeriùs ista denuntiarint: certé nec ipsis permittere debentibus aliquid plus definita parte per constitutionem nostram occasione sportularum recipere. 7. ¶ Neque descriptionem ex qualibet causa in ciuitatibus ex necessitate fieri, præterquàm ex illis solis causis, quas circa insinuationes processionum seu [promotionum] aut constitutionum, aut sacrarum formarum, aut scripturarum, & huiusmodi omnium, de quibus anteà legem posuimus, & quæ pro propria vtilitate, & salute, qui in ciuitate illa sunt, voluerint in opera ciuilia sortè frumentarium, aut aliam omnibus placitam causam per magnificentiam facere, ex quibus commune ciuitatis adiuuetur. Seruandis contra transgredi hæc conatures, & non ad nos referentes Deo amabiles Episcopos his, quæ à nobis iam commissa sunt. 8. ¶ Oportet autem Deo amabilem Episcopum cuiusque ciuitatis, cùm omnia cognouerit, quæ à nobis super his ordinata sunt, ac præter hæc quoque de exactione metatorum, & prohibitione exaratiorum †, & his, quæcunque continentur diuina nostra constitutione de his in commune scripta termino imponere competentem. Dat. vij. Kal. Iul. Chalced. Lampadio Cos.

Curator in testamento furioso datus, & confirmandus, & cæteris præferendus, nullo vero dato, ad legitimum peruenire, quo vel cessante, vel idoneo non existente, iudex de eos habet prouidere, & administrationi ei habet decernere forma, & solemnitate hic descripta formata. h. d. SALC.

XXVIII. *Idem A. Iuliano P.P.*

DE creationibus * curatorum qui furiosi vtriusque sexus dantur, necessarium nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat b. Et si quidem pater curatorem furioso, vel furiosæ in vltimo elogio heredibus instituis, vel exheredatis dederit c, vbi & fideiussionem cessare † necesse est, paterno testimonio d pro eius satisdatione * sufficiente e ipse, qui datus est, ad curationem * peruenit: ita tamen, vt in prouinciis apud præsides earum, præsente † eis tam viro religiosissimo locorum amistitie, quàm tribus primatibus f, adhis interuenientibus, tactis sacrosanctis Scripturis, deprecmat g, omnia se rectè, & cum vtilitate furiosi gerere, neque prætermittere quæ vtilia esse furioso putauerit, neque admittere h ea, quæ non vtilia furioso esse existimauerit: & inventario i cum omni subtilitate * publicè conscripto k, res l suscipiat, & secundùm sui m opinionem disponat n sub hypotheca * rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum, & curatorum adulti. ¶ Sin autem testamentum quidem pateris non confecerit, lex o autem curatorem, vtpote agnatum, vocauerit: vel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente ex iudiciali † electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc scilicet & in prouinciis apud præsides cuiuscunque prouinciæ, & virum religiosissimum Episcopum ciuitatis, nrenon tres primates p creatio procedat: ita vt, si quidem curatoe substantiam idoneam possidet, & sufficientem q ad fidem gubernationis, sine aliqua satisfactione creatio procedat. Sin autem non talis census eius inueniatur, tunc & fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur r, creatione omninò sacrosanctis Scripturis propositis r,

* Pater L. vlt. §. vlt. infr. de curatore. Ant. Pr. vnus hæc lex de confirmatione Gallicus, Rebuf. in prat. confir. glos. 1. num. 41.

† Curator fugitiuis datus testamento non fertur.

* vtius satisfactione.

† al. prudentia.

* al. fideiussio.

† Curator furiosi datus qua forma à iudice dari qui

in omni causa ᵃ celebrandæ: Ipso autem curatore, cuiuscumque substantiæ vel dignitatis sit, præfatum ᵇ sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstante, & inuentarium ᶜ publicè conscribente, & hypotheca ᵈ rerum curatoris modis omnibus adhibenda ᵉ, quatenùs res possint furiosi vndique vtiliter gubernari. Dat. Kalen. Septemb. Constantinopoli, Lampadio, & Oreste VV.CC.Coss.

Liberi dementis, vel furiosi, licèt in potestate, possunt contrahere nuptias, dote, & donatione confirmanda de bonis parentum, sine dispendio aliarum expensarum. SALYCETVS.

XXIX. *Idem A. Iuliano P. P.*

Tam dementis, quàm furiosi liberi, cuiuscumque sexus possunt legitimas contrahere ᶠ nuptias, tam dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstanda ᵍ: æstimatione ʰ tamen in hac quidem regia vrbe excellentissimi præfecti vrbi, in prouinciis autem virorum clarissimorum earum Præsidum, vel locorum antistitum, tam opinione ⁱ personæ †, quàm dotis moderatione, & ante nuptias donationis statuenda ᵏ, præsentibus tam curatoribus dementis quàm furiosi, necnon his, qui ex genere eorum ˡ nobiliores ᵐ sunt: ita tamen, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe, vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel dementis, vel mente capti: sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium, etiam expensarum detrimentum prægrauetur ⁿ.

IN AVTHENTIC. vt cùm de appell. cogn. §. si quis de prædictis parentibus furiosus. coll. viij. constit. xij.

Liberi furiosi ᵒ, qui curam eius ᵖ negligunt præbere, tam exheredatione digni sunt ᵠ, quàm aliis pœnis ʳ legitimis ˢ. Nam si quis alius, attestatione ᵗ ad eos missa, cùm adhuc negligant, in domum suam eum susceperit, & procurauerit, ex hoc erit eius successor legitimus, licèt testatus ᵘ esset etiam in liberos forté: manentibus tamen aliis testamenti capitulis ˣ. ¶ Eadem pœna parentibus imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint ʸ.

XXX. Ὁ αὐτὸς Ἰουλιανῷ Ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Θ[illegible]

[illegible]

a ¶ *In omni causa.* sed datur fideiussor, hoc est. b ¶ *Præfatum.* hoc est, primum. c ¶ *Inuentarium.* hoc est, faciendum. d ¶ *Hypotheca.* hoc est, tertium. e ¶ *Adhibenda.* ergo tria faciunt remedia: sacramentum, inuentarium, & hypotheca. f ¶ *Tam dementis.*] *Contrahere.* dum tamen ᵇ sint legitimæ ætatis, in masculo xiv. in fœmina xij. vt Insti. de nupt. in princip. g ¶ *Præstanda.* pro facultatibus, & dignitatibus, vt hic subiicit: & ff. de iure dotium. l. qui... & ff. de admin. tut. l. cùm plures. §. fin. h ¶ *Æstimatione.* id est, arbitrio. ACCVRS. i ¶ *Tam opinione.* dic, opinione personæ, & moderatione dotis nuptias. &c. vt j. de nupt. l. si furiosi. k ¶ *Statuenda.* sc. dote, & donatione propter nuptias. l ¶ *Eorum.* filiorum. m ¶ *Nobiliores* non hoc exigitur. sed sic est confirmanda. n ¶ *Prægrauetur.* nam nihil dabit tabellioni: vt in auth. vt q. g. p. chartularum. ¶ Et sic not. quòd non debet addi afflictio afflicto: vt sup. ... l. cùm pro... & ff. de ... l. diuus ... sed arg. contrà ff. de curat. ... & curat. dat. ab his l. Romanus. o ¶ *Liberi furiosi.* sc. parentis. p ¶ *Eius.* sc. patri furioso. q ¶ *Digni sunt.* si respiciant patri. r ¶ *Pœnis.* quas subiicit. nam si quis &c. s ¶ *Legitimis.* sine testamento, sunt non. t ¶ *Attestatione,* &c. not. de auctoritate denunciationis, & alia, quæ diximus ff. ... ACCVRS. u ¶ *Testatus.* ante furorem. x ¶ *Capitulis.* sed quid si nemo procurat? Dico, filios esse heredes: sed eis auferendam hereditatem, vt ab indignis, & fisco applicandam: vt ff. de his quæ vt indig. l. ... & est hoc in authent. vt cùm de app. cogn. §. si vero de prædictis. coll. viij.

ADDITIO. Et vide ubi gl. quæ est in verbo negligentes, quæ dupliciter respondet ad quæstionem illius gloss. & secundam opinionem tenet ibi Iacobus de Bel. cum quo etiam transit ibi Bart.

y ¶ *Neglexerint.* sc. curam filiorum. & dic, emancipatorum, vel non, sed tunc non propriè

Codex.

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 165-166
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

ὑπερορισμῷ δίκη πιστάσαιτο, ἢ μόνον ἢ ἐὰν ὑπὸ ἐκκλησιαστικοῦ δίκαιον παρὰ τῷ κρείττονι ἀξιωθῇ τὴν παρόντα ἡ θεοφιλεστάτῳ μητροπολίτῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκκλησίας. καθιλόγει. 4. ¶ τάς δὴ αἰτιάσεις εἰ δὲ καὶ ἐκκλησιαστικὰ ὁρῶν τὸ πρακτέον κατασταθεὶς ὁ ἐξ ἀναγκῆς ἐκδίκου μόνος γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ὀρθοδόξοις ἢ μητροπολίταις, ἢ παρὰ τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας σωζόμενος, ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις καλουμένοις ἢ πολιτικὰ τὰ τῆς ἀμφισβητουσῶν ἐν ἐκείνοις αὖθις ὡς τοιαῦτας ζητοῦς παρὰ τοῖς θεοφίλοις θεοφιλεστάτοις ὀρθοδόξοις πατριάρχαις συζεύξομεν. ἐπεὶ δὴ ἢ εἰ καὶ ἀναγκαζόμεν ἐστιν αὐτοῖς τῆς πολιτικῆς ἀπαντᾶν μόνῳ ἐκείνῳ μᾶλλον ἂν δικάζοιτο παρ' οὗς ἔχει ἐὰν ὑπὸ ἐκκλησιαστικῶν δικαζόμενος. 5. ¶ Ἐπειδὴ δὲ ἔνεστι τῆς θεοφιλεστάτου πατριαρχικοῦ τῆς τῆς πατριαρχίας ἐν αὐτῷ εἶναι τὰ μητροπολιτικὰ ἔχοντα ἀξίωμα τινὲς ἢ καθ' ἕνα ἢ διοίκησιν ἐκ χειροτονίας ποιοῦν ἢ τῶν ὑπ' αὐτὸν θεοφιλεστάτων ὀρθοδόξων εἴτε μητροπολιτῶν εἴτε τῶν ἄλλων· ἐπ' αὐτοῖς ἐκείνοις θεσπίζομεν μηδὲν ἀνεξετάστοις. αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ μητροπόλει διοίκησις *καλεῖται ἡ ἐξουσία τῶν ὑπὸ ἢ μητροπόλει ὀρθοδόξων ἐν τῷ θείῳ κανόνι αὐτῶν.

* Κλῆρον.

Eadem Latinè.

Idem A. Iuliano P. P.

SAncimus, neminem venerabilium clericorum, siue ab aliquo spectatore, siue à vocatis laicis, aut eorũ aliquo fiatim, & prima instantia conuenirì apud beatissimos Patriarchas diœceseos cuiusque, sed primũ iuxta sacras constitutiones, apud ciuitatis Episcopum id fieri quòd si, vt accidere potest, neque apud ipsum quidem placuerit [agere,] tunc apud venerabilem synodum regionis ipsum expetiri, iudicidum: tribus vnà cum metropolitano conuenientibus Deo amabilibus Episcopis, secundùm ordinem suæ ordinationis præsidentibus, & litem in conflessu totius synodi examinantibus: & si quidẽ acquiescatur iudicatis, liberari. Si verò pertuserit se lædi, tunc appellari beatissimũ Patriarcham diœceseos illius, & iudicatis ab illo omnimodò stari ac si ab initio contigisset ipsum Iudicem fuisse. Contra namque huiusmodi Episcoporũ sententias non esse locum appellationi ab his, qui ante nos leges condiderunt cõstitutum est. Hoc ipsum seruetur: & si Episcopus sit is, qui conuentus est, siue ab aliquo laico, siue religioso clerico, siue ab alio quodam Deo amabili Episcopo. Nam statim causa introduci apud sanctissimos Patriarchas, & conuentos in aliam abstrahi regionem omninò prohibemus: præterquàm si conuentionem quis ad hoc fecerit, quòd causa trãsmissa fuerit ad regionis Episcopum. tunc enim liceat exceptionem opponere, & apud Deo amabiles Patriarchas, literâque fieri ad aliquem locorum Episcopum, vt is audiat causam secundùm primum à nobis statutum modum. 1. ¶ Non tamen ex hoc licentia erit clericis descendere [in prouincias] & immensitate spectatorum, vt vocatur, contentos vexare: in quo hactenùs peccatum esse didicimus. In qualibet enim persona eorum, qui conuenienter, non vltra sexcam solidi partem occasione spectatorum dari concedimus his, qui à Deo amabilibus Patriarchis, & metropolitis delegati fuerint, aut si quidem Episcopus sit, qui missus est, vsque ad solidos sex tantùm pro quacumque quantitate, & causa præberi, & amplius eo nihil: hoc ipsum obtineat & in metropolitanis, quando apud hos delata fuerit accusatio contra aliquem eorum, qui ipsis subsunt, Episcoporum, aut prouinciæ illius clericorum. Si enim in ciuilibus causis coarctari sportularum †, & sumptuum mensuram curaturimus, & hoc lege stabilire iudicauimus, multò magis in ecclesiasticis querelis proportionem custodiri sancimus. 2. ¶ Si igitur transmissa causa apud Deo amabilem Patriarcham, aut aliquem Deo amabilem metropolitanum, aut alium Deo amabilem Episcopum, feratur sententia, & non sterat ei ab alterutra parte, sed appellatio fiat, tunc sanè ad hunc * archiepiscopum thronum deferatur appellatio, & illic secundùm quoad hactenùs obtinuit, examinetur. 3. ¶ Si verò quis suffus fuerit præter hanc agere, reddet quidem eius, quod accepit, duplum, eiqui passus est: & subiciatur etiam pœnæ ecclesiasticæ ab illius temporis sanctissimo Patriarcha, aut Deo amabili metropolita, ex ecclesiasticis expungendus catalogis. 4. ¶ Has autem actiones si quidem ad ecclesiasticam institutionem res spectat, ex necessitate lege disceptari iubemus apud Deo amabiles Episcopos, aut metropolitas, aut venerabiles synodos, aut Deo amabiles Patriarchas. Si verò ciuiles sint controuersiæ, volentes quidem huiusmodi quæstiones proponere coram præsidis Deo amabilibus Episcopis, patiemur: inuitos verò non cogemus. Cùm sint ciuilia iudicia, licèt apud quos velint, etiam in criminibus litigare. 5. ¶ Quoniam verò quidam Deo amabilium Patriarcharum in prouinciis, in quibus sunt, & metropolitanum habent schema, per totam diœcesim ordinationes faciunt, sub ipsis constitutorum Deo amabilium Episcoporum, siue metropolitarum, siue aliorum ipsis inferiorum: Super his sancimus ea, quæ de Deo amabilibus metropolitis iam constituimus. Ipse enim metropolitanus meritò vocetur, qui potestatem in eos, qui metropolitis subsunt, Episcopos, ex sacris habet canonibus. Dat. Kalend. Nouembr. P. Lampad. Coss.

† Vide infra. sexcuna.

* alii, archiepiscopum. Iulianum.

* Quod hoc ipsum.

XXXI. Οἱ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ὑπαρχῳ πραιτωρίων.

ΘΕαπίζομεν τὴν καθηκούσας τῶν νόμων αὐτὸν τὴν πρὸς τὴν ἀξίαν τῶν ἀδικημάτων, ἢ δὲ ἐπιτρόπου τοῖς οἷς ὁ νόμος· δίδομεν καθήκοντα, οὐκ ἀλλὰ πολιτικῶν χρεωστῶν ἢ μόνον τὰ τὴν ἐξουσίαν ἐν τῷ νόμῳ μὴ τὴν τὴν ἀξιόπιστον τῶν ἐπιτρόπων ἐξεταζόμενον χρεωστίαν, μόνῃ δὲ πλειόνας μικρὰς ἐξεπιδικάζεις, τὴν ἀξιόπιστον ἔστω αὐτὴν καθηκόντων τῶν τὴν πολλοὺς ἐκείνοις ἐκείνῳ, ἢ φανερῶς κτῆ τὴν τὴν Ἀλεξανδρείαν παρὰ τοῦ ἱοῦς IVRIDICO, ἄκρα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπὶ τῶν ὑπηκόων, ἢ ἐξ δημοσίας πατριάρχας ἢ δὲ πολεῖν τούτων ἢ πόλεις χρεωστῶ ἐκ χειροτονίας, τὴν καθηκόντων ἐγκλεῖστε πρὸς τὸ μέτρον τὴν οὐσίας δικαιῶν, κτῆ τὴν ἀγορᾶν πατριάρχαν χρεῶν, ἐξ τὴν ἀλλων ἀπαντῶν πατριάρχαν, ἀνδρὸς ἐξῆς τὴν καθηκόντων οἱ μὲν τῶν πρὸς τὸ μέτρον ἐξῆκα. μόνος τὴν τῶν πατριάρχαν ἐκκλησιῶν πολὺ δὲ ἐκ ἐκείνῳ ἐκείνῳ πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν χρόνων τὸν τὴν πολεῖν πατριάρχαν ἐκκλησιῶν ἀνομαζόμενον. πολλῶν δὲ λαοῦ ἐξῆς μὲν ἀν ὁ νομοθέτων ἐξῆκα πρὸς ἐξῆς. εἰ δὲ ἐκ μὲν ἀλλοτε τὴ ἰδιωτῶν ἐκείνῳ πρὸς ἐξῆς πατρὸς ἐξῆκα μόνος, πλὴν πάντα λαοῦν θεραπόντα, ἢ ἀκαθάλητοῦ κατὰ ἐκείνῳ τὴν καθηκόντων ἐλπιδὶ μισῶ. κάρδιε. ἢ ἐ μόνον ἐπιτάσσει ἀκαθιδίτος πολὺ ἐκ ἐκ λαοῦ ἀλλὰ ἢ ἀνοῖ τὴ φορτιστοῦ ὑπακοῦμεν ἐκείνα ἢ ἀν παρὰ ἐκείνῳ γενοῖτο αἱ τὴ καθηκόντων ἐξεῖλαι κατόντος ἢ τὴ θεοφιλεστάτῳ τὴ πόλεων ὑπηκόων ἐν αὐτοῖς τὴ ἀξιωτάτῳ ἐκκλησίας ἀρχῶσις ἐπιτιθεῖς τὰ φορτιστῶν θεραπόντων. οὕτω ἢ ἢ δίδομεν τὴ πατρικῷ τῷ μεγάλῳ,

† Vide infra. sexcuna.

* alii, archiepiscopum. Iulianum.

* alii, archiepiscopum. Vide Nouell. 74. 3.

480/C.IV.K.5-4, 167-168
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

S. Ancimus.] Caeve. si
Spodiedemem: & prae-
sibendem tam minor,
vel ius mentis non pos-
sum consentire, vel quia
absens, vel infans, vel
furiosus, vel quia est
in magno magistratu:
certe Praesidi porrigam
libellum, quod si non
porro Praesidis habere
copiam, tunc Episcopo
porrigam. Vivian.

a ¶ Propterea. ex vindicationem, vel hypothecariā propter interrumpendam * praescriptionem & fatali. Lex 5. de praescriptione & fatali. Lex non mea per. Lex convalescens §. fin. & dixi plenè §. de non excep. & perfectius.

b ¶ Propterea. si est sile, & inferior versus abundat: si non est, & non abundat. Accevas.

c ¶ Continuo. repete suam interruptionem propterea. & hoc si habes, scipple, si non habes, nihil superest sic.

d ¶ Eundem. iste versus usque ad illud verbum licentia, in alias non est.

e ¶ Interruptionem tempore facere. & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem.

μοκλεῖν, ἢ μὴ ὑποφαινόμενος τοῖς τοιούτοις ἢ κατεπηρεάζοις τῶν ἀντιδίκων ἀποδιδόναι. ἢ δεῖ ἢ μεγάλης ταύτης ἢ πολλοῦ κατεπηρεασμένου ὑποῦ μόνον τοῦ λαμπροτάτου ἡγεμόνος ἀφαιρεῖσθαι τὴν κατεπηρεασθεῖσαν ἢ τὴν κατεπηρεάζουσαν.

Eadem Latinè per Antonium Contium.

Idem A. Iuonni P.P.

Sancimus, in curationibus iuniorum, siue primæ, siue secundæ sint ætatis, aut etiam alij sint, quibus lex dat curatores, liquidem vsque ad quingentos aureos solummodò facultates sint iuniorum, nō Præsidum prouinciarum expectare creationem, neque impensis maximis fatigici, Præsidibus forsè, neque moranibus in vrbibus illis, in quibus profici curationi contigit, sed apud ciuitatis illius Ecclesiam [defensorem] aut magistratum municipalem, vel in Alexandrina ciuitate apud eius Iuridicum, vnà cum religiosissimo eius Episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat ciuitas, fieri creationes curatorum, seu tutorum, fideiussore secundùm mensuram facultatum dato, secundùm dictarum personarum iudicium, & aliis omnibus procedentibus, quæcumque super tutorum, vel curatorum fideiussione, & secundùm modum facultatum consueta sunt, sola personarum transmutatione, per quas hæc fiant, propter minorum vtilitatem, præsenti sanctione introducta, omnibus videlicet his sub sola duorum numismatum [id est, solidorum] datione conficiendis, præsertim cùm hac maximè de causa hæc posita sit constitutio, pœna imminente, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam, seu curationem, spe maioris lucri: & eo non solùm duplum redditurus eius, quod acceperit, sed etiam ab ipsa sollicitudine, & administratione remouendo. Cùm autem à defensore ciuitatis factæ fuerint tutorum, aut curatorum creationes, præsente etiam religiosissimo ciuitatis Episcopo, in ipsis sanctissimæ Ecclesiæ archis † deponi gesta sancimus, vt sit perpetua rei memoria, & non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quæsita cautela. Hit, quæ in magna hac ciuitate fiunt, tutelis, aut curationibus apud solum clarissimum Prætorem faciendis, vt iam sanctum est. Dat. V. Kal. August. CP. post consulatum Lampadij.

† Archiis apud. dixi ad l. 2. §. fin. de pecun.

Vbi adulterias sit absens infans, vel furiosus, vel in maxima paucitate constituatur, per solam libelli porrectionem factam coram Præside, vel Episcopo, interrumpitur præscriptio. Salvc.

XXXI. *Idem A. Iuonni P.P.*

Sancimus *, vt si quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, & desideret dominus rei vel creditor suam intentionē proponere * b, & non ei licentia sit, absente aduersario suo, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, & neminē tutorem, vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto *, [eundem d † sē auctoritate sua vsurpare:] licentia ei detur adire Præsidē prouinciæ, libellūque porrigere, & hanc in querimoniam deducere, & intra constitutā tempora interruptionem facere e. Sin autem nullo poterit modo Præsidem adire, saltem ad Episcopum locorum eat, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Dat. Constantinopoli, Kal. Octobr. post consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. Cons.

* Tam. Lex infra de annal. except.

† Intercidat. non dicunt: exceptari rem quod, in curatorem autem defuit: quod & Accevas. notat. ei porrigere

Codex

XXXI. *Graecè constituitur hoc in hanc collegio Ant. Const.*

Ἀναβιβάζομεν τὸ δικαίωμα τῆς ἐξαιρέσεως τοῦ ἐμφυτεύματος, ἐὰν μὲν ὁ ἐμφυτευτὴς ἐκεῖ ἐφεστηκὼς αὐτὸ, καὶ ὑπὸ μὴν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ τοῦ ὑπάρχου ἢ τοῦ πραιτωρίου ἐκκαλεσάμενος πάντα ὑπὲρ τοῦ ἐξαιρεθῆναι τὸν ἐμφυτευτὴν, καὶ τὸν ἐν τῇ πόλει τοῦ ὑπαρχείου, ἢ τοῦ πραιτωρίου, ἢ τοῦ πατριάρχου, ἢ τοῦ ἐπαρχείου δικαστοῦ ὄντος. εἰ δὲ ἢ ὑπαρχεῖον πάντα τοῦ ἀρχοντὸς, ἢ μὴ ἐκεῖ ἐκκαλεσάμενος· ἀλλὰ πάντα τοῦ ἐκείνου, ἢ τοῦ δικαστοῦ τῆς πόλεως, καὶ ὑπὸ τὸν ἔξω ὁ ἐξαιρεθεὶς μὴ ὑπῆρξε, καὶ ἢ ἐν ἑνὶ αὐτοῦ, ὅτε τὸ ἐμφυτευτικὸν μὴ ὑπῆρξε, καὶ εἰ μὴ ἐν ὅλῃ τῇ πόλει, ὅτε τὸ ἐμφυτευτικὸν λύεται, καὶ παρέλκοντα τὸ πλεῖστον ἐμφυτεύοντος, καὶ ἢ οὐδὲν ἔχοντα ἐκεῖ ἀν ὁ δικαστὴς τὰς δίκας ἐξαιρεθῆναι ἀπαιτεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνον τὸν μὲν μέλλοντα τὴν ἐξαιρεθῆναι ἀπαιτεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνον τὸν ἐμφυτευτὴν οὐδὲ ἐξαιρεθῆναι δύνατο.

Eadem Latinè per Antonium Contium.

Differente domino recipere emphyteuma, licentiam habet emphyteuta consignare ipsum, & Constantinopoli quidem in fine triennij contestari id ipsum apud hyparchos [seu præfectos prætorio] aut apud præfectum vrbis, aut competentem Iudicem recusantis, magistratum, aut Patriarcham, si dominus homo sit potens. In prouinciis autem apud Præsidem, aut eo non morante ibi, apud defensorem, aut Episcopum ciuitatis, in qua est is, qui recusat, & vnius ipsorum assumere testationem: ac si id tum quidem receperit: nec emphyteuma soluitur, & lucratur canonem emphyteuta etiam sequentis temporis, donec dominus mittat pertestationem petitum. Exinde etenim, non autem ex præterito tempore accipiet: & post triennium post attestationem eiusmodi non agnoscentem debitum emphyteuma expellere poterit.

XXXIV. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς στρατηγοῖς διοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.

Θεῖαι ἐκκλησιαστικῶν πράγματα ἐν ὅλῃ συζηροῦντες ἐν ἅπασι γνωσθῆναι δοκεῖν, ἢ ἐπιδείξασι τὸν σκοπὸν, ἢ ἐρχόμενοι κατέλεκτο, ἐν ἅπασι κατὰ τὴν βασιλικὴν κελεύσαν, τοὺς ἐγκύκλιοι ἢ αὐτοὶ, ὡς ὑπὲρ ἀκοὴ τοῦτο χρόνον ἐστὶ ὁμολογόμενος ἀπαιτεῖν. ἀλλ' εἰπὲ τοῦτο ἡμῖν κελεύσαν τοῦτο παρὰ τὴν λαμπρότατον τοῦ ὑπαρχικοῦ πρόσταξιν, καὶ παρὰ τὸν ἐν ἢ πόλει διοφιλεστάτου ἐπισκόπου ἀμφοῖν τῶν λαμπροτάτων ἢ ὑπαρχείου ἀρχόντων, καὶ ἀναφέρεσθαι ἀμφοῖν τὰς ἐκείνου τὰς βασιλικὰς, ἢ τὰς ἀναβολὰς ἐξῆν ἢ ἐρχομένας κελεύσαν, καὶ ἀναγνῶναι μὴ ἀπὸ τοῦ κείμενα ἐκείνου ὑπὸ τὸν πόλεως εἰρήκαμεν. εἰ δὲ ὁ τοῦ ὑπαρχείου ἰδίωνα αὐτὸς ὁ βασιλεύμενος εἶν, ἢ τοῦ ἐν τῇ εἰρηνικῇ ἐρχομένας ἀναβολὰ κελεύσαν· εἰ δὲ μὴ ἀλλ' ἀπὸ τοῦ διοφιλεστάτου ἐπισκόπου αὐτοῦ τοῦ τοῦτο πάσχοντα, ἢ τὸν αὐτὸς ἐγκύκλιοι, ἢ ὑπὸ ἀκοὴ τοῦ τοῦ ἀρχοῦ ἔχοντα, καὶ μὴ συγχωρῶν κελεύσαν, ἢ μὴ γένοιτο, ἀρὰς τοῦτο ἐκεῖνοι γράψαν εἰς τὸν βασιλέα, οὗτοι δὲ ἡμῖν τὸν αὐτοκράτορα εἰσηγεῖσθαι

480/C.IV.K.5-4, 169-170
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible]

Latinè per Antonium Contium.

Idem A. vbique terrarum constitutis Episcopis.

[illegible] SAcram fecimus constitutionem *, nemini permittentes, neque inuitam mulierem ancillam, aut liberam, in scenam, aut orchestram pertrahere, neque discedere volentem prohibere, eius fideiussores quasi ob id ad constitutum auri pretium obligatos persequi. sed si quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & à clarissimis prouinciarum Præsidibus, & à ciuitatum religiosissimis Episcopis, constituimus: dantes licentiam religiosissimis Episcopis vnà cum clarissimo prouinciæ Præside, etiam inuitos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui discedere ab ea exercitatione prohibuerint, & publicatis eorum bonis, ipsos ex ciuitate expellere. Si verò qui prouinciam regit, ipse sit qui eas compulerit, aut à prædicta actione resipiscentiam prohibuerit, damus licentiam solis religiosissimis Episcopis adire eam, quæ talia patitur, aut eius fideiussorem, hincque opponere auctoritatem habenti [Præsidi] nec pati [prouinciæ rectorem] iniustè agere. Quòd si fuerint debitores, indicare id nostro imperio, vt à nobis competens exerceatur pœna, satisdantibus simul liberandis, & fideiussoribus indemnibus conseruandis: licentiam dantes conuersis huiusmodi mulieribus, si liberæ, & ingenuæ fuerint, ad matrimonium transire legitimum, etiamsi fuerint honestissimis dignitatibus, qui illas ducturi, decorati: non amplius indigebunt imperialibus rescriptis, sua potestate nuptiis celebratis, nuptialibus nimirum instrumentis omnimodò inter ipsos factis: eadémque & de filiabus scenicarum constituentes. 2. ¶ Hanc autem dictam constitutionem & in quinto libro † omnium constitutionum huius scilicet nostræ pietatis cognominis libri, ad ciuiles * magistratus rescriptam posuimus. Quoniam enim oportebat per præsentem sanctionem, & vobis vbique terrarum positis religiosissimis Episcopis hæc facere manifesta, propterea congregantes quæ ad ipsam pertinent, expositione latiore sancita, etiam eandem diuinam constitutionem fecimus etiam ad vos, vt sacerdotalem conseruantes reuerentiam, & continentiæ studiosi, hæc custodiatis: tam magni Dei metum, quàm imperialem indignationem, si quid horum prætermiseritis, considerantes. Dat. Kalend. Nouemb. CP. DN. Iustinian. IV. & Paulino Coss.

[illegible]

XXXV. [illegible]

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 173-174
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Latinè per Anconium Comitem.

Idem A. Rufiniano sanctissimo Archiepiscopo Romæ sublimissimæ vrbis Patriarchæ vniuersali.

CONstanter credimus, quia Sacerdotum puritas, & decus, & ad Dominum Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum feruor, & ab ipsis Missæ perpetuæ preces, multam propitiationem nostræ reipublicæ, & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros subiugare, & dominum fieri eorum, quæ antea non obtinuimus: & quantò plus rebus illorum accedit honestatis, & decoris, tantò magis & nostram Rempublicam augeri credimus. Si enim hi præuenerint vitam honestam, & vndique irreprehensibilem, & reliquum populum instruxerint, vtis ad illorum honestatem respicientes, multis peccatis abstineat planum est, quod inde & animæ omnibus melioratæ erunt, & facilè nobis tribuetur à maximo Deo & Saluatore nostro Iesu Christo clementia conuenientes. 1. ¶ Hæc igitur nobis speculantibus nunciatum est, præter communem rerum fidem, quosdam ex reuerendissimis diaconis, itémque Presbyteris (nam eo amplius etiam dicere erubescimus, Deo amantissimos nempe Episcopos) quosdam, inquam, ex his non vereri, alios quidem per se, cubos † contrectare. & adeò pudendum, atque ipsis etiam idiotis à nobis frequenter interdictum spectaculum participari: alij verò eidem ludum non accusant, sed vel communicant facientibus, aut sedent spectatores actus indecori: & spectant quidem cum auditare omnimoda, res omnium rerum impoctunissimas, sermonça verò audiunt blasphemos *, quos in talibus necesse est fieri: polluunt etiam suos oculos †, & oculos, & aures sic damnatis, & prohibitis ludis: alij verò neque obscurè, aut latenter, vel equorum certaminibus se immiscent, vel etiam inuitant alios, vt equis vincantur, aut vincant: vel per se, vel per alios, cùm ipsi decenter tales ludos non exerceant: aut scenicorum, vel thymelicarum spectatores fiunt ludorum, aut earum, quæ in theatris certamina feratum pugnæ fiunt, neque cogitant, quemadmodum ipsi, vel his qui recèns initiati sunt, & adorandis mysteriis dignati, ipsi prædicunt, vt abrenuncient aduersarij dæmones cultui, & omnibus pompis eius, quarum non minimum partem talia spectacula constituunt. 2. ¶ Sæpe quidem ipsis talia custodire debere prædicauimus, videntes autem de his factam nobis relationem, necessitas nos ad hanc legem compulit, cùm propter nostrum ergo religionem studium, tum etiam propter sacerdotij ipsius, simul & communis Reipublicæ vtilitatem. 3. ¶ Et sancimus, neminem neque diaconum, neque Presbyterum, & multò * magis neque Episcopum (quod quidem & incredibile fortè videri possit) vt quorum in ordinationibus preces ad Dominum mittuntur Christum Deum nostrum, & sit inuocatio sancti & adorandi Spiritus, & eorum capitibus, aut manibus imponuntur sanctissima eorum, quæ apud nos fiunt mysteriorum, vt scilicet ipsis sensorio omnia instrumenta pura fiant, & consecrentur Deo. Neminem igitur horum audere de cætero & post diuinam nostram legem, aut tesseris, seu alteis ludere, quocunque aleæ ludo, aut in Indentibus communicare, aut conuersari, aut vnà recreari, aut vnà cum eis agere, aut eis testimonium perhibere, aut interesse plebeiis huiusmodi spectaculis, quæ prius diximus, aut quid eorum, quæ in his prohibentur, facere, sed omni ad illa consortio in posterum abstinere. Quod enim præcessit iam, tametsi inquirere, & persequi non indecenter oportebat: tamen propter humanitatem indulgemus, præsentis legis obseruationem omnibus in posterum iniungentes tempus. Decet enim ipsos ieiunia, & vigiliis, & meditationibus, seu exercitationibus in diuinis eructis, & pro omnium salute fundendis vacare precibus. At eos, qui talia non reliquerint, nec cessauerint omninò pollutis, & prohibita contrectare: idem enim etiam sancimus & in reliquos clericos, subdiaconos nempe, & lectores, quando & ipsi sacra mentis, & omnis circa sanctissimas Ecclesias ornatus constituti sunt ministri, & operarij, & sacra contrectantes eloquia, dum sacras nobis ex sacris nostris bibliis; illi quidem legunt scripturas, hi verò hymnos & odas canunt. 4. ¶ Si verò quis de cætero tale quid faciens deprehensus fuerit, & denunciatum fuerit id vel in hac felici ciuitate tua sanctitati, vel per prouincias sub ipsa positas, Deo amantissimis metropolitis, & cæteris Episcopis, quoesi ordinationem tuæ beatitudinis facit sedere, & talis vlla superuenerit accusatio aut diacono, aut Presbytero, & multò magis Episcoporum Deo amabilium cuidam, tum in hac ciuitate beatitudinem, & in prouinciis positis sub te Deo amantissimos metropolitas, & qui sub ipsis sunt, Episcopos, hæc cum diligentia omni, secundùm sacerdotij ordinem quærere, & perscrutari, neque defunctorum facere inquisitionem, sed & testes fide dignos audire, & per omnem viam procedere ad eruendam veritatem. Sicut enim ipsis talia interdicimus, ita etiam ipsos calumniari vllos prohibemus. & si vndique discussione, diuinis propositis eloquiis, facta, verè se habere accusatio apparuerit, & conuictus fuerit diaconus, aut Presbyter, vel aleator † esse, vel aleatorum participes, aut talibus adsidens vanitatibus, vel prædictis interesse spectaculis, aut etiam fortè quis Deo amabilium Episcoporum (quod * quidem neque euenturum esse confidimus) omninò tali spectaculo se miscuerit, aut cum aleatoribus vnà fuerit, & pacisci, aut sponsiones facere de cætero ausus fuerit, eum mox à tua beatitudine, aut à metropolita, aut Deo amantissimo Episcopo, sub quo ordinatus est, si quis fuerit prædictorum clericorum, à sacra separari liturgia, imponi etiam ipsi canonicam pœnam, & definiri tempus, intra quod ieiuniis, & supplicationibus summum Deum propitiè reddat pro tali peccato. & si per definitum tempus qui talem pœnam suscepit, maneat lachrymis, & pœnitentia, & ieiunio, & ad Dominum Deum oratione, remissionem delicti exorans, confessim eum, cui subiectus est, hoc diligenter cognito, & sollicitè requisito, communem quidem pro ipso

oratio

† alias, alij ludum.

* Vt ne ipsi quidem audiant.

† Prohibitis ludis mentes, oculos, vel aures pollutant.

* Quod inflgnitè dicunt, aut Presbyteros, multò magis ad ingnum Episcopo.

† Alea, & alea rum participes, aut ludis perdo-nis interesse.

* Fortassis pro honestius Episcopi.

480/C.IV.K.5-4, 175-176
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

DE HÆRETICIS & Manich.&c.

De ministris catholicæ fidei, & eorum priuilegiis dicitur: nec de eorum admonitione, & eorum pœna, & de hæretico, & specialiter de Manichæis.

a. Vel sic. *Dictum est 7. de ministris catholicæ fidei, nunc audiamus de admonitione eius, id est, monitione in genere, & specialiter de Manichæis, & Samaritis, qui possidentes hæretici sunt, & maiori & specialiori pœna sunt digni, vt 7. dicimus, & specialiter punitur rubrica, 7. defer. & sequ. Sapè b. pro genere species sumitur species. & præmissa specie suspicitur genus: vt ff. ad leg. Aquil. l. 6 seruus seruum. §. inquit lex.*

a Vt vir. §. de pœnis ordinis, & l. omnibus quoque. Item quoque ro. de pœnis. hoc in quo tamen secundum sic generalia, multitur. tamen de ea specie pœnitentia quæ expressè commiserunt, non quæ tacitè.

7 Pœnæ genus non potest hoc casu ad alios extendi.

orationem fieri curabit, & cum omni diligentia iniunget ipsi vt postea à tali sacerdotij dedecoratione abstineat, & si pœnitentiam venisse, tunc sacerdotali eũ restituere dignetur clemẽtiæ. Si verò & post excommunicationem inuentus fuerit, neque vera pœnitentia vsus, & aliis etiam aspernatus eam rem, & manifestè ab aduersario diabolo mente inuocatus, ipsum quidem sacerdos sub quo degit sacris eximat catalogis, omnino eum deponens, ille autem non amplius vllo modo licentiam habeat ad sacerdotalem venire gradũ. sed si quidem habeat facultates, ciuitatis illius curiam in qua consecratus est, primum, aut si non habet curiam † ea ciuitas, alia curia prouinciæ quæ maximè indiget curiali, accipiet illum in posterum curiæ cum suis facultatibus seruiturum. Si verò facultates non habet, officialis in posterum fiat prouincialis officij, pro eo quod ante fuit sacratus, & eam ob rẽ quod Dei officii dereliquit erit officialis prouincialis, hanc sibi turpitudinẽ pro pristino honore imponens.

1 ¶ Hæc igitur omnia sancimus in hac quidem felici ciuitate tuam custodire sanctitatem & singularum ecclesiarũ defensores & œconomos, quibus curæ erit hæc inquirere & denunciare, & consultos grinare datæ eis à sanctis ecclesiis annonæ erogatione. in prouinciis autem qui sub ma ordinati sunt beatitudine Deo amantissimi metropolitæ, ad hæc etiam qui illis subsunt religiosissimi episcopi & eorum ecclesiasticí & œconomi & ipsi, ad eundem modum qui prædictus est, re vtentes & sacram venerationem vndique intrepebcnsibilem: & inculpabilem custodientes, conferuabunt quidem ista, vt & gloriosissimi sacrorum nostrorum prætoriorum præfecti: dicimus autẽ orientis, cum subditis gentibus eorum iurisdictioni, item Illyrici, atque etiam Afrorum præeminentes diœcesi & parentis eis officia, & clarissimi prouinciarum præsides & ciuitatum defensores, ipsi quidem qui maximos magistratus gerunt, indignationem nostram subuerentes, officiis autem non obsecundantis ipsis, decem auri librarum expectura pœnam, præsides verò prouinciales maiores pariter & minores & obtemperantis ipsis officia & insuper ciuitatum defensores quinque auri librarum pœnam metuentes si hæc cognoscentes, non adnunciauerint & ipsi sacerdotibus, id est, aut Deo amabil. episcopis aut sanctiss. metropolitis aut vniuscuiusque diœceseos sanctiss. patriarchis, secundùm suam cuique regionem, vt ipsi hæc intelligentes secundùm quod antea definitum est, omnibus se opponant. & postquam ab eis is qui harum rerum conuictus fuerit, depositus fuerit, non curiæ ciuitatis aut officio eum tradi curauerit, & gloriosissimus præfectus huius felicis ciuitatis hæc custodiet: si quidem in hac peccetur regia nostra ciuitate vnà cum obedientia ipsi officio, ipse quidem indignationem nostra subuertitur, ipsius autem officium decem librarum auri metuens pœnam.

6 ¶ Verùm ista quidem non legislationis modo confecimus. illud verò in confesso est, quia nobis quidem consecrata sunt Deo, pro sacerdotum ipsius honestate. Si verò ipsi transgressi fuerint ea quæ sunt ordinata, & dissimulent & non vindicent, sed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cœlestes pœnas habebunt & illinc condemnationem quæ illis in ipso Dei repræsentabitur tribunali, quæ indecentem dissimulationem arguet & vindicabit. Si verò & aliquis ciuilium magistratuum maiorum aut minorum officialium aut defensorum, aut cùm hæc didicerit, non indicauerit, aut cùm vindicare licuerit, neglexerit, aut rem mercede prodiderit, sciant, quòd præter interminatas à nobis pœnas, habebit & à maximo Deo nostro pœnam sequentem, & obnoxius erit execrationibus omnibus quæ sacris continentur libris.

7 ¶ Sicut autem hæc nobis ob nihil aliud quàm ob domini sancita sunt cultum, sic & hoc addimus, vt inquisitiones cum summa diligentia fiant, & ne quis calumniator insurgat in aliquos, aut falsò accusaturus, aut falsum testimonium lacturus his de rebus. Sicut enim sacerdotibus si quid tale egerint, tales imposuimus pœnas, ita & his qui calumniari ipsos tentarint, ex cælo & legibus nostris pœnas imminere volumus, si accusatione cœpta, seu adnunciatione aut persequi noluerint, aut perseuerare in huiusmodi accusationibus non quiuerint D. PR. Non. Non. CP. Iustiniano PP. A. IV. & Paulino V.C. Coss.

DE HÆRETICIS, ET MANICHÆIS ET SAMARITIS.

TITVLVS V.

Nemo existimet priuilegia superioribus titulis data Episcopis & episcopis & clericis vel monachis ad alios quoque Christianos Catholicos pertinere. Sacrum iuris huius tit. constituitur vt alienis ab huiusmodi priuilegiis sint hæretici. Nam & eorum episcopos aut clericos hoc sibi nomine falsò vindicare, & eorum conuentus & conciliabula non esse Ecclesias sed quasi Ecclesias, l. 3. non ecclesiæ sed vnguentaria, non episcopus, sed pseudepiscopus, l. 8. l. 14. No. 131. existimari esse sed non esse. Et hæreticis, l. 1. C. Tho. eod. tit. adunatis schismaticis, nulla. Nam & si hæretici continuò ad fines qui dicuntur à communione catholica, aut schismatici qui & hæretici dicuntur, hæresis sit, plerumque tamen desinit in hæresim, vt de schismate Donatistarum ait l. 4. C. Th. ne fil. hæp. tit. Quæ ne hæresis vocarentur, appellationem schismatis præferebat. Sic legendum. Et paulò post. Et germanitatis hæresis cuniq; esse vt hæresis aut schismatis nascerentur. Et de illis D. Augustinus in hæresim schismatis verterunt. Definiuntur autem hæretici l. 1. hoitus tit. qui vel ideò appellantur dicuntur à radicis & matrice Catholicæ religionis, & nomen habet à pertinaci sententia & opinione singulari. Aera sancta reliquiæ pacatis, vt Theodosius inquiunt No. de Iudæ. Sam. & Iuct. Prius enim hæreticus, sicut non est. Addunt Gratianus in hac tit. de Manichæis, quasi infinitorum hæretica, quia ad inanem vsque sceleratis magnitudinem, vt ait l. 5. & incestis permisceri religionis nomen laqueorum quasi quæ vel pudenda commitere, No. Valentiniani de Manichæis, quæ ex D. Augustini libro lucet apostrofem, & Agathia historia lib. 2. & Cyrilli Hierosolymitani catech. 6. Et Dionysiorum & Maximiani in Cod. Greg. velut nemo inquinatique prodigia in suum monstrum de Persica pœna prodiisse Manichæi. Addatur & de Samaritis propter similitudinem quasdam conditionis Graecus quo de eis sententia hoc tit. sicut inter Nos sunt dua de Samaritis. Horum fides missa est ex Iudæorum & paganismo. Manichæi sunt ex Christianismo secundum diuisionem Epiphanij. Verùm licet varia hi omnes pœnis afficiantur, tamen ea sententia separatura non magnitur l. 9. Et hæresis tantum Romani Imperii hos pœnis fabricantur, non suderari, vetat Gothi nominatim excepti l. 11. quorum plerique Arriani erant, nec enim legi cuidas externi timent. Cyr.

Qui in legem commitit, priuilegium legis amittit. hoc dicit cum auth. seq. SALYC.

Imppp. CONSTANTINVS, CONSTANTIVS & CONSTANS, ad Oreticianum præfectum.

PRIVILEGIA *quæ contemplatione religionis indulta sunt *, catholicæ tantùm legis obseruatoribus prodesse oportet b. Hæreticos* *C.Th.4.

F f non

480/C.IV.K.5-4, 177-178
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Et subiici. Ne ergo qui est pauperandus, non debet habere primili *: vt ¶ ea Lauriniti.

b ¶ Tem priuilegium.] Antepeniur. vt habet ¶. qui pe. in pp. ha Legislat.

c ¶ Tertia. vt ¶. de rei vxo. all. §.1.

d ¶ Alia omnia *. vt in quantum fieri possit dimittitur: vt ¶. de re iudica. Licet tamen. in fin. Item vt tantū Republica detur * filii reddi intelligatur: vt ¶. de rei vxo. all. d. ¶ in prior.

e ¶ Claudantur. id est, deongantur.

f ¶ Mori.] Vel delitescere. nam culpa * similis est cū prohibita defere quam docere: vt infr. de maleficis. & mat. l. culpa.

g ¶ Eorundem. hereticorum.

h ¶ Habent falsas * dominos nō est dominus.

i ¶ Qui non sunt. aliis, quod non fuo. Qui enim non est minister, quisestium commendare non potest: vt ff. de negot. gest. l. qui aliena. l. quemquam.

k ¶ Cominquirium. id est, confessum, vel negiorum.

l ¶ Negligunt. i. negligēdo credunt.

m ¶ Vel pro falsum.

n ¶ Leui argumento *. id est, leui arrisolo, qui manifesti debet ferri quia pertinaciter * illud affirit. non autem illud dicat causa defendendi, & ad hoc quod pro delicto in Iesu se commisse magna frequentar passa. Nam ad hoc dico quod Iesus fit delictum, facit infr. de lib. & m. lib. 1. § de promiscu. lib. xij. l.). Vel dicitur hereticus, qui non est membrum sanctae ecclesiae: vel qui suae diuersiorum haereseum: vt in auth. de priuil. de crim. cuiq. §. Vel qui non credunt omnesse concilia: vt infra. eod. l. quicumque in prior. & in auth. vt clam de appell. cog. §. generalem. coll. vij. & alia multa modo possit dici hereticorum nat. extrā de haer. c. ij.

o ¶ Deuiare. perniciosi aeuiostatur.

p ¶ Pauli.] Aliunde. de causis cognoscere ff. de fam. Tyr. & fil. eor. l. ij. & de apel. & eius. l. commentariis. & ¶. de his qui ad eccl. confug. l. iij. & in auth. de haered. ab. intest. coll. iij. q. ¶ Subimmittitur. loquimur praecipe praeterito.

q ¶ Manichaeus.] qui Christum dicunt esse verū hominem: sicut eccesia non solum ab his priuilegiis alienos esse volumus, sed adiectis muneribus constringi & subici *.

IN AVTHENT. DE priuil. do. hat. ma. §. quia enim dedimus. coll. viij. cond. v.

Item priuilegium dotis, quo mulier creditoribus tempore pricribus anteponitur b, necnō de taciris * hypothecis & alia omnia d mulieribus à lege data claudunturr * his quae catholicam non participant communionem.

III. Impp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Magistrum P.P.P.

Omnes * vetitae legibus diuinis & imperialibus constitutionibus haereses perpetuō quiescant. nemo vlterius conetur, quae repererit profana praecepta vel docere vel discere f; nec antistites eorundem g audeant fidem insinuare, quā non habent h, & ministros creare, qui non sunt i: Nec per conuentiam k † iudicantium, omniumque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia negligatur l & crescat. 1. ¶ Haereticorum autem vocabulo cōtineatur, & latis adonitis eos sanctionibus succumbere debēt, qui vel m. leui argumento n à iudicio catholicae religionis, & tramite detecti fuerint deuiare o.

Haeretici non debent habere locus in quibus conueniant nec Missae, vel Liturgiae dicere: poena iudicibus non vindicantibus immunere. b. d. Salvc.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. Claudiano P.V.

PAteant summi Dei templa timentibus, nec sola altaria, & oratorium templi circumiectum qui Ecclesias quadripartito parietum septo concludit, ad tuitionem confugientium sanctimus esse proposita: sed vsque ad extremas fores Ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primus ingreditur, confugientibus autem salutis esse præcipimus: vt inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, & intimas primas Ecclesiæ, quicquid fuerit interiacens siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quilquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc asilus sit, cùm discrimen suum videat, ad experendam opem ipsi quoque confugiant. Hanc autem spatij latitudinem adeò indulgemus, ne in ipso Dei templo, & sacrosanctis altaribus confugientium quentiquam manè, vel vespere cubare, vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsos, qui confugiunt, pietatis ratione seruantibus. 1. ¶ Arma quoque in quouis telo, ferro, vel specie eos, qui confugiunt, minimè intrà Ecclesias habere præcipimus, quæ non modò à summi Dei templis, ac diuinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. 1. ¶ Proinde ij, qui sine armis in sanctissimum Dei templum, aut ad sacrosanctum altare siue vsquam gentium, siue in hac alma vrbe confugiunt, somnum intra templum, siue ipsum altare, vel omninò cibum capere absque aliqua eorum iniuria ab ipsis clericis arcentur, delignantibus sparis, quæ in ecclesiasticis septi eorum nutrioni sufficiant, abducentibus capitalem pœnam esse propositam, si qui eos conentur inuadere. Quibus si perfuga non adnuit, neque consentit, præferenda † humanitati religio est, & à diuinis ad loca, quæ diximus, turbanda * temeritas. 1. ¶ Hos verò, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant præmonemus. Dein si telis cincti, quouis Ecclesiæ loco, vel ad templi septa, vel circa, vel extra fine, statim eos, vt arma deponant, auctoritate Episcopi à solis clericis seuerius conuenire præcipimus, data eis fiducia †, quòd religionis *, nomine melius, quàm armorum præsidio muniant. Sed si Ecclesiæ voce monit, post eos, tantoremque denunciationes noluerint arma relinquere, tam clementiæ nostræ apud Deum, & Episcopum causa purgata, armatis si ita res exegerit, intromissis, trahendos sic, abstrahendosque esse cognoscant, & omnibus casibus esse subdendos. Sed neque Episcopo inconsulto, nec fine nostra, suis Iudicum in hac alma vrbe, vel vbicumque iussione, armarum quemplam ab Ecclesiis abstrahi oportebit: ne si malis passim hoc liceat, confusio generetur. Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Antipatro V. C. Cos. & qui fuerit nunciatus.

Seruus dicitur ad Ecclesiam confugiens, à clericis eici debet: quòd si non possunt, dominis nunciet, eos facultas extrahendi concedatur, nisi arma armata: adeò quòd si seruus in pugna occideretur, delicto dominus non adscraretur. SALYC.

IV. Imp. THEODOSIVS, & VALENTINIANVS AA. Imperio * P. P.

SI seruus * † cuiusquam in Ecclesiam, altariue armatus, nullis hoc suspicantibus, inopinatus ingruerit: extinde protinùs abstrahatur ‡, vel continuò domino, vel ei, vnde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur *, eique mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi * animos insania impellente conceperit: abripiendi, extrahendique eum domino, quibus id poterit efficere viribus, concedatur. Quòd si illum etiam configi * in concertatione *, pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa, nec confundæ † criminationis ‡ relinquetur occasio, sis, qui ex statu seruili in hostilis, & homicidæ conditionem transiliit, sic occisus. Dat. V. Kal. April. * Valerio, & [Aëtio] † Cos.

Ista lex prohibet conclamationem, & hominum conuenticula fieri in Ecclesia. BART. Vel sic: *Seditiones, tumultus, & conuenticula, vel conspirationes in Ecclesia, etiam contra priuatam personam, non debent fieri sub pœna vltimi supplicij.* SALYC.

V. Imp. MARTIANVS A. ad populum.

DEnunciamus E vobis omnibus, vt in sacrosanctis Ecclesiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace, & quiete vota competit celebrari, abstinentis ab omni seditione: nemo conclamationibus vtatur: nemo moueat tumultum, aut imperum committat, vel conuenticula collecta multitudine in quaëlibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuscumque loci colligere ‡, ac celebrare

480/C.IV.K.5-4, 207-208
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Colabere.* id est, ordinare collectam.
b ¶ *Commoe.* scil. tractare concaniticula, vt irrnat in ecclesiam. *Sic l. de episc. & cler. l. si quis in hac.*
c ¶ *Quindecim.* id est, qui congregantur in ecclesiam, vel, id est, congregauerint in ecclesia.
d ¶ *Praesidium.* non tamen tumultum & impetum in ecclesiæ commitere.

¶ Iuniores habent ac sufficiens offendi. ab eo, quod adire hodiet, & implorare offensiam eum vt illum compellat ad pœnitentiam. Iuniores dicuntur de non adfuscentibus. Cod. de Cons. e. l. obtinere. *l. de off. proc. Tho.* lib. 1. de Bald. de Lud. qui fuerit obtenti in l. *fol. eff. fuisse.* in *fl. cofed. de* [illegible] *Pontifice* [illegible] *Bart. in Lex.* [illegible] *de appellat.*

PRæsenti.] CAESA. In supra partes audiuit hac lex. 1. Primo dicitur hæc lex bene locum habuisse præterquam Constantinopol. 2. Secundò dicit quòd si liber homo debitor reipub. vel priuatæ fugit ad ecclesiam vt solutioni esset, non debet extrahi, neq; ecclesia pro eo satisfacere. 3. Tertiò, quòd non solùm non extrahantur inuiti, sed neque etiam ita malè tractentur, neque impediantur habere quod comedant. 4. Quartò, quòd si creditor propter quem fugit, velit eum contentare, aut compare, & cibaturarum latitat intra fines ecclesiæ, & œconomus eum prohibeat vt possit citari à nuncio, & citatus respondebit per se, vel per procuratorem, & si non faciet, fiat missio pro mensura debiti & vendatio eiusmobilibus, quòd si essent mobilia fuisse, inquiratur extra ecclesiam & intra, vbicunque fuit, adeò vt rodes illi apud quem bona esse credunter, si ea occultauerit, ad iuramentum profundum adhibitum. 5. Quartò, adiicit quòd etiam in fideiussoribus, & aliis accessionis fugientibus ad ecclesiam eam tenet eorum habent locum prædicta. 6. Sextò dicit, quòd si quis de familia non fuerat vel adscriptitus vel liberius verberatus à suo aufugit cum aliquibus rebus ad ecclesiam: non iusta causa recessit: & puram pœnitetur, & domino redderat. aut iusta: & tunc redderat domino iterum quòd propter hoc eum non offendet. & hæc cito fiunt, ne bona pauperum comedantur, neque famuli fabricantur seruitio. 7. Vltimò causam propter quam aliquis confugiat, ad Ecclesiam. VIANTES.

a ¶ *Confitura.* id est, ea quæ sunt confitura in hac præsenti lege. 2. Veteribus præfatus, & præfatamus id quod in hac l. præfatati est conditurum*.
b ¶ *Praefatum.* i. possibilium: vel id quod nobis videtur. Et die fideiuri præfatamus verbo, non re.
c ¶ *Condituum.* ergo nec seruat. *Sed contrà supra eodem l. si seruum.* Sol. ibi armari, hic non. 2. Vel hic de liberis tantùm: *l. 4. §. ea lex.* & secundùm hoc liberorum b hominum mulier sunt conditiones: *Infra de nat. par. §. fin.* 3. Vel dic tertiò, quòd largè hic conditio * hominis dicitur. quasi dicat, sive miles, sive rusticus sive diues, sive pauper: sive magnus, sive non. & erit eadem secunda & tertia solatio.
d ¶ *Expelli.* fellicet per clericos.
e ¶ *Confugit.* scil. in ecclesiam, vt dixi *supra eodem l. fideiu.*

beare a conetur b. Nam si quis aliquid contra leges à quibusdam c sibi existimet perpetrati ? : liceat ei adire iudicem, & legitimum postulare præsidii d. Sciant sanè omnes, quòd si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit, vltimo supplicio subiacebit. Dat. III. Id. Iul. ipso Martiano A. & Adelphio Coss.

De ecclesia nullus debet extrahi, sed debet ibi verbaliter citari. h. d. vsque ad §. eum autem. BART. Vel sic: *Hæc l. loquitur primò in libero, secundò in seruo. Secunda ibi,* sanè si seruus. *Prima subdiuiditur in tres. nā primò prouidet in confugiis. Secundò eorum aduersariis. Tertiò prædicta extendit ad fideiussores & mandatores. secunda ibi,* qui hoc moliti. *tertia ibi,* adiicientes. *Prima iterum subdiuiditur in quinque. nam primò mandat confugiat de ecclesia non protrahi. vsque ibi,* nec pro his. *secundò mandat clericis pro his non exigi. vsque ibi,* his qui. *tertiò pœna contra arcentantes. vsq; ibi,* ex his, *quartò concludit prouisio dictum. vsque ibi,* nec in ipsis. *quintò addit primo dicto prouidendo ne ecclesia auferatur confugiū. h. d. secundū* SALYC.

VI. Imp. LEO A. Epithetis P.P.

PRæsenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac vrbe regia, in qua nos diuinitate propria degentes, quoties * vsus exegerit, inuocati, singulis causis atque personis præsentanea constituta * præfatimus f) nullos penitus, cuiuscunque conditionis g sint, de sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei expelli h, aut trahi i, vel protrahi confugas k, nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos œconomos exigi quæ ab ipsis debentur, his qui hoc moliri, aut facere, aut nuda fabrem mandat quòd œconomi quærant aliquis confugiat, ad Ecclesiam. VIANTES.

a ¶ *Confitura.* id est, ea quæ sunt confitura in hac præsenti lege. 2. Veteribus præfatus, & præfatamus id quod in hac l. præfatati est conditurum*.
b ¶ *Praefatum.* i. possibilium: vel id quod nobis videtur. Et die fideiuri præfatamus verbo, non re.
c ¶ *Condituum.* ergo nec seruat. *Sed contrà supra eodem l. si seruum.* Sol. ibi armari, hic non. 2. Vel hic de liberis tantùm: *l. 4. §. ea lex.* & secundùm hoc liberorum b hominum mulier sunt conditiones: *Infra de nat. par. §. fin.* 3. Vel dic tertiò, quòd largè hic conditio * hominis dicitur. quasi dicat, sive miles, sive rusticus sive diues, sive pauper: sive magnus, sive non. & erit eadem secunda & tertia solatio.
d ¶ *Expelli.* fellicet per clericos.
e ¶ *Confugit.* scil. in ecclesiam, vt dixi *supra eodem l. fideiu.*

f ¶ *Cognitione* *. Contrà *ff. de pœnis l. cognitionis.* Sol. hoc privilegio ecclesiæ, vel ad tenorem dictum est. a. Vel die *aut*, pro *&*. Lauda cognitione & tractata. 3. Vel dic quantqua aut est cognitio adeo nulla, vt non transferit in aliquod contamen, & nunc non punitur, *vt ibi.* Aut transiit in contamen, licèt non reuerit ad effectū, & tunc in grauioribus punitur: *vt hic, & l. ad legem Iuliam maiest. l. qui ejusque, & ff. de extraord. cogn. l.* ; *& supra de episcopis & clericis. l. si quis non dicam.* maximè quia in maleficiis voluntas cum aliquo actu spectatur, non eximit: *vt ff. ad leg. Cornelium de sicl. l. dicunt Hadrianus.* Et sic lege aut pro *&*, vt dixi modò. In minoribus autē oportet saepè effectum: *vt quod quisque iur. l. in fine. & ad legē Cornelium de falsis. l. quisquis.* & de hac materia * plenè die vt not. *ff. de fur. l. qui ex mente 67.*
g ¶ *Quos.* sufficet finem ¶ *Vltimoque*, missionem de domo sua, vel amicorū, vel etiam de ecclesiam *l. 10. §. penult.* ACCVRS.
h ¶ Publicè id est, intrà septa tamen ecclesiæ. ACCVRS.
i ¶ *Conuenienda.* i. id est, citandos verbo.
k ¶ *Sententia.* commonitionis, non re.
l ¶ *Ad mentem.* sci. ab episcopo, vt hoc fiat. 2. Vel die dictionem *mentem*, esse penitini cassa.
m ¶ *Professus.* voluerit monere vel citare.
n ¶ *Citari.* sed in criminali non potest: *vt ff. de pœnis ad l. pen. §. ad crimen.*
o ¶ *Eum.* Gregorini.
p ¶ *Eligere.* Nec. liberè esse * per se vel per procuratorem agere vel respondere: *vt ff. de procurat. l. fin. & ff. de iudic. l. sed si cum. §. idem est & si negotia.*
q ¶ *Iudicantes.* f. 2 vt causar indicatum solui. & *de defendendo: vt Instituit. de satisdat. §. fin. & ff. de procurat. l. 8.* & quòd dominus de calumnia iurat hodie: vt *ff. de iur. l. 9. §. fin. aut. ad fauor.*
r ¶ *Deuolu.* i. destinatos.
s ¶ *Respondere. Aug. hic, & ff. de procur. Cum sitis. in prin. & l. sed nam ex hoc*, contra eos qui dicunt eum * procuratorem fieri ic. confess. fieri nec de i calumnia iurari.
t ¶ *Solitus erit*, non est hic ordo seruandus qui sequitur, vt primò in mobilis accipiant, postea mobiles. *Sed cōtrà: vt ff. de rei vind. l. 2. dicit. §. 4. fin. ff. de pecu. leg. 1. quidam.* non enim ordo seruatur * seruatur: *vt ff. de stip. l. nec enim. & d. l. quidam.*
v ¶ *Pedites.* fellicet, fugiens ad ecclesiam, immobiles: contrà, *ff. de re iud. l. 2. dicit. Pis. §. 4.* vbi dicitur quòd res mobiles primò debent aportari. Dicas quòd si non sint res mobiles, vel etiam non apparent, tunc res immobiles aportari debent, sup. Iustus sequentia, quòd d ses.
d ¶ *Post edictorum.* Citari enim debet vrinis edictis: quorum * quodlibet continet spatium decem dierum: vt patet *ff. de iud. l. ad peremptorium. nam dicit d. Iuspa.* ACCVRS.
e ¶ *Solamen.* Olim mitrebantur in possessionem omnium bonorum. Itaque omnia distrahebantur, vt constat. ex eorum. Cc. pro QUINCI. CVIACIVS.
f ¶ *Ad modum.* Hoc refertur ad vendationem: nam secundùm

Codex.

G 2

hæc

480/C.IV.K.5-4, 209-210
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 211-212

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

DE HIS QVI IN Ecclesiis, &c.

Fanae ecclesiae fugientibus, fanei & manumittendis.

I *Amodudum.*] CASTIG. Quaerebat quidam an possit fieri manumissio in ecclesia praesente episcopo & populo, & scripturis interpretantes quibus respondet in genere & specie, quod fic. VIVS.

a Manumittere quis in ecclesia eodem anno potest, quae apud Iudicem potest.

a ¶ *Nemo.* Omnes. etiam minores * vigiati mortis fecit coram iudice: vt *Infra de liber. §. multis autem modis.*

b Plurale, pro singulari.

b ¶ *Plebis.* i. popuali.

c *Ancillaribus.* i. ancillis, plurale b pro singulari: vt *E. de apostap. & clero i. orphanotrophis.*

d *Faciant.* id est, manumittant.

e ¶ *In qua.* Scriptura.

f *Ipsi.* manumittentes.

g ¶ *Vnus.* Dominus.

h ¶ *Signum.* i. scribanus, & sigillum, quod c est vice scripturae tabellionis coram iudice factae. 2. Vel die, pro tabellioni poni, quod non est opus pro scribendo instrumento, sed sufficit scriptura primata.

e vide bibliam vtriusque testam. lib. 1. vbi hoc genus manumissionis dicitur poli. quam à Constantino introductis: & contra super in conditionis non manumittuntur. vide aut à quo id genus manumissionis vsitatum Scripti in ueteri ad hanc vsu hum commendatur.

c Sigillum fere fignum antiquis vsitatum. praeter tabellionis habet.

i ¶ *Testimonium.* licet alij non sint testes sec. Petr. imò totus populus fuit testes.

k ¶ *Quigite per vel-meriplas.*

l ¶ *Meritum.* quia bene fuit merentes.

m ¶ *Libertatem.* tefte vel interprete non expectato iudice, sed ipso iure fec. 1. 2. Vel die testem * pro tabellione poni in tali instrumento: vt *E. ad l.j.* ¶ Et not. quod quidam * dicunt hic speciale, vt non c adiuant hereditatem competat libertas: quod falsum est, quia contra communem regulam: vt *E. de canon. cons. l. Illum. & ¶ de fideicom. Laum. & de codic. tollen §. in omnibus.* Subaudi ergo hic publicare, fcilicet & adiuta hereditatis.

d Tabellio pro tabellione.

e Ex multis infrà est.

f Libertatem vsitandis dicitur, non ad id hereditatem non competunt.

n ¶ *Dicensis.* coram iudice, & die per eafdem feriatis.

o ¶ *Ita.* iuris.

p ¶ *Clericis.* Sed an idem in laicis? Resp. fic, per *Infra de liber. §. multis.* vbi dicit in ecclesia, fed non per i. iftam; nifi in clericis, in quibus erat speciale.

q ¶ *Nemo.* i. plenam libertatem, & erat in clericis speciale, hodie communitas est: vt *Infra de clericis. §fin. & interpretatum* eiectus castigabatur. qui verò propter potentem personam ad ecclesiam confugit, monetur imperatorem maiestatem per Archiepiscopum, & ecclesiae defensores.

DE HIS QVI IN ECCLESIIS MANVMITTVNTVR.* TITVLVS XIII.

Rogatus aliud privilegium Ecclesiarum & clericorum, cum esset difficile ad Constantem Romanum perveniri, nec manumissione quacunque cum servo adoptio posset, vt Hermias in 1. cap. in fin. Imperium Eius magis vbi vobis nisi dominis ecclesiae & universae Imperio agitur: vt qualiscunque manumissio sufficiat servis cuiuscunque status sint, vt l. 1. j. comm. de manumiss. ad libertatem plenam & iustam libertatem, quo modo fui in Ecclesia ipse populo & signatione episcopi. Imò & clericorum servos manumittere quibuscunque verbis, quacunque scriptura, quocunque loco etiam absente episcopo ad Constantem Rem perdimus placet. CVIAC.

Minor 25. ann. certi amissite & plebe potest servili suum manumittere scriptura interveniente. SALV.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Praetorianum Episcopum.

Amodudum * placuit vt in ecclesia catholica libertatem domini * suis famulis praestare possint, si sub aspectu plebis b adsistentibus Christianorum antistitibus c id faciant d: vt propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscunque scriptura, in qua e ipsi f vice g testis signet h. Vnde à vobis i quoque ipsis nū immerito dandae & relinquendae sunt libertates quo quisque vestrum pacto k voluerit, dummodo vestrae voluptatis euidens appareat testimonium l. Dat. vj. Id. Iun. Sabino & Rufino Cons.

Clericis permittitur inter vinos & in vltima voluntate servos suos manumittere, & plenam libertatem consequantur. SALVC.

II. Idem A. Ossio *.

QVi religiosa m † mente in ecclesiae gremio seruis suis meritam * concesserint libertatem n, eandem eo iure donasse videantur, quo ciuitas Romana solemnitatibus decursis o dari cōsuerit. Sed hoc duntaxat his q qui sub aspectu amisisti dederint, placuit relaxari. Clericis p autem amplius concedimus, vt cum suis famulis tribuant libertatem, non solùm in conspectu ecclesiae, ac religiosi populi plenū q fructum libertatis concessisse dicantur, verumetiam cùm postremo iudicio dederint libertates, seu quibuslibet verbis dari praecoperint: ita vt ex die publicatae r voluntatis sine aliquo iuris testis, vel interprete competat directa libertas. Dat. Kal. Maij Crispo II. & Constant. II. Cons.

DE LEGIBVS, ET CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM, ET EDICTIS. TITVLVS XIIII.

Satis dictum est supra de iure sacro, parte iuris publici. Consequens est dicere de religione iure publico, quod scilicet constitit in populi, senatus, Principis, Magistratuum Imperii, ac quae professionem legis & constitutionis & alia pertinent. Cuius. de primum quidem in hoc tit. agitur de legibus publicis & generalibus quae antiquae fuerunt ex ipsa populi vel plebis: quales nulla ferunt hodie populi potestate translata in principem, & consequenter nulla leges posita sunt de ambitu, quia ad eorum principium pertinet magistratuum creatio non ad populi suffragia. l. 1. E. ad leg. Iul. de amb. l. quidam. de re iud. l. 1. de alb. scrib. quadam constitutiones principum hodie leges condunt ego, rescripta dico, sacrificiorum, adnotationes pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, praecepta, edicta. Et decreta quidem, rescripta, & interlocutiones legis sunt. l. fin. Lex est Nov. 92. animus principis fuerit & opere vnde constituunt. Sic est l. 3. principis esse vt qui in certis negotiis statuit, similium quoque casuum sata competere: aliquo vt Iudicum, sive Principum rei iudicata alio non nocere: vel prodesse. Item §. de his Principes. etiamsum ad Senatum mittere, vt quod sibi placuerit S.C. formarent, & formatum sic, omni generi creationes multis referuntur in libro septimo, & secundum l. 8. omnes illi esse videntur: leges omnes generales principum, Orationes expedire possint. Vt si legem edidit in omnia manciparetur principi, omnia nominis vel has esse vt per omnes populos programmatis iudicum in celebrandis locis, vel alia in forum, vel in theatrum, vel in simpulum, vel in sagittas illa scribere & ambiendum Christianos reciterent verbum Dei, dominicae d.l. 3. quod est omnibus l. reliquam. C. Th. de haeret. Ne leges principum generales sunt, & omnes populi tenent, Reguntur & mulier l. 3. 4. Diuus. ff. de leg. vid. l. vbi. ff. de occulat. & hominis domus Augusta l. 10. hoc tit. & Augustum esse non Augustum l. 4. vt idem populus quoque sui legibus condantur. Omnes autem qua in corpus iuris referuntur. Vel generales sunt, quae e specialis sunt personales quae pertinent ad personas vel corpora non religio certa, fortitia, officia, clarissimi, curiae, provinciae, scholae, quae est non relata in corpus iuris, nihilominus vim suam & robur retinent, vt ex in Const. Imperiumi de haeret. Cod. cons. omnes non tenent l. 1. hoc tit. & hae differentia legum vt obseruatur, idem sepe memini nec authentes iuris quae sint edictalis leges, generales leges, generalia rescripta. l. 1. §. vltimo. E. de leg. nato. l. quotiies. ¶ sed si non in corpore, de hered. institu. l. Diui. §. vlt. ad legem Falcidiam. CVIAC.

Iudex non debet recedere à iure scripto, propter equitatem nisi scriptum, nisi melioris principis ad quem hoc pertinet. f. limitare iuri scriptum. h. d.

1. Imp. CONSTANTINVS A. Bassi praefecto † vrbi.

NIter aequitatem * * iuisque a * interpositi interpretationem nobis

DE LEGIBVS, & constitutionibus, &c.

Supra de religione quae ad fidem & ecclesia pertinent, nunc de eo quae ad leges sacras: vt] eodem iure sacratissimus. 1. Vel sic Cuiacius. *Supra de diuina sacro dictum est: nunc de humana sacra potit. nam leges sacra sunt:* vt infrà eodem l. leges sacratissimae. Ant.

a Hic manuscripti mendose Constitutionem inserit sic Cuiacius. 1. *Supra.* sic Orac.

I *Nter aequitatem.* Cùm dubium sit, an iuris scriptum & strictum sit aequum: & si non est, quis faciat ius super ea aequitate? Resp. Imperator, nobis solis licet inspicere.

a ¶ *Iusque.* i. etiam aliud ius ipsum, aliud aequitas postulat. Hermes. *lib. ep.* 1. ad. 1. CVIAC.

b ¶ *Iusque* sci. scriptum.

¶ Et posse casum in iure scripto & strictio, & aequitate non scripta: vt *E. qui & à quibus. pro. & E. mon. l. incertum §. non omne. & Inst. de leg. Fac. Cas. col. & E. ad Trebel. l. si. qui opera.* ¶ Et in his legibus est aequitas non scripta iuri scripto & strictio contraria * 1. Iof. quandoque latitis positur aequitas, quam ius scriptum: vt *E. ad Maced. E. ad Iulianum. §. mutus.* Et die interpositum, id est, interpretandi à nobis iuris, id est, nobis licet eam inspicere. Vel die interpositi proprie, sci. in suis institutis & hoc intellectui non obstat l. *de iu. l. plerut.* quia ibi loquitur de aequitate scripta. 2. ¶ Item potest poni eodem modo in iure strictio & non scripto. & aequitate non scripta, vim manucho b an posit succedere in feudis rigore iuris, seu

a Aequitas iaquidis iuri scripto contraria, intendum latius & strictius sumitur.

b Feudi. sic esse est, seu in feudis succedere an poti. di qui vinum feudatis pertinent.

480/C.IV.K.5-4, 213-214
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 215-216

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible]

quibusdam concessa sunt ciuitatibus, vel prouinciis, vel corporibus, ad generalitatis [a] obseruantiam pertinentibus. Dat. VIII. Id. Nou. Rauennæ, Theodosio A. XII. & Valentiniano A. II. Coss.

Princeps debet viuere secundum leges: quia ex lege eius pendet authoritas. Bald. Vel sic: *De debito honestatis princeps legibus est subiectus. Et paribus licet iudicare, non imperare.* Sal.

IIII. *Iidem AA. ad Volusianum P. P.*

Digna † vox [b] [a] est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. Adeo [c] de authoritate [d] [e] iuris nostra pendet authoritas. & reuera maius imperio est submittere legibus principatum [e]. Et oraculo [f] præsentis edicti, quod [g] nobis licere non patimur, aliis indicamus [h]. Dat. III. Id. Iun. Rauennæ, Florentio & Dionysio Coss.

In pœnas legis incidit, qui facit contra mentem legis seruans verba, sicut qui facit contra mentem & verba. Quod fit contra legem, vel in fraudem legis, ipso iure non valet, nec confirmatur iuramento: nec etiā valet quicquid sequitur ex eo vel ob id. h. d. Vel sic: *Facere contra legem, vel in fraudem legis, parificantur quantum ad pœnas legales.* h. d. *secundum Iac. Butri.*

V. *Iidem AA. Florentio P. P.* [a]

Non dubiū † est [i] in legem committere eum, qui verba legis amplexus [k], contra legis nititur voluntatem [l]. Nec pœnas insertas † legibus euitabit, qui se contra iuris sententiā sæua prærogatiua verborū fraudulenter excusat. Nullum enim pactū [l], nullam conuentionem [m], nullum contractū [n] inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiā legum [o] interpretationes tam veteres [o], quàm nouellas [p] trahi generaliter imperamus: vt legislatori †, quod fieri nō vult, tantùm prohibuisse sufficiat: cæterā [que] quasi expressa, ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, vt ea quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis [q] etiam habeantur [r]: licèt legislator fieri

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 217-218
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 219-220

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

legem à nostra clementia promulgandam *, nisi supradicta forma fuerit obseruata. Bene enim cognoscimus, quod cũ vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperij, & ad nostram gloriam redundare. b. Dat. XVI. Kal. Nouemb. Aetio III. & Symmacho Cos.

Leges non debent ab aliquo ignorari. hoc primò. Et si circa legem principis occurrit dubietas, est ad principem recurrendum. BALD. Vel sic: *Ab omnibus debent scire ea ad permissa faciunda, & prohibita declinanda. Et legum obscuritas vel dubietas a principe est interpretanda & modificanda. h. d.* SALY.

12. Imp. VALENTINIA. & MARTIA. AA. ad Palladium P.P.

LEges † sacratissimæ quæ constringunt hominum vitas, intelligi * ab omnibus debent ¹: vt vniuersi præscripto ² earum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel ³ permissa ⁴ sectentur. Si quid verò in hiidem legibus latum forsitàn obscuriùs ⁵ fuerit, oportet id ab imperatoria interpretatione parefieri, duritiémque ⁶ legum nostræ humanitati incongruam emendari. Dat. VI. Id. Feb. Aetio & Studio Cos.

Ex Cuiacij obseruationibus lib.
XII. CENSI.

X. Αὐτοκράτωρ ΑΕΩΝ καὶ Κώνων. ΑΑ. *

πάντες οἱ τῶν πολιτικῶν δίκαιοι, κἂν οἱ τοῦ θείου δόγματος ὄντες.

Omnes legibus regiantur & subiciantur, etiam si ad diuinam pertinant domum. D. VIII. Id. Feb. Anthemio A. XI. Cos.

Dubitatio super vna lege vniuersi emergit: debet dirimi per interpretationem conditoris. h. d. Non intelligi quid id possit dirimi per iudicem causa inter litigantes, sed inter vniuersos debet dirimi per conditorem. h. d. & tunc habet vim legis generalis, hoc dicit lex seq. BALD. Vel sic: *Vbi legis intellectus confusaneus vel alia lege non est declaratus, princeps est adeundus.* SALYC.

13. Imp. LEO, & ZENO AA.

CVm de nouo ¹ iure quod cinuetterato vsu ² non adhuc stabilitum est, dubitatio emergat, necessaria est ts ³ suggestio iudicantis, quàm lenitatis principalis auctoritas. Dat. X. Kalen. Maij Leone Iuniore A. Cos.

Sententiæ definitiuæ principis latæ super causa de qua plene cognouit, & eius declaratio habet vim legis generalis: & eius est interpretari, cuius est condere. SALYC.

14. Imp. IVSTINIANVS A. Demosthenei P.P.

SI imperialis ⁸ a maiestas causam cognitionaliter † examinauerit, & partibus cominus * constituris sententiam dixerit: omnes omninò iudices qui sub nostro imperio sunt, sciant hanc esse legẽ non solùm illi causæ, pro qua producta est, sed & omnibus similibus *. Quid enim mainè, quid sanctius imperiali est maiestate? vel quis tãtæ superbiæ fastidio tumidus est, vt regalem sensum contemnat: cùm & veteris iuris conditores constitutiones quæ ex imperiali decreto processerunt, legis vim † * obtinere, aperiè dilucidèque definiunt? Cùm igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legẽ interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam subtilitatem † tam tilimus, quàm corrigendam esse confuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationem * siue in precibus, siue in iudiciis, siue alio quocunque modo factam, ratam & † indubitatã haberi. Si enim in præsenti leges condere soli Imperatori ¶ concessũ est, & leges interpretari, solo dignum imperio esse oportet. Cur autem ¶ ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & sese non esse idoneos, vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurratur ¶? & quare omnitus ¶ et dictum est ad principem si sit eius copia. vt *ibi*, & *ff. eod. l. de iudic. & l. nam vt ait ibi, vel certa non sufficiat*, &c. aliquin interpretabat in benignioren partem: vt *ff. eod. l. hominum. & l. in omnibus.* Sed si ¶ dubium quæ sit benignior, verborum significationi stabo: vt *ff. de condi. & demon. l. Publian.* §. ¶ quæquam videtur primò standum significationi verborum: vt *ff. de legat. ij. l. non aliter.* Tertiò ¶ procedit de similibus ad similia: vt *ff. eod. l. neque leges.* & de hoc dixi *ff. eo l. non possunt.*

¶ *Tres.* si à primo incipias, hæc duo sententiæ sic *ff. de iur. dict. Epistolæ.*

Si imperialis. ¶ Tria fuerit, primò ponit dictum, secundò adducit ten rationes ad illud probandum, tertiò concludit. Secunda ibi, *quid enim maius.* Tertia ibi, *explosis itaque.* BALD. CAPYS. Si causa, vel iuris est coram principe, & ab eo definita, dicitur, quòd illa sententia est lex communis eiũ ad alia similia cũm & lex scripta dicit, *quod principi placuit*, &c. 2. Secundò quæritur, an princeps possit legem dubiã interpretari. Quã dubitationem remouet, dicens: cùm & legem possit condere de nouo, quare aliàs remittere ad eum pro his & aliis dubiis, & eius interpretatio non valentissoles ergo ipse est conditor & interpres legis, falso quod iurisconsulti ferunt: quia ipse authoritate principis fecerunt. VVIGAM. ¶ Nota in versu. *Quid enim*, &c. quòd nihil est maius & sanctius imperio, & hoc intellige, nisi apostolatus B. Petri, cũm Apostolicus condiment principem: vt *in auth. de defunctis. §. interim.* & sicò Imperatore iuste dominio Papæ subditurum, per *c. venerabilem. extra de electi. &c. clar. §. de iuriscon.* BALD.

m ¶ *Imperialis.* hanc legem intelige in his quæ non sunt decisa per ff. vt in feudis, & similibus in alis enim possit legem ferrentem seipsam, cùm hæc sententia non solùm constituta, sicuti debet constituit *l. ad Lucianum.*

n ¶ *Si imperialis.* Est ex 50. dcisf. Idem in Nou. 138. CYIAC.

o ¶ *Cominus.* i. præsentialiter [d], aliàs non valeret: vt *ff. de re iudi. l. de compromisso.* Sed magis contra abiectiũ, quam quia ius habet iuriste *ff. de iudi. l. si iudex. & ff. de iurisd. tab. l. si qui repudiauerit. §. fin.* p ¶ *Temeribus* Contra. *T. ad ff. fol. vt. in locis quoriũ. J. de sent. l. nemo.* Sed hic principis. ibi alterius iudicis.

p ¶ *Legis vim. vt infra de iur. natur. §. fin. & quod principi.*

q ¶ *Soli Imperatori.* hoc exponit vt *J. Institu.*

r ¶ *Leges.* hanc respondet.

s ¶ *Autem* id est, certè.

480/C.IV.K.5-4, 221-222
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Aenigmata.* id est, subtiles dubitationes.
b ¶ *Explosa.* i. remota.
c ¶ *Solus Imperator.* ita quòd nullus alius solus vnde populus Romanus possit b etiam hodie legem condere: vt *Instit. de iure natur. § lex.* 1. Item Senatus: vt ff. *eod. l. non ambigitur.* Excludit ergo solus c singula generum, non genera singulorum, vt & ibi, scripto solus ciuitatem seruauit, id est, nullus alius solus: magis aucti populus seruauit. 3. Item non obstat ff. *de off. praefecti praet. l. formam.* aliàs normam, quia auctoritate principis hoc facit: vt & *ibi* subiicit. 4. Item nec quòd dicit, quòd populus translulit potestatem in principem. Nam capoue, id est d, concessit: vt ff. *de offic. eius cui man. est iur.* [illegible] Alij vt laudent quod populus Romanus hodie non potest facere legem e.
d ¶ *Permisit.* vel ratum habebit: *in proemio* [illegible] *& facit* ff. *de vetere iur. enucl. l.* [illegible]

nes ambiguitates Iudicum, quae ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostrae, si non à nobis interpretatio mera procedit? Vel quis legum aenigmata a soluere, & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is cui soli legislatorem † esse concessum est? Explosis b itaque his c ridiculosis ambiguitatibus, tam conditor, quàm interpres legum solus c Imperator iustè existimabitur, nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis † hoc maiestas imperialis permisit d. Dat. * VI. Kalend. Nouemb. Decio V. C. Cos.

DE MANDATIS PRINCIPVM.

TITVLVS XV.

E Constitutionibus specialibus principum sunt priuilegia & decreta interposita in negotio aliquo, ita vt in exemplum non trahantur, L. 1. tit. prox. sunt & mandata, id est, praeceptiones omnia quae certis personis dantur à principe, veluti praesidibus aut procuratoribus, quae Dio LIII. [illegible] *Nou. 17. quae fuit edita post editionem Codicis, Belisario Consule.* CVIAC.

Mandatum principis non potest probari, nisi per scripturam. BALD. Vel sic: *Praetextu mandati principis non debet admitti quis cuiuscunque dignitatis: nisi illud probet in scriptis.* SALYC.

1. *Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *ad Eusignium* * P.P.

SI quis † adserat cum mandatis nostris secretis se venisse: omnes sciant nemini quicquam nisi quod scriptis a probauerit, esse credendum: nec vllius dignitate tereri, siue ille tribuni, siue notarij, siue comitis praeferat dignitatem: sed sacras literas esse quaerendas. Dat. XVI. Kalend. Iul. * Heracleae, Merobaude II. & Saturnino Coss.

DE MANDATIS principum.

Suprà de constit. principum dixit: Sed quia mandata sunt constitutiones speciales, ideò de his supponit. Et est inter mandatum & constitutionem

d Transfere. [illegible]
e [illegible]
* [illegible] Vetus Cuia. [illegible]
* Puto legendum die XVI. Kalend. Constantinop. P. Antonio & Syagrio Coss. [illegible] Roma. Merobaude II. & Saturnino Coss. CVIAC.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ

καὶ Ἰουστινιανὸς ΑΑ.

Θ[illegible]

Latinè Antonij Contij.

SAncimus neminem clarissimorum praesidum nostrorum supremorum vel subalternorum (*posse*) suis inscribere sententiis, *Vt diuino verbo iussimus,* vel *iussionem facere aliquam*, vel *renunciationem*, vel aliud quidpiam eorum constituere quae ab ipsis fiunt: nisi quatenus in contradicam dationibus, repetant diuinam nostram sine scriptis factam esse iussionem, iudicè seu contradicem datum rectè ferre suas sententias: Similitérq; gloriosissimè quaestorem sacri nostri palatij & spectabiles referendarios nostrae pietatis rectè sine scriptis diuinam iussionem factam accedentibus, [ad nos] Iudicémque vel contradicem petentibus: aut quid aliud eorum quae lites protrahunt per positionem, (seu constitutionem) componere: In hoc enim solo diuinae nostrae non scriptae iussionis mentionem fieri concedimus.

differentia tanquam inter genus & speciem.

a [illegible] *Si quis.*] Scriptis. non b autem testibus, vt hic, & est speciale: vt & arg. ff. *de epis. & cler. l. si quae per calumn. §. fin. & not. Inst. si minor se ma. di. l. 19.* & dic de hoc [illegible]

a Delegatis [illegible]

DE SENATVS-consultis.

Dictum est suprà de legibus quae à populo exiguntur [illegible] *sed quia multis populis in immensum difficile* [illegible] *populus tantum senatores vt ipsi vice populi [illegible] quidquid statuerent, lex esset: vt Instit. de iur. nat. §. senatusconsultum. & ita factum est senatusconsultum Velleianum, Maced. & alia multa.*

a Q*Vamuis.*] Etiamsi [illegible] *Instit. de iure natural. §. senatusconsultum.*
g ¶ *Statutorum.* à senatu.
h ¶ *Crimine.* & sic etiam deportetur: vt ff. *ad leg. Iul. de ambi. l. j.* & hoc quia magnae b auctoritatis est senatusconsul. vt ff. *à quibus appel. non lic. l.* [illegible] *& facit infrà de preci. imp. offeren. l. rescripta.*

b [illegible]

DE SENATVSCONSVLTIS.

TITVLVS XVI.

SEquitur alia pars iuris ciuilis, Senatusconsulta, id est, ea quae Senatus facit, siue decreta amplissimi ordinis, quae tamen in posterum fieri vetat Leonis Nou. 78. cum fortè Senatus etiam potestas translata in principem. Antiqua tamen Senatusconsulta manent, sicut antiquae leges. & vt hic ostenditur contra ea elicita rescripta, veluti contra S.C. Tertyllianum, aut contra S.C. Velleianum, nullius momenti sunt. [illegible] *L. 8.* ff. *de legib. nulla lex principis generalis valeret sine S.C. quod & Probum constituisse Vopiscus refert.* CVIAC.

Senatusconsulta sunt seruanda, & contra ea rescripta non valent, & impetrator punitur h. d. SALYC.

1. *Imppp.* † GRAT. VALENT. & THEODOS. AAA. *ad Senatum.*

QVamuis senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem g, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur: adiicientes, vt si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentauerit, vt transire ei formam liceat statutorum g: tertia patrimonij parte mulctetur, & damnatus ambitus crimine h, maneat infamis. Dat. VII. Kal. Aug. Heracleae Richomere & Clearcho Coss.

† al. Imppp. Valentinia. Theodos. & Arcad.

DE VETERE IVRE ENVCLEANDO,

& de auctoritate iuris prudentum, qui in Digestis referuntur.

TITV

480/C.IV.K.5-4, 223-224
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Equidem alia pro iuris civilis, responsis, & interpretatione Iurisconsultorum veterum qui ab Imperatoribus conditi sunt, respondendi, scribendi, conendi, interpretandi potestatem acceperant, eiusmodi enim quicunque potestatem non acceperant, nulla auctoritas est, nec certi scriptis Iudices obligantur. Cum tamen à superioribus scriptis condere non possint, quæ sunt pro parte iuris civilis. Et elegenter Iustinianus, dum jus condidit Iurisconsultis auctoritatem parem in L. vlt. C. de legib. nihil tamen si ea derogare aut quibus hanc facultatem olim dederit maiestas imperialis. Inter autem veteres Conditores iuris hujus in Digestorum L. libros Tribonianum, & antecessores, & reperio omnes prudentes, qui ab illis in ea opere condendo adiuvare delegati necessaria, & vtile recepta quæque conferre, ac veterum Iurisconsultorum scriptis, atque ita sua verba, vel ipsis inserere, parere, & eorum sententiam constituere, atque in ordinem redigere, quod omnibus dixit, vt id ostendimus enucleatio cujus definitio tam & certa. Sic ergo veteris antiquam prudentiæ Iurisconsultorum vocat. De Iuris Consultorum vitia reprehendit aliquid afferre, Pedantes Conditorum vitia, longa conscripta exarare quid quoque pacto Digestorum continuatur, & quidquid operi parum, atque Codici Constitutionum vim indicat: nec enim tam dictorum Responsa prudentum, aut Senatusconsulta, vim legis obtinere, quam Iudicis ad populi, sed Imperatores sublimiores vice populi, & subditi vendicantur auctoritatem condendi, & interpretandi iuris: L. 1. n. gen. & vlt. C. de legib. dicunt. Responsa prudentum, & Senatusconsulta Constitutionum vigorem obtinere. Et quod in hac omnis adiuvar de auctoritate Iurisprudentum, qui in Digestis referuntur, ab perniciosi, quod prioribus Constitutione definitur vt omnium Iurisprudentum, sic eadem auctoritatem ac vi altera pacto habeantur, ac Papinianis pari Vlpianus, vel Paulus, vel Marcianus, adeoque LL. Cod. Theod. de resp. prud. Cujac.

1. Imp. Iustinianus A. Tribuniano viro amicissimo questori sacri palatij.

Eo * † auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipublicæ sustentamus: & ita animos nostros ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis ᵇ confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam providentiam referamus summæ Trinitatis, vnde & mundi totius elementa prouecessunt, & rerum dispositio in orbem terrarum producta est. Cùm itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas, & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem (quia à Vrbe condita, & Romulei defcendit temporibus) ita esse confusũ, vt in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: petiũ nobis studium fuit à sacratissimis retrò Principibus iustrum fumere, & eorum constitutiones emendare, ac viæ dilucide tradere: quatenus in vno Codice congregatæ, & omni superuacua similitudine, & iniquissima discordia absolutæ, vniuersis hominibus promptum hæ lynceitatis præbeant præsidium. Hoeque opere ᶜ consummato, & in vno volumine, nostro nomine præfulgente, condiuuato ᶜ cùm ex paucis, & temporibus relevati ad summam, & plenissimam iuris emendationem pernenire properaremus: & omnem Romanam sanctionem & colligere & emendare, & tot Auctorũ dispersa volumina vni Codici indita ostendere, (quod nemo aliis neque sperare, neque optare ausus est:) res quidem nobis difficillima, imò magis impossibilis videbatur: sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam nostris animis reposuimus, freti Deo, qui & res penitùs desperatas donare, & consummare virtutis magnitudine potest. Et ad tuæ ᵈ synceritatis optimam respeximus ministerium tibique primùm hoc opus commisimus, ingenij tui documento ex Codicis nostri ordinatione acceptis: & insimul quos probares tam ex facundissimis antecessoribus, quàm ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis ad sociandum laborem eligere. His itaque * collectis, & in palatium nostrũ introductis, nobilque tuo testimonio placitis, totum rem faciendam permisimus: ita tamen, vt tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur vobis, antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum, interpretandarumque legum sacratissimi Principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnibus ᶠ materia colligatur nulla, (secundùm quod possibile est) neque similitudine, neque discordia derelicta: sed ex his hoc colligi, quod vnum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes scripserunt ᵍ quorum scripturæ à nullis auctoribus receptæ, nec vsitatæ sunt: neque nos eorum volumina nostram inquietare ᵐ sanctionem ᵇ dignamur. Cùmque hæc materia à summa † nostri numinis liberalitate collecta fuerit ᶠ, oportet eam ᵇ pulcherrimo opere extruere, & quasi propeium, & sanctissimum templum Iustiniæ consecrare, & in libros quinquaginta ᵍ & certos titulos totum ius digerere, tam secundùm Codicis nostri constitutionem, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc nobis * commodius esse poterit, vt nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per mille & quadringentos penè annos consultum, & à nobis porrectum, quasi quodam muro vallatum nihil extra se habeat: omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quidam prerogatiua ᶠ seruandaquia non omnes in omnia †, sed certi per certa vel meliores, vel deteriores inueniuntur. Sed neq; ex multitudine ᵐ auctorum, quod melius, & æquius est iudicatore cùm possit vitiis fortàs & deteriorib; sententiis & multos, & meliores aliqua in parte superare. Et ideò ea, quæ in nostis ᵐ Æmilij Papiniani ex Vlpiano, & Paulo, necnon & Martiano adscripta sunt, quæ antè nullam vim propter honorem splendidissimi Papiniani obtinebant, non statim respuere ᵐ: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum, vel interpretationem necessarium esse perspexerit, & hoc ponere legis vicem ᵐ obtinens, non moremini: vt omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem, prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus, profecta & à nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia enim ᵖ

Codex.

H me

480/C.IV.K.5-4, 225-226
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

meritò nostra facimus †, quia ex nobis omnis eis impartiretur auctoritas. Nam qui subtiliter * factum emendat, laudabilior est eo, qui primus inuenit. Sed in hoc studium vobis esse volumus, vt si quid in veteribus libris non bene positum inueniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est repletum, & omne opus moderatum, & quasi pulcherrimum ostendatur. Hoc etiam nihilominùs obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerunt, non rectè ᵇ scriptum inuenerit, & hoc reformetur & ordini moderato tradatur, vt hoc videatur esse verum, & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum, & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Cùm enim antiqua lege, quæ regis nuncupabatur, omne ius, omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sit ᶜ potestatem: nos verò sanctionem omnem non diuisimus in alias, & alias conditorum partes, sed totam nostram esse voluimus, ne quid possit antiquitas nostris legibus abrogare. Et in tantum volumus eadem omnia cùm reposita sint, obtinere ᵈ vt si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in compositione nostra inueniantur, non scripturæ, sed nostræ electioni hoc adscribatur. Nulla ᵉ itaque in omnibus prædicti codicis ᶠ membris ἀνωμαλία (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi locum vindicet, sed sit vna concordia, vna consequentia, aduersatio nullo constituto. Sed & similitudinem (secundùm quòd dictum est) ab huiusmodi consumatione volumus euulsam & ea quæ sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sint, iterum poni ex veteri iure non concedimus: cùm diualium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem, nisi fortè vel propter diuisionem, vel propter repletionem, vel plenioremindaginem hoc concigerit: & hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosis. Sed & si quæ leges in veteribus libris positæ, iam per desuetudinem abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodò obtinere velimus, quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit vel longa consuetudo huius almæ vrbis comprobauit, secundùm Saluij Iuliani scripturam, quæ iudicat debere omnes ciuitates consuetudinem Romę sequi ᵍ, & leges, quæ caput * est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligunt non solùm veterem, sed etiam regiam nostram quæ Deo propicio meliorbus cõdita est augustis. Ideóque iubemus duobus istis Codicibus è omnia gubernari: vno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum Codice componendis vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum Institutionum vicem obtinens: vt studia animos studiosi simplicibus emeritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, quæ à nobis Deo annuente componetur, Digestorum, vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis iurisperitis in posterum audentibus commentarios ʰ illi applicare, & verbositate sua supradicti Codicis ⁱ compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, cùm per contrarias interpretationum sententias totum penè ius conturbatum est: sed sufficiat per indices tantummodò, & titulorum subtilitates (quę ναρατιτλα nuncupantur) quædam admonitoria ᵏ eius facere, nullo ex interpretatione * eorum vitio oriundo. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubietas, iubemus nõ per signorum captiones, & compendiosis ænigmata (quæ multas per se, & per suum vitium ἀντιφασίας induxerunt) eiusdem Codicis textum conseribi, etiamsi numerus librorum significetur ˡ, aut aliud quicquam. Nec enim hæc per specialia signa numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari cõcedimus. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundissimis viris studeat, & tam subtili, quàm celerrimo finitradere: vt Codex ᵐ consummatus, & in quinquaginta libros digestus ⁿ, nobis offeratur in maximam, & æternam rei memoriam. Deique omnipotentiæ prouidentiæ argumentum, & nostri imperij, vestrique ministerij gloriam. Dat. XIV. Kalend. Ianuar. Constantinopoli, Lampadio. & Orestes VV.CC.Cons.

FELICITER.

11. Imp. † CAES. FLA. IUSTINIANUS A. ad Senatum, & omnes populos.

TAnta * circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, vt semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque VVandalicam gentem eripiam & Carthaginem, imò magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociaram: etiam leges antiquas iam senio prægrauatas per nostram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatam peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium vnquam speraiit, neque humano ingenio possibile esse putatis existimauit. Erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab Vrbe condita vsque ad nostri imperij tempora (quæ † penè in mille & trecentos † annos concurrunt) inter tinia præliis vacillantem *, hincque * & in imperiales constitutiones extendentem *, in vnam reducere consonantiam, vt nihil neque contrarium *, neque idem, neque simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ voquam apparerent. Namque hoc cælestis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ verò imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis præsidium ᵒ respeximus, & summo numine inuocato, Deũ auctorem, & socius operis præsulem fieri optaimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, ex quæstore sacri nostri palatij, & exconsule credidimus, eique omne ministerium huiusmodi

cedi

480/C.IV.K.5-4, 227-228
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Cuncta millia versuum.* versus * appellat leges, vel paragraphos, vel stipulationes.

¶ *Diffinitis.* Videlicet sub titulo pecunia, stipulationum ordinem secutus est idem Iustinianus in Cod. Cr. 1. 1.

ordinationis imposuimus, vt ipse vna cum aliis illustribus, & prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. Nostra quoque maiestas semper insistiendo, & perscrutando ea, quæ ab his componebantur: quidquid dubium, & incertum inueniebatur, cum numine cœlesti recte emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta sunt, Domino & Deo nostro Iesu Christo possibilitatem tam nobis, quàm nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam antè in Codicem nostro nomine præfulgentem sanximus. Posteà verò maximum opus aggredientes, ipsa vetustatis studiosissima opera iam penè confusa, & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cùm omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestum est duo penè millia librorum esse conscripta, & plusquàm tricies centena millia versuum * à veteribus effusa: quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his quod optimum esset eligere. Quod cœlesti fulgore, & summæ Trinitatis fauore confectum est, secundùm nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus, & in quinquaginta libros omne, quod vtilissimum erat, collectum est, & omnes ambiguitates decisæ sunt, nullo seditioso relicto: nonnullque libris imposuimus digestorum, seu Pandectarum, quòd omnes disputationes, & decisiones in se haberent legitimas. Nam quod vndique fuit collectum, hoc in suos suos receperunt †, in centum quinquaginta penè millia versuum totum opus consummantes, & in septem partes eos * digessimus, non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam, & ratem † respicientes, & consentaneam eis * diuisionem partium conficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus (quæ Græcè [illegible] nuncupatur) in quatuor libros reposita est. Secundus autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellatur. In tertia verò congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris ei deputatis. Quartus autem locus, qui & totius compositionis quasi quidam inuenitur vmbilicus, octo libros suscepit: in quorum primo omnia, quæ ad hypothecam pertinent reposita sunt, vt non à pignoratitia actione in libris de rebus posita multum distaret. Alio libro eidem inserto volumini, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ emptionibus apposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum, & venditionum consentanea sunt: & prædictæ actiones quasi pedissequæ illarum ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multum distantia a diuagantes, per nostram autem prouidentiam † his congregatæ: cùm oportuerat ea, quæ de eudem penè loquuntur, in consilio poneri. Alius denique liber post duos primos nobis excogitatus est, de vsuris, & trasectitiis pecuniis, & de instrumentis, & testibus, seu probationibus, necnon præsumptionibus: & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos quæ de sponsalibus, & nuptiis, de dotibus, & legibus earum dicta sunt, reposuimus tribus liberorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus, & memoratam ordinationem octo librorum medium totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quàm pulcherrima intra continentem *. Quinto autem nobis exoritur Digestorum articulus, in quo de testamentis, & codicillis tam priuatorum, quàm militum omne quidquid antiquitùs dictum est inueniat quis repositum, qui † de testamentis appellatur. De legatis autem, & fideicommissis quinque librorum numerus aggregatus est, cùmque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidiæ narratio *, fideicommissis autem, quàm senatusconsulti Trebelliani †: singulis libris vtrique eorum applicatis tota pars quinta in nouè libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. Capitis etenim, & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti inter se tam fugenaceus, quàm scrupulosas diuersitates respuentes * totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus. Sed & in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prosperè gestis, & tristibus temporibus, Romanis increbuit calamitatibus: bello coalescens ciuili, in nostris remaneat temporibus, quæ fauore cœlestis, & pacis vigore firmauit, & super omnes gentes in bellicis victoriis posuit: ne luctuosum monumentum † lætæ sæculæ inumbrare concedatur. Sexta deinde pars Digestorum exoritur, in qua omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ tam ad ingenuos, quàm ad libertinos respiciunt: & ius omne, quod de gradibus, & adfinitatibus descendit, legitimæque hereditates, & omnis ab intestato successio: & Tertullianum, & Orphicianum senatusconsultum: ex quibus matres & filij inuicem sibi heredes existunt: in geminos libros contulimus, bonorum possessionis multitudinem in compendiosam & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc, ea quæ de operis noui nunciationibus, damnique infecti, & de ædificiis diutis, & eorum insidiis, & de aqua pluuia arcenda, veteribus auctoribus placita sunt, necnon quæ de Publicanis, & donationibus tam inter viuos, quàm mortis causa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, & de liberali causa alius liber respondet: quemadmodum & de acquisitione tam dominij, quàm possessionis, & titulis, qui eam induunt, multæ, & variæ lectiones vni sunt inseratæ volumini: alio libro deputato his, qui iudicant, vel in iure confessi sunt: & de bonorum detentionibus, & vendictionibus: & vt ne quid in fraudem creditorum fiat. Postquàm hæc omnia interdicta glomerata sunt, & deinceps exceptiones: & de temporum prolixitatibus, & de obligationibus, & actionibus liber iterum singularis extendit: vt præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. Septimus autem, & nonissimus articulus Digestorum seu libris formatus est, in quo de stipulationibus, seu verborum obligationibus, & fideiussoribus, & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætoriis stipulationibus omne quidem ius * inuenitur gemino volumine inscriptum esse, quod in libris antiquis nec numerare possibile fuit. Et post hæc duo terribiles libri sunt de delictis priuatis, & extraordinariis, necnon publicis criminibus: qui omnem continent seueritatem pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta sunt, & qui se cedere conantur, & contumaces existunt: & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur, vel concedunturr: necnon de eorum substantiis. Liber autem singularis de appellationibus nobis excogitatus est contra sententias tam ciuiles, quàm criminales causas finientes. Cæteris autem omnia, quæ de municipalibus, vel decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel rendituis, & pollicitationibus, ac diuersis cognitionibus, & censibus, & significationibus verborum à veteribus inserta

a Versus pro legibus, paragraphis, vel stipulationibus: vt hic non potest ambiguitatis.

* Ex, versus.

† Nonnullum, & autem. Cum sint enim ex digestorum partibus, & quatuor, & sex, & octo, & quatuor, & sex ex quatuor elementis, & incipit hi libri ab E. & ordinis.

* Ita, vetibus.

¶ Prouidentiam, id est, digestorum compositionem.

* Continentem. id. ordinationem.

† Qui, id est, militibus, id est liberis militantibus.

* Narratio, fabulatio, adulatio. † Trebellianum, repetitio, seu, vt ante adiungitur.

* Reliquentes Rand.

† Monumentum, id est, monitum.

* id. ius repetitum, vel ipsum est.

480/C.IV.K.5-4, 229-230
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Ex triduo tant. Notia tribus annis fuitas leges. quòd fuerit ad id, quod nos. T. de Instit. Cod. confir. in fin. ¶ Item nec, vilissima pecunia posse libros comparari. quod falsum est hodie. b ¶ Si quid. hic acta duo verba bona.

eos, & in ipsis rerum maius, nec charius nostris vnquam iudicandus dixit: necnon per alios viros magnificos, & studiosissimos perfecta sunt, id est, Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinij libellorum sacrarumque cognitionum: qui semper nobis ex bona opinione, & gloria fese commendauit: necnon Theophilum virum illustrem, magistrum, iurisque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem †: & Deotheum virum illustrem, & facundissimum quæstorem *, quem in Berytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem, propter eius optimam opinionem, & gloriam ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus: sed & Anatolium virum illustrem, magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpres, constitutus, ad hoc opus adlectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens: cùm & pater eius Leontius, qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorem, & antecessorem: & auus eius Eudoxius post Leontium virum gloriosissimum prætorium, consularem, atque Patricium: filios eius optimam sui memoriam in legibus reliquerint: necnon & Cratinum virum illustrem, & comitem sacrarum largitionum & optimum antecessorem huius almæ vrbis constitutum. Qui omnes ad prædictum opus electi sunt, vnà cum Stephano, Menna, Prosodocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioanne viris prudentissimis: qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem perfecturæ, quæ Orientalibus prætoriis præsidet: omnes autem suæ virtutis testimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis consummationem electi sunt, & cùm omnes in vnum conuenerunt, gubernatione Triboniani viri excelsi, vt tantum opus nobis auctoribus posset conficere: Deo propitio in quinquaginta libros opus consummatum est. Tanta autem à nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina prudentiû taciturnitati tradere nullo modo patiamur: sed vnusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodò à nobis effecto, vt si quid in legibus eorum, vel superfluum, vel imperfectum, aut minùs idoneum visum esset, vel adiectionem, vel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimæ regulæ tradatur: sed & ex multis similibus, vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est: vna omnibus auctoritate indulta, vt quidquid ibi scriptum est ‖, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, cum his, quæ nostra auctoritas introduxit: quia multa, & maxima sunt, quæ propter vilitatem rerum transformata sunt: adeò vt essi principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei peperceremus, sed & hanc corrigendam esse putauimus, & in melius reformandam. Nominibus enim veteribus relictis, quicquid legum veritati decorum, & necessarium fuit, hoc nostris emendationibus ferauimus. Et propter hanc causam, & si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam peruenit quietem, nullo timbante relicto. Sed cùm * perspeximus, quòd ad portandam tanta sapientiæ molem non sint idonei homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant, etiam alium mediocrem eruditionem præparandam esse confisuos: vt sub ea coloati, & quasi primitiis omnium imbuti possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam, non consuetudinis oculis aspicere †. Et ideò Triboniano viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est: necnon Theophilo, & Deotheo, viris illustribus & facundissimis antecessoribus accessitis, mandauimus, quatenùs libris, quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Institutiones vocabantur, vndique separatim collectis, quicquid ex his vtile, & aptissimum, & vndique elimatum, & rebus, quæ in præsenti æuo in vsu versuntur, consentaneum inueniatur: hoc & capere studeant, & quatuor libris imponere, & potius eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere, quibus iuuenes suffulti possint graviora, & perfectiora scita legum sustentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam nostrarum sint constitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in confectione Institutionum eandem emendationem ponere non morentur: vt sit manifestum, & quod anteà vacillabat, & quod posteà in stabilitatem sedatum est. Quòd opus ab his perfectum, vt nobis oblatum, & redactum est, & prono suscepimus animo, & nostris sensibus * non indignum esse iudicauimus: & prædictos libros constitutionum vicem habere iussimus: quod in oratione nostra, quam eisdem libris præposuimus, apertiùs declaratur. Omni igitur Romani iuris dispositione composita & in tribus voluminibus, id est, Institutionum, & Digestorum, seu Pandectarum, necnon Constitutionum perfecta, & tribus annis * consummata (quæ vt primum sperari cœpit, neque in toto decennio compleri sperabatur) omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum sustentationem, piis obtulimus animis: vberisque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præstitit & bella feliciter pergere, & honesta pace potiri: & non tantùm nostro, sed etiam omni æuo tam instanti, quàm posteriori leges optimas ponere. Omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere necessarium esse perspeximus, vt sit eis cognitum, quanta confusione, & infinitate † absoluti, in quantam moderationem, & legitimam veritatem peruenerint: legésque in posterum habeant tam directas, quàm compendiosas, omnibúsque in promptu positas, & ad possidendi libros, earum facilitatem idoneas: vt non mole diuitiarum expensis possint homines superuacuæ legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam diuitibus quàm tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid ᵇ autem in tanta legum compositione, quæ ab immensis librorum numero collecta est, simile forsitan rarò inueniatur, nemo hoc vituperandum existimet: sed primum quidem imbecillitati humanæ (quæ naturaliter inest) hoc adscribat: quia omnium * habere memoriam, & penitùs in nullo peccare diuinitatis magis, quàm mortalitatis est: quod & à maioribus dictum est. deinde sciat, quòd similitudo in quibusdam, & his breuissimis assumpta non inutilis est, & nec citra nostrum propositum hoc subsecutum. Aut enim ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter rerum cognationem applicari eam oportuerit: aut cùm fuerat alia diuersis permista, impossibile erat eam per partes distrahi, ne ius totum confunderetur: & in his partibus, in quibus perfectissimè iussiones veterum expositæ fuerant, quòd particulatim in eas fuerat sparsum, hoc diuidere, ac separare penitùs erat inutile: ne tam sensus,

480/C.IV.K.5-4, 231-232

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Contrarium non.*
b ¶ *Codice & Digestorũ.*
c ¶ *Edicti perpetui.* Sic etiam dicitur *in l. pen. de condictione.* CVIAC.
d ¶ *Nonnunquam.* Et *pro eius in fin.* Contra hoc *dic, vt ibi.*
e ¶ *Confusam.* Cæterũ.
f ¶ *Libri.* ¶ Nec totam * falsam rationem *permis. sic ff. de fur. l. vulgaria. §. quod si nemo vsq. ad finem. l. 13. §. si quis tabulas.* 1. Vel *dic contra in instrumentis vt ff. de transf. fideiiss.*

a Falsum aliquid confitetur in instrumentis, sed non falsam rationem gessit falsa.

† Multò vilius non, vt in mali de reform. fin. paint. cod. t. ff. in matrim. de rebell. vel in cod. t. ff. in Mat. lib. ff. de rebell. Add. Abbatem in pen. Decretr. * effugerit.

sensus, quàm aures legẽtium ex hoc perturbarentur. Similique modo si quid in principalibus constitutionibus earum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo modo concessimus, quasi constitutionum recitatione sufficientem esset & hoc raro ex hisdem causis, ex quibus similitudo assumpta est. Contrarium * autem aliquid in hoc codice ᵇ posicum nullum sibi locum vindicabit, nec inueniet, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat: sed est aliquod nouum inuentum, vel occultè positum, quod dissonantiæ querelam dissoluit, & aliam naturam induxit discordiæ fines effugientem. Sed & si quid forsitan prætermissum est, quod in tantis millibus, quasi in profundo pessimum latitabat: & cùm idoneum fuerat poni, obscuritate inuolutum necessariò derelictum est: quis hoc reprehendere recto animo posset? Primò quidem propter ingenij mortalis exiguitatem: deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eorundum præbuit copiam: demùm quia multò vilius † est pauca idoneè effiodere *, quàm multis inutilibus homines peregrauare. Mirabile autem aliquid ex his libris emersisset, quòd multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur. Homines enimm, qui antrà lites agebant, licèt multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscitiam: & voluntate iudicum magis, quàm legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autem consummatione nostrorum Digestorum ex tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorum etiam nomina antiquiores homines, non dicimus, nesciebant, sed nec vnquam audiebant: quæ omnia collecta sunt substantia amplissima congregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maximè Tribonianus vir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipsi eruditissimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quicquid ex his pulcherrimum erat, hoc semonum in optimam nostram compositionem pertuxit. Sed huius operis conditores non solùm ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt, sed etiam alia multa, quæ isti nihil vel viile, vel nouum in eis inuenienta, quod excerptum nostris Digestis applicarent, optimo animo reposuerunt. Sed quia diuinæ † quidem res perfectissimæ sunt, humani verò iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod perpetuò stare possit *, (multas enim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus quædam posteà emergi negotia, quæ adhuc legum latitis non sint innodata. Si quis igitur tale contigerit, augustum implorentur remedium: quia ideò imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, vt possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere: & hoc non primùm à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit profapia: cùm & ipse Iulianus legum, & † edicti perpetui ᵃ subtilissimus conditor in suis libris hoc retulerit, vt si quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur. Et hoc non ipse solus, sed & diuus Hadrianus in compositione edicti, & senatusconsulto, quod eam securum est, hoc apertissimè definiuit, vt si quid in edicto positum non inueniatur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, & imitationes possit noua constituere auctoritas. Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summe diuinitati, quæ nostris temporibus tam faluberrimum opus seruauit. Quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio: hoc nostris temporibus indultum est. Has itaque leges & adorate, & obseruate, omnibus antiquioribus quiescentibus, nemòque vestrùm audeat vel comparare eas prioribus: vel si quid dissonans in vtroque est, requirere: quia omne, quod hic positum est, hoc vnicum, & solum obseruari sancimus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges necessitate sunt, ex aliis libris, nisi ex hisdem institutionibus, nostrisque Digestis, & constitutionibus à nobis compositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel offendere conetur: nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus, vnà cum iudice, qui ei audientiam accommodauerit, pœnis grauissimis laborare. Ne autem incognitum vobis sit, ex quibus veterum libris hæc consummatio ordinata sit, iussimus & hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi, vt manifestum sit ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, & quot millibus hoc iustitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores piissimi Principes admittere non sunt dedignati: omnibus vno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam aliquam prærogatiuam vindicante. Dum enim constitutionum vices, & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cùm vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? Hoc autem, quod ab initio nobis iustum visum est, cùm hoc opus fieri Deo annuente mandabamus, temperiatum nobis esse videtur & in præsenti sancire: vt nemo nec eorum, qui in præsenti iuris peritiam habent, nec qui posteà fuerint, audeant commentarios hisdem legibus annectere: nisi tantùm si velint eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eadémque consequentia, sub qua voces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt: vel si quid forsitan per titulorum subtilitates annexare maluerint, & ea, quæ παρέργῳ nuncupantur ᶜ, componere. Alias autem legum interpretationes, imò magis peruersiones eas iactare * non concedimus: ne verbositas eorum aliquod legibus nostris afferat ex confusione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderatè confectum hoc atque illuc in diuersas peregrinas productentes, in infinitum distraxerunt: vt penè omnem Romanam sanctionem esse confusam * † [cerneres.] quod si non passi fuerunt, quemadmodum posteritatis admitterent vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omninò corrumpantur. Si quid verò (vt suprà dictum est) ambiguum fuerit visum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate augusta manifestetur, cui soli leges condere, & interpretari concessum est. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus & aduersuseos, qui in posterum leges nostras per signorum obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est, & nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros, per consequentiam literarum volumus, non per signa manifestari: ita vt qui talem librum sibi comparauerit, in quo signa posita sunt, in qualicumque loco libri *, vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitari, qui in quacumque sui parte signorum habet malitiam. ipse autem libratius, qui ea inscribere ausus fuerit, non

† Sed quia diuinæ non hic authoritatem. * Contra. *vide infra in Vlpi. in proœm. ff. de iustitia. vbi hæc verba verissimè.* Vel.

† Edicti perpetuum.

a Diuus Pl. in lib. eft enim Gratianus. Aut. Aug. in l. 1. eod.

480/C.IV.K.5-4, 233-234
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Duodecimæ indictionis. ¶ Argu. ℣ de Instit. Iud. cuiqu. in fin. contra. Soto. vt ibi.

solùm criminali pœna (secundùm quod dictum est) plectetur: sed etiam libri æstimationem in duplum domino redderet, si & ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit: quod & antè à nobis dispositum est constitutione, quam ad legum professorèt dimisimus. Leges autem nostras, quas in his codicibus vel institutionum, seu elementorum, Digestorum, seu Pandectarum posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo fanciimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis a *, tertio Kalendas Ianuarias, in omni suo valituras, vsq; cum nostris constitutionibus pollentes, & suum vigorem in iudiciis offendentes in omnibus causis, siue quæ postea emersérint, siue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis, vel amicalis forma compescuit. Quæ enim iam vel iudicialis sententia finita sunt, vel amicali sopita pacto: hæc resuscitari nullo volumus modo. Bene autem propensiores sumus in tertio nostro consulatu & has leges edere: quia maximi Dei & Domini nostri Iesu Christi auxilium felicissimum suum nostræ Reipublicæ donauit: cùm in hoc & bella Parthica abolita sunt, & quinti perpetua tradita, & tertia pars totius mundi nobis accessit. Post Europam enim, & Asiam tota Libya nostro Imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositum, & omnia cœlestia dona nostro tertio consulatu indulta. Omnes itaque Iudices nostri pro sua iurisdictione eadem legel suscipiant, & tam in suis iudiciis, quàm in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelsus huius almæ vrbis præfectus. Curæ autem erit tribus excelsis perfectis prætoris tam Orientalibus, quàm Illyricis, nécnon & Libycis, per suas auctoritates omnibus, qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Dat. xvij. Kalend. Ianuar. Constantinopoli. D. N. Iustiniano P. P. * III. Cos.

* Leg. Notas ab. Bas. et neigh. Profili. pæn. pen. Cujac.

FELICITER.

III. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, Κλαυδιανὸς, Γοτθικὸς, Φρυγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Κρητικὸς, Βανδηλικὸς, Ἀφρικανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοθθικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, νικητὴς, τρόπαιοφόρος, ἀεὶ Σεβαστὸς, αὐγουστὸς τῆς μεγάλης βίβλου καὶ τῆς δόξης καὶ τιμῆς τοῦ οἰκουμενικοῦ ἡμῶν πάλατιος.

Ἐδόκει ἡμῖν ὁ Θεὸς μὴ τοὺς πρὸς τὴν ἀρετὴν μὴ τὸ κρεῖττον βασιλεῖαν τεφόντας, καὶ τοὺς ἄλλων λαοὺς κτᾶσθαι, ἐπὶ τοῦ τὸ ἀνικητοτάτου Καρχηδόνος ἐκπαιδεύσαντες, μὴ τὸ τὴν ἀκμαιοτάτης τῆς πολιτείας ἄρχειν εἰς τέλος τέλους, ἔτι δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀεὶ μὴ βεβαιοῦντας, [ἔτεσι] ἀλλὰ εἰς τοῦτο βαλόντας ἔλαμπρον ἐν, οὐκ ἀλλοτρίοις ἔλαμπρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀλλ' ἐν ἐκείνοις τοῖς τῆς Ῥωμαίων τοῦ πρεσβείας ἔστι δὲ ἡ πρεσβυτέρας Ῥώμης κτίσματος, μετὰ τὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας χρόνον οὐδὲν ἀμφὶ τὴν χώραν καὶ ἀρχαιότατα κτίσματος, οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ τοῖς ἄκροις ἀλλοι συμφωνίαν τε καὶ ἐξουσίαν, καὶ τὰ μὲν μεγάλαμοι αὐτοῖς εἴρηται· τὰ δὲ τοιαῦτα τε καὶ ἄμετρα ἐξωθῶσι. μόνα δὲ αὐτὰ κρίνας ἀλλὰ καὶ πεφυκῶν, οὐκ ἔνα τὴν κοῦφον ἐφ' ἑαυτὸν κρίσιν ἀναβιβάσαι νόμων, τὴν ἀλαθῆ ἐστὶ, καὶ τὴν ἀνθρωπίνη φιλαν-

Θρωπίας ἴδιον ἐκ, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης πολὺ ἐξουσίας ἢ ἐξουσίας ἢ δικαιοσύνης ἔλαμ. ἡμῖν καὶ τῶν δὲ τὰ σωστικῶν ἡμῶν τοὺς χρόνους εἰς θεὸν ἀναπτύσσοντες, καὶ πίστεσσοντες ἡμῶν ἀστὸν ἀναλαβεῖν, ὅπερ κρίνομεν τὰ καὶ τὸν τῶν εὐεργεσιῶν μεθὸν Τρεβωνιανὸν τὸν ἐκλεξάμενον μεγάλοφρ, καὶ δεκαπενταρχὴν ἐν δὲ ἐκεῖ πολιτείᾳ, καὶ ὁποῖαν ἀρὰς τὸν ἔλλον ὑπουργείας χρονιζόμενοι, καὶ πάν ἄλλοις ἐκδίξεις τε καὶ ἀφοῦς ἀνέδρασαν. ἐρασάντες μὴν ἀεὶ τὰ χρείμενον, τὸ δὲ ἀμφιβόλοις μαθόντες. πάντα δὲ ὅσα ἐκ ἐκκλήσιμον ἡμῖν ἐκεῖ ἐν ἀκούτε Θεὸ καὶ σωτῆρι· ἡμῖν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεως τε καὶ δικλέους ὑπεσόντος πόρας ἀφοσκεῖν. ¶ Τὰς μὲν οὖν ἀποβαῖς ἐξεδίξεις ἐν τῷ πρόσθεν ἀνίδρεν βιβλίοις ἐξεκόλουθεν, τὰ δὲ ἡμετέρας ἀποκλίσεις ἐκκόψομεν σωστικὸν βιβλίον· καὶ δὴ τὰς ἀκάνθας τῆς ἡμετέρας κεφαλὴν πάντων, σωστικῶς τε γνώμας ἐκ δὲ πολλοῦ τὸν βιβλίον ἀπὸ ἐκ μὲν ἀμφὶ τὰ ἀληθῆ· ἀδελφὸς δὲ ἐκεῖν μεμεμένοι τὰ καὶ τὰ πάντα πεποίηκα βιβλία τὰ καὶ, ἀπὸ τὸν σωστικῶς τὰ χρόνον, ἐκ ἀκούτας τὰς ζωτικὰς τεκμήρτας, ἐκ μαλὸ κρίνοντες τὰ σωστικόμενον. δεῦτε βιβλίον Digesta, εἴτε σωστικὸν ἀστοκρατικόν· ἐκ τε δὲ τὰν νόμων ἔχοντα δικαιοσύνε τε καὶ ἐξεπαστάσης· ἐκ τε τὰ τὰ πάντα ἐξ ἀδικοῦ τὸν ὑποδεξάσθαι, τοῦτον αὐτοῦ δικάζειν τὰν αὐτοκρατόρων ἀδικοῦντας τε πάντα καὶ ἄλλοις δικαίοις τε καὶ ἐξεπαστάσης τε καὶ ἀδικοῦντας τὰ ἀρχαῖον ἀστῆ λόγοις, καὶ ἐς ἐπὶ τῶν ἐξεδίκησιν σωστικῶν, ἐκ τῶν οὐ πυρίζοντες, ἀλλὰ ἐ τὰ ἀρχαῖοῦ φύσεως τε καὶ αἰμαίας ἐκχεόμενοι. ¶ Τὰ τε γὰρ κρείττοντα ἐκεῖν πάντ πρόσθεν, ἐκ πάντ-σον ἀνεδίκασθε ἐκείνοις. ¶ Ἐφεξῆς τε, ἐκ de Iudiciis ἐκ ἑτέρας ἐκεῖ. ¶ Καὶ ἐκ de rebus, εἴτε ἐκ πολέσι τὰ δικαί. ¶ Τὰ δὲ ἐφεξῆς δὲ σωστικόμενοι· μέρη·

Videntur hæc tres linea.

Pigneraticias ἀφρικανὸν· ἐκ δὲ Ædilition κόπτον, καὶ εἰδὲ τὸν ἐκπαστόν ἐπιστάσεως, ἀπὸ ἄμφω ἐκδικαιοκλείσμαῖς μὴν κρείττοντα τὸν ἀρχαῖον· πρῶτον δὲ τὰ τὰ κομοδοσίας ἀπαιτεμένα, σωστικῶς μὴν ἐκ ἐκ πάντ πάλε ἀλλὰ ἀνεμένα, ἵνα ἐκ εἰδὲ τὸν αὐτὸν ἐξεκλείσμενα μὲν πρῶτον ἀπεστάσαν ἀλλὰ ἀπὸ τὸν ἐπιγράμματα τάσις τὰ τε εἰδὲ τάκαν ἐγείνον, καὶ ἀκλεστέον· καὶ ἐκ εἰδὲ σωμοῦλαίαν τε καὶ ἀκτοῦν πλίτόρων, ἐκ ἐκ ἀκοῦλεῖν τε καὶ ἀστοῦν πλίτόρων, ἐκ ἐκ ἀστοῦλεῖν τε καὶ ἀστοῦν πλίτόρων εἰς βιβλίον ἐκ τοῦτο ἡ κοῦν μεμεῖλλε μὴ ἐκ τὸν de rebus σωστικμεῖλλον σωστῶν ἀλλὰ κατὰ ἡμῶν, ἐκ ἀστὶς τὰ εἰδὲ μεταφῶν, ἐκ γὰρ ἡμῶν, καὶ ἀστῶν τὸν ἀστῶν σωστικόμενα σωστικῶν τοῦν ἀλλὰ ἐκμὴν ἔχοντ, ἐκ τοῦτο τὰ σωστῶν ἐκ βιβλίοι· ἐκ μὲν ἐκ εἰδὲ ἐκ πολλοῦ· ἐκ τοῦ ἀλλοῦ· ἐκ τοῦ ἀλλοῦ ἀλλ. ταῦτα δὲ ἐκ de Tutelis κόπτον· πάντ ἀνομαζόμενα καὶ ταῦτα σωστικφαλαιοῦν τὸν τοῦ ἐκτὸ αὐτὸν βιβλίον ἀφεμμαστείας, ἐκ μεταῦτα τε, ἀς εἰρῆ· τῶν μέρας ἐκ πάντ σωστῶν ἐκ βιβλίε πεποιήκασθε, τὰ δὲ ἀλλοτε δὲ ἐκ χρονομάστῶν ἐκ νόμων ἐκ τοῦτο ἀναγεγράμμενα. ¶ Τὰ δὲ εἰδὲ ἐξεδίκασε, καὶ τοῦ γε λογάσαν, καὶ φιλόκομμάτων ἀστοκρατόρων εἰς ἐκτὸν βιβλίον ἀφεμμὸν, ἀν ἐν τῇ μὴν

480/C.IV.K.5-4, 235-236

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Codex.

480/C.IV.K.5-4, 237-238
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible]

§. Si quid autem.

§. Si quid autem.

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 239-240
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 241-242
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Legum.

Legendum ἀνάκλασιν, id est, πτυχάδιον.

Ratione.

Latina interpretatio Græcæ constitutionis superioris nihil nisi per Antonium Contium.

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI IESV CHRISTI.

Imperator Cæsar Flavius Iustinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anicus, Alanicus, Vvandalicus, Africanus, Pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper venerandus Augustus, ad magnum Senatum, & populum & omnes orbis nostri cunctates.

DEdit nobis Deus post pacem cum Persis initam, post Vvandalica trophæa, & totam Libyæ adquisitionem, postque nominatissimam Karthaginem nostro iterum imperio subiectam, veterum legum renouationis opus, ad optatum finem perducere. Quod nemo principum ante nostrum imperium, aut in mente induci potie, aut humano ingenio possibile esse existimauit. Erat enim mirabile omnem Romanam sanctionem à condita vetere Roma, vsque ad nostri imperij tempora, quæ penè in mille & trecentos annos concurrunt, non in aliis modò, sed etiam sonant in imperialibus sanctionibus ad omnem mutare consonantiam ac discordiam, non tamen quod pugnabat tollere, quod idem aut simile expellere vnam ipsi pulchritudinis ideam tribuere, adeo singulis rebus singulas leges constituere. Quod superioris numini, & humanis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incepti, aut omnino potestatis. Nos itaque more solito manibus ad Deum erectis, eóque vt nos complecti dignaretur, inuocato, & rem aggressi sumus, & omnia tandem confecimus, Triboniano gloriosissimo magistro & exquæstore facti nostri palatij & excusiale ad omne ministerium vũ: nonnon aliis quibusdam illustribus & prudentibus viris, inquirentes semper ea quæ ab eis componebantur, & id quod erat dubium perscrutantes, omnibus quoque secundùm datam nobis à Domino Deo & Saluatore nostro Iesu Christo scientiam, & intellectus vigorem imponentes competentem formam. ¶ Et piissimas igitur constitutiones, iam ante in duodecim libris comprehensas Codicem nostræ pietatis cognomine fulgentem composuimus. Nunc verò omnis veterum iuris conditorum sententias ex multitudine quæ ad duo millia penè librorum, & trecentas myriadas versuum pertingebat; in moderatum & perspicuum collegimus compèdium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc sumus, cœlesti fauore, colligentes omne id quod erat vile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo sedition relicto. Quos libros Digesta seu Pandectas appellauimus, ex eo quòd legum habeant diuisiones & decisiones: iúmque ex eo quòd omne in vnum congregauim reuperint, hanc eis appellationem imposuimus, nec vltra quindecim myriadè versuum numerum eis dantes, & in septem eos disponentes tractatus, idque non perperam, sed ad numerorum naturam & harmoniam respicientes. ¶ Ea igitur quæ apud omnes πάντα, id est, primordia nuncupantur, in quatuor libros seposuimus. ¶ Deinceps ea quæ de iudiciis tractant, in alios septem libros. ¶ Itá ea quæ de rebus, non in plures quàm octo libros. ¶ Sequentem verò operis partem, quæ quarta & media est totius operis, in alios octo libros deposuimus, in quibus est quidem hypothecaria, non longè admodum à pignoratitia actione distans, est & Ædilitium edictum, & de emptionibus stipulatio, quæ duo accessoria seu consequentia sunt venditionum: longè tamen admodum in veteri iuris ordinatione demagantur, congregauimus peoplus, propter mutuam inter se cognationem, ne quæ de eodem penè loquuntur, longò à se distarent. Post hæc introduximus ea quæ sunt de vsuris, tam terrestribus quàm maritimis, seu maritimis, & de probationibus atque præsumptionibus in vnũ librũ. His autẽ tribus mensibus, seu singularibus libris post tractatum de rebus sibi inuicem proximis depositis, & rursum ea quæ de sponsalibus & nuptiis, & dote legibus dicta sunt congregantes, hi etiam tria habere in hac ordinatione volumina concessimus. De tutoribus autem minoris ætatis geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium contraximus, ceu octo librorum ordinationem, & medii, vt dictum est, hanc partem totius operis confecimus, pulcherrimas & vtilissimas quasque leges in his describentes. ¶ De testamentis autem, & legatis, & fideicommissis omnis cõgregauimus in nouem librorum numerum, quorum principatum obtinent ea quæ sunt de testamentis & codicillis, cùm omnium, tum etiam militũ, qui ea vt volunt faciunt, duobus libris ordinata, & de testamentis inscripta. Quinque autẽ sequentibus continentur ea quæ de legatis & fideicommissis, & omni eorũ ambiguitate disputata sunt. Et quoniam Falcidiæ narratio continetur, & conferuanea erat legatorum, & fideicommissorũ proprio tractatui, propterea & ipsam continuò legatorũ seposuimus tractatui, libro integro ei applicato, cum breui quadam adiectione. Et rursũ ad Falcidiæ ignitationẽ erat; quod vocatur Trebellianum Senatusconsultum in fideicõmissis, & huic vltimum huius ordinationis tribuimus locum, totum

ius

480/C.IV.K.5-4, 243-244
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

fus super his positum; Trebelliano Senatusconsulto attribuentes & superuacuum esse Pegasiani Senatusconsulti positionem censentes, & absurdas horum Senatusconsultorum inter se differentias, & commutationes, quas sanè & veteres perosi, captiosas & damnosas appellarunt, simpliciore quadam narratione, omne hoc schema congregantes, & ad vnius Senatusconsulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis nouem his perfecimus libris, in quibus nihil de quondam caducis dictum à nobis est: quia cùm propter infelicem necessitatem in Rep. irrepsissent & trifiem ciuilium bellorum memoriam continerent: non oportuit iis ea permanere temporibus quibus dedit nobis Deus pace frui domi forisque, & dum bellum gereretur facillimè hostes eius auxilio superare. ¶ Sequitur deinde & exoritur nobis & sexta pars totius compositionis, octo conclusa libris. Pulchrè autem incipit ab his quæ possessiones nominantur, quas nos similiter vt cætera diligenter cõsiderantes, tam eas quæ ad ingenuos quàm quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confusione, & obscuritate in purum deduximus compendium, geminorum illa liberorum numerum sufficere arbitrantes. ¶ Applicauimus autem ipsis, & omnes ab intestato appellatas successiones, & ipsos generationum gradus, quos etiam vno libro descripsimus: & ad extremum horum Tertullianum & Orficianum composimus Senatusconsultum, ex quibus matres & liberi inuicem successores fiunt. procedit autem post hæc alius liber, de ædificiorum operibus, & ob ruinosa & dirura ædificia satisdatione, & his qui in iis aliquid insidiarũ aut fraudis admiserint, & de his qui ex aquarum imperu vicinos læserint, & de publicorum vectigalium conductoribus, atque insuper de donationibus, tam indefinitis [seu simplicibus] quàm cogitatione mortis relatis leges statuit: rursum autem quicquid de quacumque manumissione extat, vel de ea fiunt causis, & hoc vni eraditum est libro. amplius autem & ea quæ de possessione & per ipsam adquisitione & de causis eam introducentibus sunt, in vnum seposuimus tractatum, & quidquid etiam de iudiciariis extat sententiis, & his qui in his aliqua contra se ipsos confessi sunt, & de bonorum cessione & creditorum detentione, & venditione & de bonorum separatione, & curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in vnũ similiter collatum est librum. sed & interdictorum modũ non pluribus quàm vni dedimus libro. Inde autem & ad præscriptiones [seu exceptiones] & in his ordinata tempora, venimus. Et obligationum quidem & actionum seposuimus modos, & coegimus omnem hanc partem cui præsunt possessiones, vt dictum est, octo liberorum numero descriptam, sextam hanc partem totius voluminis seponentes. Totius autem extrema pars quæ & septima est totius tractationis seu liberorum numero demandata est, incipiẽs quidem à stipulationibus, procedens verò ad ea quæ scripta sunt de fideiussione, & debitorum numeratione, solutione, & liberatione ipsorum, & de introductis ex Prætorum constitutione stipulationibus: quæ omnia duobus à nobis contracta sunt libris, cùm apud veteres nec dici posset quot essent [ea de re.] Procedens deinceps ad delictorum narrationem & omnia recensens quæ ad minora delicta pertinent, quæ vocant priuata, & item quæ ad ea quæ necdũ ordinaria appellant, sed ipsis extraordinariorum appellationem imponunt. descendẽs etiam & ad publica crimina quæ atrocissima sunt & magnam sibi aduocant pœnam. Duo autem & hic sunt libri, qui illa quidem quæ ad delicta & crimina pertinent complectuntur: quibus permixta sunt & ea quæ de reis criminum qui se celare tamen conantur, scripta sunt, & de eorum bonis & de ea quæ infligitur condemnatis pœna vel indulgentia. Initiũ autem nobis alterius rursum libri fit narratio. De appellationibus, quæ cõmunis est profectò ad rescindendas tam pecuniarias [seu ciuiles] sententias, quàm criminales: quæcunque autem de ciuibus [seu municipibus] & de decurionibus & muneribus & publicis operibus & nundinis & reddituum pollicitationibus & variis cognitionibus [seu interrogationibus] & publica descriptione, veteribus incerta sunt, & quæcunque de verborum extant significatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta sunt, hanc omnia in sese recipit vicinus liber. Huius igitur compositionis, cuius initium est à stipulationibus, hic liber est sextus quidem si ad proprium principium comparetur, sed est quinquagesimus si cõferatur ad totius consummationis perfectionẽ [seu harmoniam.] Quæ omnia composita sunt & elaborata peroptimè, & vt nostra iussione dignum fuit, per Tribonianum, illustrissimum necnon prudentissimum magistrum & exquæstore nostrorum palatiorum & exconsule, virum & in ipsis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus scribẽdis satis spectatũ, & qui nihil vnquam nostrarum iussionum cõtempsit, necnon per alios [viros] qui sub ipso nobis hoc opus elaborarunt, id est, Constantinum magnificentissimum comitem sacrarum largitionum & antigraphanum [seu magistrum] sacri scrinij & sacrorum libellorum & cognitionũ imperialiũ qui nobis bonam de se opinionẽ in omnibus præbuit, necnon Theophilũ magnificentissimum magistrũ, & leges [seu iura] in regia hac vrbe laudabiliter & cum summis vigiliis & vt magisteria sedulitate dignũ est, docẽtem: & Dorotheũ magnificentissimũ Quæstorẽ & Doctorem legũ in ciuitate designatũ, dicimus autẽ verendã & splendidam Berytiensiũ metropolin, quem in ipso optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipsum, & vt huius operis participẽ faceremus hortata est. sed & Anatoliũ magnificentissimũ magistrum qui & ipse apud Berytienses, ea quæ ex legib. [proficiscuntur] pulchrè docet, vir ex tertia stirpe laudabili iuris apud Phœnices interpretum descendens, refert enim [genus] ad Leontiũ & Eudoxium, homines in legib. optimæ memoriæ post Patritiũ inclytæ recordationis Quæstorium & Antricensoẽ & Leontiũ gloriosissimũ exprætorem & exconsule atque Patritiũ eius filios summa admirationis viros, & Cratinum magnificentissimũ atque prudentissimum comitẽ sacrarũ largitionũ, & optimos quoque est in legum enarratore in regia hac vrbe, & præter hos etiã Stephanũ, Menam, Prosdocium, Eutolmiũ, Timotheum, Leonidẽ, Leontium, Platonem, Iacobum, Constantinũ, loãnem viros prudentissimos, qui vniuersi Rhetores * quidem sunt gloriosissimorum præfectorũ sacrorum nostrorum Prætoriorum, gloriam autem seu laudẽ apud omnes prudentiæ iustè habẽt, & à nobis merità indicati sunt digni vt eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digestorum elaborata sunt conscriptionem per iam dictos gloriosissimos & prudẽtissimos viros. Tanta autem nobis reuerentia antiquitatis fuit, vt neque mutari nomina veterum Iurisconsultorum sustinuerimus, sed vniuscuiusque illorum appellationem legib. inscripsimus, mutantes quidẽ si quid iam habere vitium est non rectè, partes verò illas nũc tollẽtes, has nunc addentes, ex multis denique optimũ eligentes, & vnam omnibus præbentes potestatẽ †, ita vt quicquid scriptum est in eo libro id nostra sit sententia, nemine audẽte comparare ea quæ nunc facta sunt, his quæ prius erant, quia multa & numerata non facilia transposuimus in melius, etiam si quid imperiali aliqua antiquorum Imperatorum constitutione in aliam dictum fuerat formam. nam nomina quidẽ veteribus seruauimus, legum autẽ veritatẽ nostrã fecimus, itaque si

Sic pum sup. pleniu Græca hoc loco ptia & addeda.

Quæcunque ex Latina constitutione.

† ordinatum.

480/C.IV.K.5-4, 245-246
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

si quid erat in illis controuersum (multa autem talia erant ibi exposita) hoc decisum est & definitum, & in perspicuum finem deducta est quæque lex. ¶ Sed cùm oportebat & aliquã mediocrem ifagogen facere in eorum gratiam qui recenter leges attingũt, nec maiorem doctrinam portare possunt, neque hoc est nostra prouidentia neglectum, sed Triboniano gloriosissimo, qui & ad totius operis legitimi gubernationem electus est, necnon Theophilo & Dorotheo magnificentissimis & prudentissimis Antecessoribus accersitis mandauimus, vt seligerent ex his quæ apud veteres erant ifagogarum modo compodita, ea quæ essent aptissima & præcipua, & quæ præsenti Reip. statui maximè conferrent, eaque colligerent, & nobis offerrent & mentionem facerent nostrarum constitutionum, quæ pro emendatione veteris iuris promulgauimus, & ita componerent libros quatuor futuros prima elementa totius ifagoges, quæ vocari Institutiones visum est, quam fanè legitimi operis partem compositam nobis obtulerunt, & ea perspecta, & cognoscentes rectè factum, et nostra mente esse indicauimus, & nostrum esse hunc librum pronunciauimus, & nostrarum constitutionum robur habere, quod & ex his quæ in proœmiis eiusdem voluminis diffuimus, omnibus manifestum fecimus. Sic itaque omni Romani iuris dispositione ordinata & tribus integris & voluminibus & annis, tanto opere perfecto (quod nobis ab initio omnem spem excedere, circa finem autem cùm iam penetrabilem esse rem docuimus, ne in decem quidem annis tantum absolui posse videbatur) tanta ergo rium annorũ celeritate consummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere & bella feliciter dirigere, & leges ponere, præterito, præsenti, & futuro tempori, iustam esse putauimus omnibus hominibus facere manifestum nostrum in his rebus studium simul & prouidentiam, quomodo nempe prione solutæ perturbatione & cõfusione & nullum finem habentes iuris possessione, vtuti sint posthac legibus rectis, cõpendiosis & omnibus ad manum promptis, & litium compendium afferentibus & paratis atque expositis, omnibus (hominibus) ad facilem adquisitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, vt illorum inutilium librorum congerant multitudinem, sed vilissima pecunia tam dicoribus quàm tenuiore auctis substantia, copiam sui comparandi præbentibus. Si quid autem ex multitudine ea quæ nunc congesta est, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur esse simile (hoc autem putamus rarum esse) attamen humanam naturam considerantibus, non extra iustam apologiam ne hoc quidem videbitur esse. In nullo. n. aberrare [seu in omnibus irreprehensibilem seu inemendabilem esse] diuinæ veique solius, non autem mortalis est [roboris] quemadmodum & à maioribus dictum est. Deinde est vbi & similium adsumpsimus positionem, vel rebus subiectis id exigentibus, vt oporteret idem pluribus applicari titulis, vel quia cum extraneo loco esset commixtum id quod simile superiori videbatur, impossibile fuit eam similitudinem detrahi: vel etiam quia sæpè custodienda fuit integra totius theoriæ continentia, nec iam scriptorũ expunctione diuertere animum; quin & hoc sicubi adsumptum est, propter rei necessitatem, tamen id breue est, nec vllum ferè lui sensum præbens. Hoc etiam ipsum & in constitutionibus iam inter imperiales constitutiones relatis obseruauimus. nam quæ in illis iam cauta erant, ea nec in volumine poni concessimus, nisi ob aliquam interdum circumstantiam similitudinis causa nata est. Contrarium autem aliis legibus legem ex his quæ in hoc volumine positæ sunt, non facilè quis reperiet, si modò ad omnes cõtrariorum fines animum intendere festinet. sed inest aliquid diuersum, quod adsumptum, alterius generis fortè hanc & illam legis positionem apparere faciet.

Quare hoc loco nunc sic legendum est.

Sed & si quid fortè pretermissum est eorũ quæ poni debebant, (fortè enim & aliquid tale contigit) propter humanæ imbecillitatem naturæ, multo fuit melius subditis nostris dum inuitibus multis liberantur: etiam priuati quibusdam, quæ viderentur commoda inter infinitas myriadas nemini fortè mortalium notæ defossis & sopitis. Hãc ob rem fine tanta librorum copia qui antea scripti erant ignoranter ex pauciffimis libris & legum auctoribus iudiciales causæ iudicabantur: vel librorum inopia, vel quia multis laboribus nec partem quidem eorum quæ necessaria erant possent acquirere. In præsenti autem compositione maximus potiffimarum legum numerus ex raris libris, & qui vix inuenirì poterant, & quos pauci nouerant, congestus est. Quorum copiam, & materiam vberrimam qui iam dictus est gloriosissimus Triboniamus suppeditauit multorum & qui vix numerari poterant librorum allata multitudine: quibus omnibus perfectè lectis, congesta sunt hæc volumina, sed ex horum multis & variis, hi qui à nobis ad hoc congregati erant, cùm nihil inuenissent idoneum aut nouum ab his quæ iam congesta erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo respuerant. Si verò postea aliquid noui controuerteretur, quod non apparebit legibus his inscriptum (multa enim nouare nouit natura) Imperium certe Deus propter hoc imposuit hominibus, vt emergentia & legis egentia, lege definia & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus, ac regulis. neque hoc nostrum nunc dicimus: sed iam omnium iuris conditorum qui olim claruerunt, prudentissimus Iulianus hoc ipsum videtur dixisse, abimperiali auctoritate inclamans fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quæstionibus, sed & Diuus Adrianus pie memoriæ, quando ea quæ à præcoribus quotannis edicta fuerant, breui complexus est libello, adsumpto ad id optimo Iuliano, in oratione quam in publico habuit in senione Romæ, hoc ipsum quoque ait, vt si quid præter id quod iam ordinatum est, emersisset, consentiens est eos qui in magistratu sunt, illud conari decidere & remedium imponere secundũm eorum quæ iam ordinata sunt, consequẽtiam. Hæc igitur omnes, dicimus autem vos, magne Senatus, & omnes nostræ reip. homines cognoscentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui nostris temporibus tantum bonum seruauit: vtimini verò nostris legibus, nulli earum quæ veteribus libris inscriptæ sunt attendentes, neque ad eã quæ nunc posita sunt, illas comparantes, quia etsi videantur quædam inuicem non consonare, tamen prius illud & vetustius nobis vt imperfectum displicuit, nunc autem hoc visum est debere obtinere. Nam prohibemus illis in posterum vti, hæc autem sola obseruari in rep. & obtinere concedimus & sancimus, ita vt qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus solis & constitutionum [libro] à nobis compositis vel factis, vti vllis legibus vel eis in iudiciis legere, vel si quis iudicauerit ex his, apud se recitari earpassus, solli reus erit & publicorum criminum iudicatus & pœnæ addictus, quod, etsi non diceremus, vel ex hoc ipso manifestum esset. Sed & hoc optimum fore iudicauimus præponere Digestorum voluminì, & veteres iuris conditores & illorum volumina & vnde collectio facta sit legum nunc à nobis congestarum, quod & fieri iustissimus & factum est, & simul ea quæ de his rebus conscripta sunt, supponi huic diuinæ nostræ constitutioni præcipimus, vt omnibus fiat manifestum & quid prioris inexperientiæ simul & incertitudinis esset, & quid à nobis adinuentum. Legislatores autem seu legum interpretes illos congessimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis

(pertes conscripti.)

480/C.IV.K.5-4, 247-248
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

DE IVRIS ET facti ignorantia.

Quæ in prædictis iuri-bus quæ aliquæ errantes & in facto, idem de hac puncto. ACCVRS. 2. Vel sic: *Dictum est l. de legibus, quod ab omnibus debent intelligi & fere sed quia in facto & facto eiusm in causis sæpe præcedunt ignorantia tam in iure, quam in facto: idem de eo videamus.* ARD.

QVAMVIS] CASTR. Quidam miles ab adversario suo conventus, propter simplicitatem armatæ militiæ (nō militiæ advocatorum, qui quamvis sint milites, tamen ut tamen iura scire) ignorantia iuris omnia fuit exceptiones opponere, post sententiam latam & iudicatum voluit ad eas redire, & eas proponere, quæritur quid iuris sit? Respon. quod si adversario nondum satisfecerit, poterit vti exceptionibus sicut ante litis contestl. VIVIAN.

¶ Ex hoc text. no. dum dicit nondum satisfecit, è contrario * fecit, quod excepto * quæ non excludunt per sententiam excluditur per executionem sententiæ. BALD.

a ¶ *Agens.* Ó miles, i. * defendens, *sic ff. de edict. l. j. in prin. & de re iudic. l. fæpe* sic contrà *j. de appell. vt. cum pro ea agit.* ibi in editis. & in l. fiscal. *de quæstion. cuper. pend.*

* Vtilem hæc lex habuit locum in militibus nostri et partis, & quasi militibus, vide Cynd. & Bar. hic. cit.

* Fiscus licet. Pub. & Pal. dicit. Iacob. Bar. Sel. Salyc. de iuris. cetera est, quia non fiscus vitur in exceptione per *ff. de appell. l. fin. pri.*

Vindicatio rerum singularium corporalium uel incorporalium est in rem, non in personam: id est mera realis. Petitio hereditatis mixta in rem & in personam. l. 3. sufficit de pet. her. l. fed & si lege. §. penult. ff. eod. Sunt & certe iudicia diuisibilia ex XII tab. quæ sequuntur: in rem & in personam, Familiæ ercisçundæ, Communi diuidundo, Finium regundorum: Familiæ ercisçundæ actio redditur inter coheredes semper à magistratibus arbitria de rebus hereditatis diuidendis. Familiæ enim res hereditatis significat. l. pronunciatio. §. 1. ff. de verb. sign. non nomina, non hereditatem. Nã & nomina ipso iure diuisa sunt inter coheredes ex XII tab. l. e. hoc tit. & hereditas diuidi non potest. l. 8. ff. de uend. l. 4. ff. com. diuid. nisi hereditate accisiuæ res rebus corporalibus quæ in hereditate continentur, ut l. 3. hoc tit. & §. quandam. Infra de act. Familiæ ercisçundæ actionem esse de hereditate diuidenda, & c. nunquid. 18. quæst. 1. fratres habere Ercisçundæ hereditatis consortium in plusq; nominum. Ercisçundæ familiæ, Communi diuidundo, Finium regundorum, & quæ inuicta Iudicia apud Festum legi. Verum non de rebus tantùm hereditatis diuidendis hæc actio est, sed etiam de prestanda Iudicium indemnitate, quæ sunt actiones personales, ut si unus ex coheredibus sumptus fecerit bona fide in rem hereditariam, uel si rem hereditariam adiumentum deteriorem fecerit, uel si fructus ex re ipsa percepit, si eam pertulerit. l. 3. & 19. hoc tit. l. item Labeo. §. familiæ. ff. eod. Ille de rebus hereditatis diuidendis actionem nondũ fuit, quia uterque se heredem esse adfirmat, uterque hereditatem petit, ille tamen petere quidem qui agitur petitione hereditatis, qui enim agit petitione hereditatis se heredem esse ait, aduersarium heredem esse negat: in iudicio familiæ ercisçundæ aduersarium fateatur esse heredem. l. 1. §. fi. ff. pet. her. pet. l. fundus qui dotis. §. fi. ego. ff. eod. tit. sicut in communi diuidundo aduersarium esse suum in suum regundum aduersarium esse ad finem. CYIAC.

Diuisio particularis non impedit agi iudicio familiæ ercisçundæ pro uniuersali diuisione. BALD. Vel sic: *Si quid hereditatis non est diuisum, agitur iudicio familiæ ercisçundæ ut diuidatur.* BART.

I. *Imp.* SEVERVS, & ANTONINVS A. A. *Marciano.*

SI non omnem paternam hereditatem ex consensu * diuisisti, nec super ea re b sententia dicta, uel transactio subsecuta est: iudicio familiæ ercisçundæ c experiri potes. PP. VIII. Kalend. Octobr. Laterano & Rufino Coss.

Filius post mortem patris dotem uxoris suæ uel defunctæ percipit iudicio familiæ ercisçundæ. BALD. Vel sic: *In diuisione hereditatis paterna filius uxoratus debet habere dotem præcipuam. l. d. N. (ex eam poena communicat, licet uxor decedat.* SALYC.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Vlciano.*

VXOR tua, si mortuo patre tuo, cui dotem numerauerat, cùm heres ei d exteris * adhoc in matrimonio tuo fuerit: familiæ ercisçundæ ¶ actionem ad exequendam f ** dotem secundùm iuris prudem placitum

aduersus coheredes tuos nactus es: eámque retines g etiam si postea dum tibi nupta est, decesserit. PP. II. Id. Febr. *.

Post aditam hereditatem rebus expilatis à coherede, debet agi familiæ ercisçundæ, non crimine expilatæ hereditatis. BALDVS & SALYC.

III. *Idem A. Rufo.*

ADuersus coheredes tuos diuidendæ hereditatis iudicio secundùm iuris formam exercise. Iudex datus, si quid à coherede etiam tuæ portionis ex hereditate subtratum h fuerit probarum i, factis adiudicationibus secundum iuris formam eum tibi condemnabit. Expilatæ enim hereditatis crimen frustra * coheredi intenditur, cùm iudicio familiæ ercisçundæ indemnitati eius prospiciatur.

Castrensia non ueniunt in diuisione rerum fraterna, sed donata in peculium ueniunt in diuisione. h. d. & est uelde singularia. Vel sic: *Ex qualitate res & persona præsumitur aliquid esse donatum in castrensi uel in simplici peculio.* BALDVS.

IV. *Imp.* ALEXAND. A. *Antonio* *.

SI filiusfamilias fuisti, & res

480/C.IV.K.5-4, 721-722
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a Libri & vestes doctorales & thesis filii, peculium castrense dicuntur quasi castrensis bona, atque reuocari possunt, atque etiam filiusfam. testamentum ordinare in potestate, & reliqua debent communicari diuidi, secundum Paul. hic.

¶ Not. hic casum quod si pater filio doctori dat libros, & vestes doctorales, & alia similia quæ doctori conueniunt, thesim efficiunt quasi castrensis peculij, & thesim valet donatio: quia filiusfam. quæstum ad castrense peculium pro patrefamil. habetur: vt in l. 3. §. ad Maur. nec possunt postea reuocari, nec debent communicari cum fratribus, nec sibi computari debent in portione hereditatis, sed habent peculium, & reliqua debent communicari diuidi, secundum Paul. hic.

b ¶ Mobiles. vt arma. c ¶ Mouentur. vt equus. d ¶ Non. vt ⁊ ⁊. de quib. Angelinus. vt ⁊ ⁊. de castrens. peculio l. 3. §. 1. vt. 3. de castrens. peculio. l. 1. §. 1. in princ.

e Et non castrense non communicari, nec quasi castrense: vt hic, & infra de cali. l. fin. & supra de adoptiu. dicunt. Secus exercitiali cliente. l. 1. §. 1. & infra de testam. Cliens. l. quæ pater. §. 1. in princ. & Institut. quibus non est permissum facere testamentum. in princ.

f Non sunt. vnus tamen donatio, si morte testantis tacite vel expressa, & præcipua adiudicentur: vt ⁊ ⁊. de donat. inter virum & vxorem. l. donationes. 3. & infra eod. l. filia. & dic vt ibi.

g ¶ Ex necessitate. forte à commissione non accusatus alias nisi fuisset missus: vt ff. de castrens. peculio. l. 3. §. fin. & Leuffenrie.

h ¶ Ex necessitate militia. Tunc & commilitones heredes extiterint. l. 3. §. 3. ff. de castrens. peculi. Cvtac.

[N ipsum.] Caeve. Si testator præcepit in testamento, vt vnus ex fratribus faceret vinculis, alius exponendus vendereur, & postea voluntate sua mutauerit clementia ductus, licet probari non possit per scripturas, sed aliis rationibus quod voluntate sua mutasset, tamen posterior sua voluntas seruanda est, & non veniens hi fratri in diuisionem cum aliis rebus hereditatis per iudicium familiæ erciscundæ inter coheredes.

¶ Mutauit. cum ambulatoria sit voluntas, &c.

¶ No. quòd voluntas defuncti deambulatoria ⁺ est vsque ad supremum vitæ. vt ff. de adimen. leg. l. III.

g ¶ Commut. quoniam dico vt vnus, &c.

h ¶ Clementia. sic ⁊. ff. quis aliquem in pre. l. fin.

i ¶ Rationibus. sic ⁊. de rei vindic. l. Iudicia certa.

k ¶ Separatur. sicque facit diuisionem fratrum, vel tutabit partes imponi, si nõ reuocauit tutatorem: vt ff. eod. l. hæ conditiones. §. fideiqui.

[A qua in nominibus.] Caeve. Per actionem fam. ercisc. res corporales diuidi debent, non autem actiones hereditariæ, quod vel defuncto debetur, vel ipse alij debet, de actionibus non recipit ab hoc enim, cùm fit lege, id est cum in singulis liberis res hereditaria diuisa, non actiones diuidi pro portionibus hereditatis.

c Res corporales defuncti ipso iure diuisæ sunt, & ipsa quasi modum.

d Nomen defuncti, id est, quod vel defuncto debetur, vel ipse alij debet, de actionibus non recipit ab hoc enim, cùm fit lege, id est cum in singulis liberis res hereditaria diuisa, non actiones diuidi pro portionibus hereditatis.

e Ex corporales defuncti ipso iure diuisæ sunt, & ipsa quasi modum.

f Nomen. id est in debitoribus.

g ¶ Diuisum. ab hereditate.

h ¶ Ipso iure. Vide scripta ad l. 1. §. ff. rer. per. Cvtac.

i ¶ Diuisa sunt. Idem ⁺ econtrà si defunctus debuit: vt ⁊ ⁊. de pact. l. pactis successorum. & ⁊ ⁊. ff. de ver. pen. l. ⁊. & de except. l. 1. & de iur. eod. l. 1. g. Sed certè fit ex in rebus corporalibus & ipsarum ⁺ dominium vnumquemque heredè obtinguit pro hereditaria parte: quia è sic hæres pro dimidia existibet ei, dominus ea pro dimidia. Si pro tertia, similiter ipso iure diuisæ sunt ea pro portionibus hereditariis. Sed dic differre a in hoc, quia res corporales ex ipso iure sunt diuisæ, nomen per hominem aliter diuidi possunt, vt loco intellectuales ⁺ diuisionis fiat quædam quæ oculis subtilitatem vt Instit. de of. Iu. §. §. At in nominibus non potest per hominem aliter fieri diuisio licèt totius nominis posse fieri assignatio quandoque, vt ita dicam, l. quando res corporales sunt & nomina. Item dic si tantum nomina, ex voluntate tantò: vt ff. ex. l. plaud. à facta assignatione remanent tamen actiones penes eũ qui mandat eas, adeò inherent cedibus eius: vt ff. pro ⁊. l. 3. de princ. Item intelligo hanc l. quando ail aliud est in hereditate nisi nomina: vt ff. ex. l. heredis. §. 1. alioquin venientes nomina gratia alicrum, non dico diuidenda, sed assignanda: vt dictum est: vt ff. eod. l. 1. §. finali. & l. sequen. Sic & alias quærit cessionis accessorij, non principaliter: vt ff. de vi & vi armata. l. 1. §. illud. & de fer. ser. l. in hoc. & de Cart. edi. l. ff. impubes. §. penali.

[Si qua fideicommissum.] Caeve. Plaribus relictis heredibus vni ex eis pateret fundi prælegatio. Ille ad vt prælegatam petitionem habebit, & nõ veniet in diuisione cũ aliis coheredibus per iudicij familiæ ercisc. & hoc prouidebit vel iudex datus ad diuidendã hereditatem, vel præfec.

p ¶ Id obtinet in legato vni ex heredibus relicto, l. 17. §. vlt. ff. de leg. 3. Cvtac.

q ¶ Confessat. quia prælegatis testator aliquid alieni eorum.

r ¶ Res vel. quia actione ex testamento agitur coram eo. 2. Vel dic quòd etiam iudicio familiæ erciscundæ agebatur coram eo.

s ¶ Testatricis prælegatum relinquentis.

t ¶ Accommodare. vt ⁊ ⁊. ff. ex l. fideiqui legatum. & Liber coheredes. §. 1. & Lemp. pigneri. & l. ff. filia. & Papinianus. & Livium Papinia.

[Omnia quæcumque.] Caeve. Si aliqua cum fratribus suis habes communia, fiat ea sine pactorum vel matrona, vt ea diuidantur vna eodem iudicio fam. ercisc. imperare potestis.

z ¶ Imperabis. etiam vna actione sufficiere pro pluribus heredibus: vt ⁊ ⁊. ff. ex. l. heredis. §. de pluribus. sicut tenetur pluribus actionibus agi potest pro vna hereditate propter plures coheredes diuersis temporibus diuidentes: vt ff. ex l. 3. §. dubitandum.

¶ Item excipe quædam quæ licèt communia sint ex hereditatis causa, non tamen veniant in hoc iudicio, vt nomina fiat defuncto, fiat à defuncto debita: vt supra eo. l. ea quæ. Item reala à mediocrancata. Item iniuriæ quæsita. Item libri improbatæ lectionis: vt ff. ex l. 1. eorum.

[Non est ambiguum.] Caeve. Si res cum aliquo alio in hereditate aliqua inditurus, vnius fundi, fitiens eum heredem esse, & aliam in eo heredem esse, fructus percepisti: an ad eos pertinerit et in diuisionem cum ceteris bonis veniant per iudicium famil. ercisc. nd. Resp. quòd sicèrem iudicium famil. ercisc. nd. si bonæ fidei ⁊ possio hereditaria fructibus augeatur.

t ¶ Titulus. id est actio vel titulus, fiellicet iudicij, sicut possessionis titulus, l. causa ⁺, sicut est emptio vel aliud contractus. Aliàs autem possint pro modificatione. Aliàs quo dignitate. Aliàs pro signo positus. Aliàs pro priuilegiarit in authen. de eccle. vit. in prin. eod. tit.

u ¶ Numerat. vt Infra de adl. §. affinium.

x ¶ Augeat. hoc si percepit tanquam hæres, fiiens se habere coheredem,

VI. Imp. Gordianus A. Pompeio Tribuno.

[Ea quæ in nominibus] sunt, cùm ipso iure à in portiones * hereditarias ex lege duodecim tabularum diuisa sint *.

In iudicio familiæ erciscundæ venient prælegata. Bald. Vel sic: *Iudex adeuat super hereditate diuidenda, de prælegatis cognoscit: et ea cui debentur, adiudicat.* Salyc.

VII. Idem A. Aliano.

[Si qua] fideicommissorum petitio inter coheredes confiliat ⁺ prætor vel præses prouinciæ eius rei ⁊ disceptator constitutus, vel iudex familiæ erciscundæ iudicio adiitus ⁊, vt voluntas testatricis ¶ seruetur, suas partes accommodare ⁺ debet.

In vno libello potest agi familiæ erciscundæ iudicio pro pluribus hereditatibus diuidendis: petit pro hereditate paterna & materna. h. d. §. cundum. Bald.

VIII. Idem A. Tulsiphoro.

[Bona quæcunque tibi sint communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiæ erciscundæ iudicio experiens, vt diuidantur imperabis ⁺.

Hæc allio est bonæ fidei: & in eo veniunt fructus. Bald. & Salyc.

IX. Idem A. Verino *.

[Non est ambiguum, cùm familiæ erciscundæ titulus ⁺ inter bonæ fidei iudicia numeretur *, portionem hereditatis si qua ad te pertinet, incremento fructuum augeri *.

a Tutatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

b Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

c Portionem hereditariam.

d Testatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

e Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

f Portionem hereditariam.

g Actionibus agi potest pro vna hereditate, & vnum.

h Legendum videtur, ex vt. manuscr. quomodo nisi legitur in l. 19. §. de iudic. & in l. 63. iudic. ad. & l. debent. ff. ad Trebell. vbi vide notata. Cvtac.

i Hæreditas quibusdam vel lex 14.

k Testatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

l Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

m Portionem hereditariam.

n Tutatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

o Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

p Portionem hereditariam.

q Tutatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

r Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

s Portionem hereditariam.

t Tutatrix vel curatores & nomina non eodem modo ipso iure diuisa sunt illa, & inscribuntur & ve ipsa hæc, non sed inscribere diuidi possunt.

u Accedere quoniam vetustiq; principiorum non veniunt.

x Portionem hereditariam.

480/C.IV.K.5-4, 723-724
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

heredem, & fundum hereditarium eſſe. Sed quid ſi ſuum creditor, vel ex alia cauſa * contemneret, vel percepit cùm non coebat ſe habere coheredem? Videtur quòd non teneatur: vt *ff. ad. l. inter coheredes. §. fraudem.* ſed non debeat lucrari percipiendo: vt *ff. ad. l. fundus qui §. ibi, qui verò ante litē contest. & ff. ſolum reg. l. Iij. §. poſt litem. & Inſtit. de re. diuiſ. §. ſi quæ autem à ſtl domino.* Sed tu dic quòd tenetur viili actione, ſed non directa: quia non percepit vt coheres: vt *ff. ad. l. ſi pater. §. fin. & l. qui erat. &* ad inſtar petitionis hereditatis in qualcum locupletior eſt: vt *ſupr. de pet. here. l. q. & ff. de pet. here. l. ſed & §. penult. & fin. & l. illud §. prædo.*

Quæſtione.] CASVS. Pater familias tres filios habens, & tria prædia, & in vnoquoque prædio tria mancipia, veiculique filiorum certum aſſignauit prædium cum mancipiis quæ in eo erant, & deceſſit, an filij hanc diuiſionē, quā pater in teſtamēto fecit, ſtare debeant, quæritur? Dicitur quòd ſic & hoc in primis. Si autem in inferiori parte teſtamenti ſic dixit teſtator: rogo vos ô filij de mancipiis quæ vobis reliqui quòd eos clementer tractetis: an videatur per hæc verba, mancipia quæ prius diuiſit, communicaſſe, quæritur? Reſp. quòd non. & hoc in ſecunda. a ¶ *Heredes.* Nota generalem. b clauſulam referri ad antecedentia.

b ¶ *Diuiſit.* & ſic dicit quòd & c pater in filios ſuos in ſolenni voluntate diuiſit bona aſſignando cuiliber certam portionē vel etiam certam rem: pro eadem habeo ac ſi diuiſſet, heredes inſtituo. nam quilibet poſſit dicere, heredes inſtituo. Si autem in minus ſolenni voluntate, dico idem, ſi aſſignauit eis quēcunq; certam rem: non vt teſtamentum valebit, ſed vt voluntas ab inteſtato. Alij tamen aliter dicunt: *l. ad. l. §. dictum. ff.*

c ¶ *Contentus.* quæ inſtitutio valet: *ff. de here. inſtit. l. ſæ ſæpe.* ¶ al. *Gloſſa & §. §. & ff. ad. l. ſi filia. §. ſi pater.* & ſunt heredes, cùm nulli alij ſint heredes, alijs eſſent iſti tales loco legatariorum: vt *inſtit. de here. inſtit. l. quotiens.*

d ¶ *Legis Falcidiæ.* quæ d debetur iure inſtitutionis vel probatur *ff. de here. inſtit. l. ſi ſolo. §.* vel quæ debetur iure naturæ: tamē quomodocunque vult poteſt retinere. ¶ De Trebellianica autem poſſet etiam quis hoc intelligere: licet quidam dicant quòd non habet locum, niſi cùm rogatus eſt quis reſtituere totam hereditatem, vel quotam portionem: & pon eis *ff. ad Trebell. l. mulier. §. fin. & l. cum quod. §. fin. & Longi. in princ.*

e ¶ *Verba.* ſcilicet teſtamenti.

f ¶ *Commendauit.* id eſt, commendauit. ſic *ff. ad. l. cum patrem.* ex quo videbatur in commune relegiſſe, quæ antè diuiſerat: ſed non eſt ita, vt dicit: & ſic ſequentia * per præcedentia intelligantur: vt *ff. de leg. l. I. §. ſeruos plurium. §. fin. & de leg. §. legatorum. §. fin.* ¶ Sed arg. contrà *ff. de verb. ſignifica. l. cum ſundum, & de legat. iij. l. ſi qui rem plures.*

g ¶ *Inſtituaſſe.* id eſt, commendaſſe.

Inter filios.] CASVS. Si pater familias vel mater familias ab inteſtato deceſſit, & filios vel filias reliquerit: in bonis eorum qualiter inter liberos facienda eſt diuiſio, quæritur? Reſp. quòd pro portionibus virilibus. VIVIAN. Et intelligo iſtam Lin bonis allodialibus: ſeruis in fradalibus, * quæ non tranſeunt ad ſorrinas, ſed maſculos tantūm. PAV.

h ¶ *Æquo iure.* id eſt, æquiparte ſola inſpecta: cùm enim ex ſententia ita fieri debeat, ſicut ipſe legiſlator * æquitatem ſequitur, ita & iudicem ſequi oportet: licet quandoque non ita ſequatur, oculo iudicis caligante.

i ¶ *Explorati iuris eſt.* i ſapientibus: vt *Inſtit. de here. qua ab intestat. in principij. & inſtit. de leg. here. l. legē. & de ordo. l. vt liberi. & ff. de ſuis & leg. l. I. in principio.*

Non idem.] CASVS. Duo fratres bona paterna inter ſe diuiſerunt. an ob hoc quod ſcriptura non interuenit, diuiſio ſic mirta obſeruanda, quæritur? Dicitur quòd non, *cùm ſi dei.* & c quaſi dicat, cùm poſt diuiſionem factam inſcripta eſt poſſeſſio, quis quilibet poſſeſſionem apprehendit, & ſic euidentia facti probat. k ¶ *Habenda eſt.* vt *ſupra de pact. l. pactum quod bona. & de rei vind. Limitin. & inſtrā de probat. l. proprietarie.*

l ¶ *Fides.* quia diuiſio facta eſt, & poſſeſſio inde ſecuta eſt: vt *inſtrā ad. l. ſi diuiſionem. & facit ſupra ſi mil. ab hered. ſi abſti. l.*

Cōtrum eſt.] CASVS. Si pater fam. habens filios, eos ſcripſit heredes: an peculia profectitia quæ filij habēt, veniant in diuiſionem cum cæteris bonis poſt mortē patris, quæritur? Reſp. quòd ſic: & hoc in prima. Si autem vnus ex filijs viuente patre & ignoēte cum aliquo contraxit, & eius debitor factus fuerit, an coheredes ſua contractio poſſit vt conferant illud debitum, quæritur? Dicitur quòd non, niſi vt de peculio ſuo tantum recipiat, in quātum his cum quibus contraxit, fuerit condemnatus. & hoc in ſecunda.

m ¶ *Peculia.* profectitia ſubaudi. nam b caſtrenſia vel quaſi non conſenſuntur: vt *ſupra ad. l. ſi filium ſum. & inſtrā de cſtl. l. ea dumtaxat. & l. filia Iter.* Item nec adventitia * hodie: vt *inſtrā de cſtl. l. ſin.*

¶ Sed quæcūdo tranſeatur ad communionem, cùm nec deceſſerit: vt *inſtrā de cſtl. l. filia licet?* Reſp. quatenus de facto extiterunt, ſuffient quoad adminiſtrationem: vt & *ſupra de inoff. dona. l. ſi cum. ſic ſupra de ſacrofanct. l. habemus. q. §. fin.*

n ¶ *Conuenire.* vtili iudicio famil. erciſ. non directione: *ff. ad. l. de pacto. §. ſed & ff. dolo. malo. & idem. l. qui erat. in fin.* Vel ſpeciale in filium: *ff. ad. l. here. §. ſi filius.*

o ¶ *Vtrū non poteſt.* vtil. fuerit in ium patris vtiſum, vel eius iuſſu contractum: tunc enim poteſt fieri de ſubſtantia patris ſolidum: vt *ff. ad. l. ſi filia. §. 3.*

p ¶ *Condemnatus eſt.* vt *ff. ad. l. iuſ conſequuntur. §. ſi filius. & ff. de pecu. l. ſi quis ſeruum. in prin. & l. quæſitum. §. 1. & ff. de condic. indeb. l. frater a fratre.* Item quod dicit condemnatus, ad factum reſpicit, quia & ſi condemnatus non eſſet, ſed tamēn obligatus, idem iuris eſſet ſecundùm quoddam. ſed certē inde non idem: quia tunc non deduceret, ſed ſibi cauteretur à coheredibus ſe defenſum ici. vt *ſi de peculi. l. ſed ſi damnum. §. fin.* Item hoc cuiere debet coheredibus ſe defenſurum eos: vt *ff. ad. l. ſi filia. §. 9.*

Si familia.] CASVS. Pater fam. deceſſit duobus heredibus teſtibus iudicio famil. erciſc. hereditate inter eos diuiſa, putà vt eius haberet prædia quæ erant vltra Rhenum, & alia citra: nec ſuper euictione aliquid inter eos conuenit: putà ſi prædium aliquod vltra Rhenum eſſet euictum, coheres qui habebat citra, pro parte cognoſceret, vel econtrà: an ex oblatione quod non conuenit, compellatur eius euictionis fabion, quæritur? Reſpond. quid ſic, per actionem præſcriptis verbis.

q ¶ *Inter ac.* ſecus ſi patet inter eos duos diuiſit, quia de euictione

* Legislatores vt poſſit ſuo tenere in iuſtitia iuris feudalium, quam allodialibus, legiſlatores ſolū constituit quod imperantur vtrali. Cryſolaus. t. tract. 13.

* al. Philotheca.

* deeſt in vetuſtis.

† Hæc h facit ad c. ſecundo regulam. cum dil. ſuper verbo contra ipsos. cum de appell. vbi vide.

h Generalis clauſula vel ſtatuta ad antecedentia.

i Pater filius bona diuidere videtur non inſtituere.

* al. Aurelia. d Falcidia proprie ſignificat portionem debitam iure hereditatis: improprie pro Trebellianica: improprie vel pro legitima debita iure naturæ: vt hic. filiſtio eſt Gl. *Auth. vnde ff. §. penult.* in verbo *Falcidia, ſupr. de inofficio.* & Gl. *Nota. de immoſis dotum. q. 2. in prin.*

† al. *Gloſſa & Priſcianus* 2. 4.

e Sequentia per præcedentia intelligentur. de quo vt plura apud Mancinum lib. de conuertione voluntatum teſtatorum.

f In Scriptis aliter ſecundum libros ciuiles in allodialibus. Hæc de partes verbis ſcindūtur inter omnes liberos, ſicut maſculis, ſic fœminis: non tranſeunt regularitor in ſorrinis. de quo v. Gloſ. *Feudorum. 2. §. hæ autem. in verbo, ſi ſtus.* g Et ſecundum ius ciuile.

h ¶ *Æquo iure.* id eſt, æquiparte ſola inſpecta: cùm enim ex ſententia ita fieri debeat, ſicut ipſe legiſlator * æquitatem ſequitur, ita & iudicem ſequi oportet: licet quandoque non ita ſequatur, oculo iudicis caligante.

* Vt legiſlator, ita & iudex æquitatem ſequi debet.

Teſtator poteſt inter ſuos heredes hereditarios res diuidere, ſalua Falcidia. & clauſula generalis ſequens determinatur per ſpecialem clauſulam præcedentem. h. d. ſecundum BART.

1. *Idem a. Telaſthoro.* †

Vtiens inter omnes heredes * teſtator ſucceſſionem [ſuam *] diuiſit b, ac ſingulos certis poſſeſſionibus cum mancipiis quæ in eiſdem ſunt conſtituta, iubet eſſe cōentos c: voluntati eius (ſalua legis Falcidiæ d auctoritate) obtemperandum eſſe manifeſtum eſt. Nec mutat †, quòd in ſequentibus verbis e mancipia ſua vniuerſa, nulla facta eorum diſcretione commendanda f putauerit heredibus: cùm vtique his ea videatur infinuaſſe g, quibus etiam teſtamento relinquenda eſſe decreuit.

Inter filios & filias debet hereditas parentis æqualiter diuidi. h. d. ſecundum BALD. Vel ſic: *Pro rata ſucceſſionis potiuntur diuiſio hereditatis.* SALYC.

XI. *Imp.* PHILIPPVS *ac* PHILIPPVS *c. Antonio.* *

INter filios & filias bona inteſtatorum parentum pro viriliibus portionibus æquo iure h diuidi oportere, explorati iuris eſt i.

Diuiſio valet ſine ſcriptura. BALD. & SALYC.

XII. *Imp.* GALLIENVS & VALERIANVS † *AA. Rufo.*

* al. *Hermiaia.* d. *Emmanuel.*

* al. *Memoriae.* b Calthonia vel quæ prædia non conferuntur.

c Adventitia hodie nō conferuntur.

480/C.IV.K.5-4, 725-726
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

non agitur: vt ff. de leg. 3. l. cum pater §. euictis. ACCVRS.
a ¶ *Id est*, illud, *id est*, non expositiuè, sed exemplificatiuè ponitur, quasi dicat, nihil conuenit, id est non hoc, vt vnusquisque, &c.
b ¶ *Rei*. ¶ Contra ff. de act. empt. l. emptorem §. fi. vbi dicitur quòd pacto interueniente de euictione nihilominus agitur. Solut. hic vertitur vtilitas vtriusque, ibi non.
c ¶ *Pro parte*. nam cùm vnaquæque res sit communis coheredibus pro indiuiso, in iudicio familiæ erciscundæ fit adiudicatio in singulis rebus, & sic habet vnusquisque coheres partem alterius in qualibet re sibi adiudicata: aliam verò partem ex se. pro parte igitur quã habet ab alio, habet eum de euictione obligatũ per actionẽ præscriptis verbis, quæ nascitur ex permutatione rerum. Est enim in diuisione quædam permutatio, & ideo bene dicit præscriptis verbis agendum: vt ff. de rerum permu. l. 3. & de præscript. verb. l. naturalis §. sin autem de rem. & ad hoc infrà tit. 9. l. si fratres. & ff. ex l. heredes. §. penult. & ff. de euictio. l. si cùm venditor §. 3. Sic ergo distingue: aut conuenit vt de euictione teneretur, & tenetur: aut nihil conuenit, & similiter de euictione tenetur: nisi sciens aliquis alienum acciperet: vt inst. comm. vtriusque iu. l. si fratres. & infrà de eui. l. si fundum. Aut conuenit vt non teneretur: & tunc non tenetur: vt hic.
¶ Sed hoc casu an saltem ad pretium eorum agi possit? quod videtur: vt ff. de act. em. l. emptorem §. fin. Sed magis puto non posse. nam hic vterque suscepit rei euentum: ibi solus emptor. In casu tamen non agitur, nisi cautum sit. Sed alius est casus: vt ff. de leg. 3. l. si domus §. 3. Item hoc si fiat diuisio à iudice, vel parentibus. secus si à testatore: vt dicetur infrà eod. l. si cognitione.
¶ Item quid si vni assignetur per diuisionem iudicis totum allodium: alij feudum, qui decedens reliquit tantùm filiam: an hæc filia euicto ei fundo agere possit? quod videtur: quasi non sit ei vitium quòd fœmina sit nata vt infrà de leg. here. l. lege. & de lib. præte. vel exhe. l. fin. E contra quòd non, sicut si res empta naturaliter interiisset, vel fato: vt ff. de euictio. l. si ferum. Item quia pater causam præstitit, arg. ff. de euict. l. si seruum. Sed puto quòd non, cùm pater eius filiæ accipiens in partem hoc sciebat posse euenire, nisi fuisset stipulatus de euictione: vt infrà de euict. l. si fundum.
ADDITIO. Hoc vltimum intellige secundùm Rich. Malumb. quando expressè stipulatus esset de euictione in hunc casum. alias si generaliter esset stipulatus, cùm sciret bona esse feudalia, & ex natura feudi euincerentur, de euictione non ageret, argum. ff. de here. vel act. vend. l. si nomen. & facit secundum Bart. hoc l. si quis donum §. 3. ff. locati. & ff. de damno infect. l. damni infecti stipulatio pertinet. in princ.
SI diuisionem.] CASVS. Duo fratres hereditatem paternam sẽt consensu suo diuiserunt: & vnusquisque possessionem suæ partis quantam contingebat, apprehendit: decessit alter relicta filia, inuenit portionem patris sui ab alio fratre occupatam: an eam vindicare possit, quæritur? Respond. quòd sic & hoc in prima. Si autem diuisio tantùm verbis facta fuisset, hoc modo: Diuidamus hereditatem: vel tantùm de ea diuidenda conuenerit: nec sequebatur apprehensio, & possessio non fuit subsecuta, & dominium non erat quæsitum patri, nec filiæ: iudex familiæ erciscundæ inter fratrem & filiam bona diuidet.
d ¶ *Ei*. scilicet patri tuo.
e ¶ *Si verò*. Sic in l. 27. infrà hoc. si conuentio placiti fine fieris, id est, si non est nisi pactum. vide L. 27. CYIAC.
f ¶ *Statit*. & vltra non processit, & sic dominium non fuit quæsitum: vt hic, & suprà de pact. l. traditionibus. & ff. de pact.

* id est periculum. Pau.
g Diuisio, permutatio quædam est.
† al. Theophilo.
* pro includi legitur in vet. confirmauit rectè.
h Heredes tenentur sibi inuicè de euictione.
c Hanc tenet Bart. & dicit cum singul. & menti tenendum haec Oro. de Castr. Paul. [illegible]
d Ex hoc loco [illegible]
e Feudo euicto secundo vasallo, culpa primi vasalli, [illegible]
f Legendum est, sed & puto quod non.

sunt, nihil super euictione rerum singulis adiudicatarum specialiter inter vos conuenit, id est [a] vt vnusquisque euentum rei [b] susciperet, rectè possessionis euictæ detrimentum fratrem & coheredem tuum pro parte [c] agnoscere, præses prouinciæ per actionem præscriptis verbi compellet. Dat. VIII. Kalend. Sept. AA. Coss.

Ex pacto nudo diuisionis non oritur actio, nec transfertur dominium, nisi traditione secuta. BALD. & PAVL. DE CASTR.

XV. *Idem AA. Theophilo*. †

SI diuisionem conuentione factam etiam possessio consensu secuta, pro solido dominium rerum quas pertinere ad patrem tuum placuit, [ei [d] firmauit *,] earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si verò [e] placitum diuisionis vsque ad pactum stetit [f], arbiter familiæ erciscundæ iudicio vobis datus, communionem inter vos finiri prouidebit [f].

Iudex in diuidendo inter liberos debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem. h. d. secundùm BART. & BALD. Vel sic: *Iudex in diuidendo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem: licèt non succedatur ex testato, sed ab intestato: salua tamen Falcidia vel Trebelliana, si alicui eorum non remaneret integra*. h. d. secundùm PAVL. DE CASTRO.

XVI. *Idem AA. Heraclio*. *

FIlij [g] patris testamentum [h] rescindendi, si hoc inofficiosum [i] probare non possunt [k], nullam habent facultatem [l]. Sed & si tam circa testamentum, quàm etiam codicillos iudicium eius deficiat [m], verùm quibuscumque verbis [n] voluntas eius declarata sit, licèt ab intestato [o] ei fuerit successum, ex senatusconsulto [p] retentionis modo seruato [q], familiæ erciscundæ iudicio aditum [r] * iudicem sequi voluntatem patris † oportere iuris authoritate significatur.

Diuisio facta inter præsentes, iuri absentis non præiudicat. BALD. Vel sic: *Diuisio facta inter quosdam ex sociis, aliis absentibus non præiudicat*. h. d. secundùm PAVL. DE CASTR.

XVII. *Idem AA. & CC. Commodiano*.

COheredibus diuisionem inter se facientibus [s], iuri absentis & ignorantis minimè de-

l. diuisionis. & infrà de rerum permu. l. ex placito. Item intellige non valere pactum ad agendum, sed ad excipiendum sic: vt ff. communi diuidun. l. 14. §. fi. quæ est contra. & suprà de pact. l. cùm proponas, §.
f ¶ *Prouidebit*, non ex pacto: vt hic & dictis concordantiis.
FIlij.] CASVS. Si testamentum [a] fecisti & solenne: filij tui illud rescindere non poterunt, nisi per inoffic. querelam. Si autem non solenne, putà adhibitis tribus testibus tantùm: & in illa minùs solenni voluntate diuisionem bonorum tantum inter eos fecisti, putà assignãdo vni prædia quæ vltra Rhenum erant, alij quæ erant citra: an iudex qui cognoscit famil. ercisc. iudicio, diuisionem factam in minùs solenni voluntate bonorũ tantùm inter eos seruare debeat, quæritur? Respond. quòd sic: dum tamẽ vnusquisque filius non habeat minus legitima: quòd si non habeat, ex senatusconsult. sibi supplebitur.
g ¶ *Filij*. idem est in ceteris liberis: vt infrà de testam. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ACCVRS.
h ¶ *Testamentum*. non etiam coram quinque testibus factum.
i ¶ *Inofficiosum*. largè ponitur hoc nomẽ, scil. pro omni testamento quod est factum contra officium pietatis, siue exheredationem, siue præteritionẽ contineat. Sic Instit. de suc. li. §. si verò testamentum.
k ¶ *Possunt*. licèt sit aliquis eorum gratus.
l ¶ *Facultatem*. quia nec suo iure, nec iudicis officio.
m ¶ *Deficiat*. quia non quinque testes interfuerunt: vt infrà de codicill. l. fin. §. in omni.
n ¶ *Verbis*. putà sic dixit: omnia bona mea diuidatis inter vos filij mei, secundùm quosdam, quod non placet: quia dicit retentionis modo seruato. 2. Vel meliùs dic, vnum fundum tibi & alij alia bona reliquit. 3. Vel dic, ipse pater diuisit.
o ¶ *Ab intestato*. Ex hoc dicunt [b] quidam quòd ex minùs solenni voluntate patris non succeditur nisi ab intestato: quod non placet: cùm lex dicat quòd quælibet patris voluntas inter liberos est seruanda: vt infrà eod. l. fin. ergo & hic. & ita ex testamento potest succedi. Est enim testamentum testatio mentis: vt Instit. de testa. in princ. Sed nihilominus potest ei ab intestato succedi: vt §. si omissa causa test. per totum. & sic hic dicit. & infrà l. fin. Nec obstat infrà de testa. l. hac consultissima §. fi. nam ibi non loquitur de filiis, sed de aliis qui possunt ab intestato succedere. 2. Vel hoc, ab intestato, referas ad casum cùm fecit codicillos. 3. Vel refers ex quota portione vel re certa eos instituat, vt diximus suprà eod. l. quoties.
p ¶ *Ex senatusconsulto*. Trebelliano, cui locus est & [c] in fideicommissis quæ ab intestato relinquuntur: vt hic euenit: vt ff. ad Trebel. l. veluti. §. 3. & ff. ad leg. Fal. l. si filiusfamilias. videtur enim hic pater fidei commisisse eorum, vt contenti partibus assignatis, restituant cætera: vt ff. de leg. 3. l. pete. circa principium. nam & Falcidia [d] inter heredes locum habet: vt infrà ad leg. Fal. l. à coheredibus.
q ¶ *Seruato*. eodem modo ac si ex testamento succederetur.
r ¶ *Aditum*. id est, appropriatum.
COheredibus.] CASVS. Si testator tribus heredibus relictis decessit: an duo, absente tertio, diuidere possint bona, quæritur? Dicitur quòd absenti portio quam habuit in rebus communibus ante diuisionem, seruabitur: & eam cum fructibus percipiet: interim non timens præiudicium sibi fieri per diuisionem ipso absente factam.
s ¶ *Facientibus*. quod [e] facere possunt quoad personales præstationes: vt ff. eod. l. 4. §. dubitandum. & Labienus. & ff. communi diui. l. & si non omnes. ACCVRS.

a Diuisionis placitũ vsque ad pactum steterit quid.
* Heraclio.
* legendum, additum: vt in vet. sicut & [illegible]
† [illegible]
b Testamento patris minus solenni succeditur etiam ex testamento, non ab intestato: licet & ab intestato etiam succedatur [illegible]
c Trebelliano senatusconsulto locus est etiam in fideicommissis ab intestato relictis.
d Falcidia etiam inter heredes locum habet.
e Diuidere inter se possunt coheredes quo ad personales præstationes.

a ¶ Dum

a ¶ *Dorgari.* vt & *infrà de rei inter alios actu.* &c. ACCVRS.
b ¶ *Redierint.* vt & *supra eod. l. vnic. est.*

FIlia.] CASVS. Si duabus filiabus heredibus institutis pater famili. decesserit: an res quæ vni nostrum comparauit nomine suo, quasi nomine filiæ, post mortem suam cum aliis bonis veniant in diuisionem, nisi probetur patrem contrariam voluisse, quæritur? Dicitur quod non. & hoc quibusdam rescripsit Imperatorum compatronis: quibus filia, omnium cuius res comparabantur adueßus sororem suam vti potest. & hæc in prima. An autem filia quæ in communi hereditate sumptum bona fide fecit, pro parte consequi possit, quæritur? Dicitur quod sic, familiæ ercisçundæ iudicio, vel negotii. & hoc in secunda.

c ¶ *Res comparauit.* vade quia [a] nomine eius emit, videtur, quod per alienum iudicium conferret in eam: vt *hic.* quod facit pro illo cuius nomine pater emit liberos, & pro hoc *ff. eod. Lgau pater, & ff. l. Pompeius Philadelphus, & de peru. leg. lg. fin. & de dona. l. donationes in concubinam. §. proin. & infrà de dona. inter vir. & vxo. l. filij cui. Sed* contra. *infrà de coll. l. si donatione. in fin.* Sed ibi non eius nomine pater emit, sed suam rem filio donauit. a. Vel plenius solue vt ibi.

¶ Sed an [b] est legatum hoc, vel donatio causa mortis? Resp. non est donatio inter viros, quia sic non valeret: vt *supra de mortis. dona. l. p.* nec causa mortis, quia pater ex ea obligari non potuit. Sed nec legatum, cum non in testamento relinquatur. Sed esse quasi [c] legati: nam & non adita hereditate, patris cõsecutur mortem secundum Azo.

d ¶ *Eius iudicium.* quia denuò præsumitur iustitia contra probatoria.

e ¶ *Adiudicari.* Sed quo titulo? tit. quasi legati adiudicati: vt pote relictum quod semper datur præcipuum: vt *infrà de coll. l. filium. §. & supra eod. l. §. quæ.*

¶ Hoc nihil obstat *l. 13. infrà de coll.* CVIAC.

f ¶ *Non* Iraque, scilicet rescripsit.

g ¶ *Si res integra.* quia [d] nec litiscontestatum est, nec transactum est. *supra eod. l. §.*

h ¶ *Familia.* si res propaute geri non possit: vel minùs commodè, cùm autem commodè geri potuit, pro parte agitur negotiorum gest. vt *hic* subiicit. *& ff. communi divid. l. §. quæ pacisci. §. fin. & ff. eod. l. heredes. §. si vnus. & Libr. consequuntur. & l. Pompeius. & supra de neg. gestis. l. fin. & ff. de neg. gest. l. §. communes adire.*

i ¶ *Ercisçunda.* in lucrdo pigaceo, quod [e] pro parte lui non potest: vt *ff. communi dividun. l. §. quæ pacisci.*

IDcirco.] CASVS. Duabus heredibus relictis decesse testatore, & vnus coheredum de rebus hereditariis vel consumpsit, vel deteriores fecit: an earum ratio sit habenda, & alij coheredi indemnitas præstanda, quæritur? Dicitur quòd sic.

k ¶ *Absumpserunt.* id est, consumpserunt. ACCVRS.

l ¶ *Indemnitatem.* in damnum, non in duplum: & tenetur etiam heres coheredis: quæ duo nec sic fertuntur in leg. Aquil. vt *ff. eod. l. & pare. §. fin. & l. damna. & ff. communi dividun. l. item quæsitum. in prin.*

IN familia.] CASVS. Decessit Titius relictis tribus heredibus: vnus rem communem vendidit, & precium recepit: qua actione à coheredibus, ad precium consortari possit, quæritur.

Distinguitur: aut rem communem alienauit nomine coheredis, aut nomine sui tantùm. In primo casu subdistinguo: quia aut habuit mandatum, aut non. primo casu consortitur actione mandati secundo casu, si alij coheredes ratam habent venditionem, consortiur act. neg. gest. nec venit precium in iudicio famil. ercisç. quia forte venditio poterat pro parte expediri. Si nomine suo: obsistatur ad precium petitione hereditatis.

m ¶ *Venundata.* id est, vendita.

n ¶ *Non venit.* hoc ideo, quia pro parte poterat expediri: vt *supra eod. l. filia. in fine* dictum. n. Vel quia hic erat actum. vt Nor. secundum Ioan. *ff. ad l. heredes. §. idem ff & ff vnus.*

o ¶ *Præcipie.* scilicet mandatum.

p ¶ *Venditionem.* vt & *l. de neg. gest. l. ab vno. & de rei vind. l. mater.* ACCVRS.

q ¶ *Falsa proprium.* & per hoc patet quòd differtur me coheredem.

r ¶ *Possidet.* quod [f] est loco rei: vt *ff. de petit. heredit. l. §. & res.* Idem & habetur conpotest obligatum: quia tunc vt verus possessor conuenitur petitione hereditatis: vt *ff. de peti. here. l. regulariter. & l. quod ff in diem.*

i ¶ *Petendo est.* id est, precium pro petendo hereditate: vt *hic. & ff. eod. l. inter coheredes. §. & coheredes. in fin. §.*

¶ Et ad euidentiam distinguo cum quis vendit rem communem, aut est communis ex causa societatis: & tunc si vendit rem communem sociorum volunatate, non vendicatur, sed agitur pro socio. & autem eis institutum non præiudicat alijs: vt *ff. pro socio l. item.* Si autem ex alia causa est communis: ut ex causa heredi taria, aut alia: quia donata, vel legata, primo casu si vendidit vt cõmunem, ac per hoc verisimile est quod alterum confortatur coheredem, agitur ad precii familiæ ercisçundæ. & pro parte non potuit commodè expediri: vt *ff. ad l. heredes. §. idem ff & ff vnus. & ff communi divid. l. §. quæ pacisci. §. fin.* & hoc sic intercedat mandatum. sint non hac enim actio secum aliam admittit: vt *ff. eod. l. & pare. §. Sed & si dolo.* Si verò pro parte potuit expediri venditio, agitur actione neg. gest. vel addari à mandati de vendendo. Nec agitur contrari dui. licet nec famil. ercisç. quia pro parte commodè potuit expediri: vt *communi divid. l. §. quæ pacisci. §. fin. & hoc l. §. ref.* Si autem non vendidit vt proprij, ac per hoc verisimile est quòd differatur me coheredem esse proponam ad precii petitionem hereditatis. vt & *in hoc l. §. ref. & ff. de pari here. l. §. petendi.* Verùm ile autè idro dixi, quia potuit dici cor & vendidit vt proprie & tamen confortar me heredem esse, & sic agitur ad precii fam. ercisçubo neg. gest. quia quòd non suo nomine gestum est, rati habere non potest: vt *§. dictum.* Item si vendidit vt communem, & differatur me coheredem, agam petitione hereditatis. Vbi autè ex alia causa non hereditaria est cõmunis, si quidem

* Nomen.

a ¶ Libere quia pater emit filio, ex debitos filios habente præcipuos.

b Donationis inter viros, mortis causa, legati & quasi legati differentia.

† al. *Domne.* *supra de mortis. dona. l. p.*

c Quasi legatum non adita hereditate obtinuatur. Ex hac Glos. quidam colligunt, donationem causa mortis non requiere aditionem hereditatis. Marti *fragul. 63.*

d Integra res adhuc dicitur neque iudicatum neque de ea transactum.

e Individua est pignoris lucro ad est, pro parte pignoris lui fito liberari non potest.

* Lyfonia.

† Dorff in quibusdam.

* al. Pallaemaior.

* Precium est loco rei.

† D. Kal. vnu. A. A. Coss.

dem meo & tuo nomine vendit, nec tamen ego mandaui: possum agere de precio actione negotiorum gestorum tecum habendo. Si verò tuo nomine tantùm: non agam ad precium contra te nisi in subsidium: vt dixi ff. de rei vendic. l. mater, §. possum. & §. fin autem. Item autem in omnibus verum est, quod mandato interueniente agi potest mandati. Item & illud, quod semper possum rem meam vindicare, nisi volantas mea praecedat vel sequatur alienationem: vel nisi venditum sic à fisco: vt inst. de commun. re. alie. l. 9. Vel nisi coheres qui se solû putat heredem, vendidit: quia senatusconsultum noluit bonae fidei possessorem affici damno [a], vnde videtur rem non posse vindicari: vt ff. de peti. hered. l. sed & si. §. item si rem.

Si cogitatione.] Casus. Decessit paterfam. heredibus relictis: cuilibet certas partes assignauit, putà omnia bona quae erant vltra Rhenum, vni: alij quae erant vltra Sagonam: & quandam in montanis reliquit indiuisa: diuidenda tamen inter coheredes. an huic diuisioni stari debeat, quaeritur. Resp. quòd sic: nec iudex fam. ercis. eam immutabit: quia bona quae erat indiuisa, diuidet inter coheredes pro aequalibus portionibus, & dictis diuisionibus stabitur: & si vnus habet minus sua legitima, de portionibus aliorû suppleatur: licèt eum singuli instituantur, & aliquis eorum rogatus vt sit contentus certa re, quae fortè quartam minuit: non faceret, portio legitima à coheredibus sibi complebitur, secundum Azo. & hic casus verior est: quod colligi potest ex illis verbis, exemplo, &c. & ex illis, pro virili portione, &c.

a ¶ Arbitri. id est, iudicis familiae erciscundae.

b ¶ Iudicio. scilicet non scripto.

c ¶ Vel qualicunque. in scriptis vel non.

d ¶ Iudicio. imperfecto vel scripto, vt innuit verbum declarauit: imò ad vtrumque referas.

e ¶ Suam. volentem maiorem hereditatis partem ad aliquem ex liberis peruenire, ad alium minorem.

f ¶ Voluntatem. scilicet diuidendo res hereditarias, quibusdam certo praeceptis.

g ¶ Exemplo. hoc ideo, vt dicunt quidam, quia Falcidia [b] tantùm in testamento locum habet, sed certè imò etiam ab intestato: vt infrà si omissa sit causa test. l. fin. & infrà quando dies le. ce. l. fin. Sed hoc ideo dixit exemplo, vt sicut aliâs detrahitur de legatis & fideicommissis, sic & hic de praelegatis: vt & ff. de hered. instit. l. ex facto. §. 9. vnde sola in fin. §.

h ¶ Virili. quia & in aliis habent viriles: licèt per quandam praelegationem vnus habet plus quàm alius: vt hic, & ff. de here. insti. l. ex facto. §. §. j. & sic non est contrà ff. eo. l. qua pater. j.

i ¶ Nulli. expressè vel tacitè, scilicet vt res non assignatae expressè, sequantur illas quas expressè assignauit, vt instrumentum, fundum, armamenta, vineam: vt ff. eod. l. qua pater. j.

k ¶ Voluntatem. vt & T. de inoffic. testa. l. parentibus. & T. eod. quoties. & in authent. de trien. & semiss. §. & quod saepe nullo dij.

¶ Et not. quòd post [c] huiusmodi diuisionem non agitur de collatione: vt ff. de leg. j. l. cùm pater. §. nullo. secùs in ea quae fit per iudicem, vel per parens: vt suprà eod. l. si familiae. Accurs.

[illegible marginal notes]

diuisio minùs solemnis, sed quae omittit pater iudex supplet. Bald.

XXI. Iidem AA. & CC. Fortunato.

SI cogitatione futurae successionis, officium arbitri [a] diuidendae hereditatis praeueniendo pater communis [a] iudicio [b] suo, qualicunque [c] iudicio [d] suam [e] declarauerit voluntatem [f]: inter eos qui ei successerunt, exemplo [g] Falcidiae retentionis habita ratione, familiae diuidendae causa datus arbiter: pro virili [h] praeterea portione eorum quae nulli [i] generaliter vel specialiter assignauit, facta diuisione, in adiudicando patris sequetur voluntatem [k].

Error coheredum non facit alteri acquiri dominium. Vel sic: *Non habens titulum, † non potest praescribere contra iudicium famil. ercis. Item longa possessio & error non inducunt titulum.* Bald. Vel sic: *Communis seruus ab vno ex heredibus sine titulo possessus, non vsucapitur: sed pro cuiuscunque heredum portione diuiditur.* Salyc. Vel sic: *Qui possidet rem alienam sine titulo, licet domino sciente & patiente non propterea acquirit dominium.* Paul. de Castr.

XXII. Iidem AA. & CC. Dionysio. †

SEruum [l] communem non consentientibus coheredibus, sed per errorem ad eum qui possidet, pertinere credentibus, tenens [l], cùm omnis verus titulus deficiat [m], suum [n] non facit [o]: sed in eo portiones hereditarias assignatas [p], penes singulos successores remanere manifestum est. PP. V. Non. Ian.

Pactum coheredum non praeiudicat creditoribus, sed inter ipsos coheredes suum operatur effectum. Bal.

l ¶ Voluntatem. singulis prout defunctus voluit.

SEruum.] Casus. Decessit Titius heredibus relictis: vnus seruum hereditarium per x. vel xx. ann. possedit, aliis per errorem credentibus eum ad coheredem pertinere: si postea apparuerit eum communem fuisse, non obstante praescriptione longi temporis, partes suas possunt vindicare: & portiones assignatas à lege xij. tab. penes eos remanere debere manifestum est. Vivian.

m ¶ Hoc pertinet l. 5. infrà in quibus caus. cess. long. temp. praes. Cyiac.

l ¶ Tenens. aliquis heredum.

m ¶ Deficiat. igitur & vsucapio.

n ¶ Suum. nec per vsucapionem, nec per praescriptionem x. vel xx. an. sed tantùm xxx.

o ¶ Non facit. nam in [a] praescriptione titulus est necessarius: vt hic, & supr. de rei vend. l. ex tua. & l. nulla. & ff. pro dona. l. j. & de vsucap. l. Celsus. & infrà de praescrip. long. temp. l. diutina. & infrà in qui. cau. cessat long. temp. praescrip. l. vnum.

p ¶ Assignatas. l. xij. tab. vt & suprà de pact. l. pacto successorum. & facit infrà de dona. l. non ignorans.

XXIII. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

LIcèt pacto [a] diuisionis aduersus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit [q]: tamen ad exhibendam fidem his quae conuenerant, stipulationis & iuris [r] adhibito remedio, qui placitum excedit, vrgeri potest: cùm & hoc omisso [s], si non contrarium conuenisset [t] probaretur, praescriptis verbis conueniri potuisset.

Famosa & difficilis est haec lex: & hoc intendit: Fideicommissum vniuersale restituendum post conditionis euentum, conditione aduenienté debet restitui, quarta deducta: in qua computatur hereditaria portio fundi in peculium dati, secundum antiquos: vel praelegati, secundum Ioan. vel mortis causa dati siue donati, secundum Azo. & acceptum causa conditionis implendae: h. d. secundum communem, licet Iac. But. Bart. Vel sic: Filius grauatus de restituendo coheredibus suis partem suam hereditatis, in quartam Trebellianicam, quae sibi debetur, tenetur computare totam hereditariam partem fundi sibi concessi per parentem in peculium profectitiû, etiam quicquid datum est à coheredibus gratia conditionis implendae: & si illa non sufficiant, debet suppleri in eodem fundo, & sic de portionibus aliorum coheredum, quas in eo habent: Residuum verò quantum habet vltra quartam tam in eodem fundo, quàm in aliis rebus, tenetur coheredibus restituere ex causa fideicommissi. Et totum expeditur officio iudicis diuidentis hereditatem inter eos: & sic in iudicio famil. ercisc. h. d. secundum Paul. de Castr.

LIcèt.] Casus. Decessit quis tribus heredibus relictis: duo à tertio stipulati erant, vt creditoribus hereditariis responderet: & aliquo dato pepigerunt, vt ei satisfaceret. si fidem seruare non vult, qua actione conueniri possit à caeteris coheredibus, quaeritur? Resp. quòd licèt pactum ab eis interpositum praeiudicare non possit creditoribus, tamê coheres qui promisit, ad fidem seruandam conuenietur actione ex stipulatu, si stipulatio intercessit: vel si nô intercessit, agetur ex pacto in continenti apposito, act. praescriptis verbis. h. d.

q ¶ Non possit. vt & T. de pac. debitorum. l. pactũ. & infrà si cer. pet. l. j.

r ¶ Et iuris. id est, stipulationis iure factae secundum Ioan.

s ¶ Omisso. id est, stipulatione non interueniente: sed tantùm pacto in rei traditione apposito: vt infrà de rerum permu. l. ex data. & infrà de dona. l. legem. & l. cùm res. aliâs si non esset facta traditio, nulla ex tali pacto actio nasceretur: vt ff. de pact. l. diuisionis. & suprà eod. l. si diuisionem.

t ¶ Conuenisse. post pactum interpositum: nam pacta nouissima sunt seruanda: vt suprà de pact. l. pacta nouissima.

FIlium.] Casus. Paterfam. habuit quater centum in bonis: & habuit quatuor filios. vni filiorum in vita sua dedit fundum valentem xl. ad sui sustentationem: postea condidit testamentum, & instituit aequaliter quatuor filios, id est, quemlibet in centum: computato fundo dato filio ad sustentationem in suis centum, & rogauit testator illum filium cui dederat fundum, per fideicommissum vt restitueret coheredibus suis, & quibusdam extraneis suam partem hereditatis sub conditione, si nauis veniret ex Asia, perceptis x. à coheredibus. coheredes volunt dare x. illa conditione existente: debet restituere coheredibus suam partem hereditatis: vult deducere quartam, quaestio est, vnde debet deducere & qualiter. dicitur quòd debet cõputare in quartã illa x. quae perceperat est à coheredibus, vel ab alijs iterum quartã partem praedij sibi dati, quae est x. & ita habet xx. Itẽ debet habere v. in eodem fundo sibi dato ad supplementum: & ita habet xxv. quatam

480/C.IV.K.5-4, 731-732
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

sæpe quæsita pars de centumcentesimum de fundo debet restituere cohæredibus. & hoc est quod dicit secundùm Vivianum, vel pone casum aliter, vt in Glosl.).

a ¶ *Filium.* Fatis & vt difficilis est hæc lex. Dic ergo casum * secundùm antiquos: Quidam habens tres natas, tres quoque filios, vni in vita fundum de suo patrimonio concessit ad sui substantationem, & sic in pecuniam quos tres filios fuisse heredes instituit æqualiter. hereditaria ergo portio euinsliber est centum: & rogauit filium cui fundum concesserat, vt suam portionem hereditatis restitueret cohæredibus, & quibusdam aliis sub conditione, putà si natus ex Asia veniret, perceptis à cohæredibus, pone x. hic autem debet habere quartam, id est xxv. computantur autem in quartam illa x. quæ accepit à cohæredibus causa impletæ conditionis. Item hereditaria pars prædij, pone quòd valet fundus xij. ergo habet in filio quartam. sic ergo habet xiij. quod autem deest, solueretur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia non superesset aliquid de eo fundo restituendum, quod hic fuit: vt in fin. dicit v. imò deesset. Idèo dic quòd fundus vt habit xxx. ᵉ & sic habet x. à cohæredibus. Item ex parte hereditaria fundi, quæ est alia x. desunt v. illa accepit ex eodem fundo: & sic superfluit in fundo xv. quæ restituit vna cum aliis quæ habet de illa hereditate.

¶ Sed de qua quarta lequitur Resp. ᵈ de Trebellianica, quæ ex vniuersitate detrahitur vt *ff. ad Trebell. nam quod §. fin. & l. cupi. in princ. & §. generaliter.* Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa ᵉ non computantur data causa impletæ conditionis: vt *supra de inoffic. testa. l. scimus.* nec illa iure institutionis: quia illa ex singularibus relictis detrahitur per l. Fal. vt *Instit. de fideicom. hæres §. restituat in fin.§.*

¶ Sed secundùm hoc quid faciat ad titulum? Respond. quòd hæc restitutio fiet cohæredibus per hanc actionem, sicut & prælegatorio veniunt in hoc iudicium: vt *supra ad l. si quæ. & ff. ad Liner. cohæredes.§.).& l. si ita legatum.* vel quia cohæredes restituens sibi diuidere hoc iudicio: vt *ff. ad l. fed & cum. in fin.* Alij dicunt quòd etiam hi extranei fumant cum filiis instituti.

¶ Linerum autem expone, *filium*, id est filias. sic & *supra de fideicom. l. cum quam.* 1. Vel fabaudire, *filius* & secundùm verumque erit suspendua vsque in finem. 3. Vel dic ᶠ, testator fuerit filium habentem quem, id est aliquem fundum. & quòd dicit in fine, compellitur, fabaudi, prædictus filius.

b ¶ *Portionem.* id est, suam partem hereditatis, quæ erat tertiam sic contra. *ff. de vsuf. sicut ff. Lemnus. §. portionis.*

c ¶ *Hereditaria parte prædij.* ¶ Sed quare totam hereditariam partem fundi comparas in quartâ, scilicet Trebellianicæ? imò videtur quòd quartâ hereditariæ partis debeat cõputare solum. quartam enim cuiusliber quærit, quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totam quartam quam habuerat ab intestato in illo fundo pro illa parte quam retinere debeat: sed in qualibet re quartam quærit, quam habuerat ab intestato, debet retinere: sicut computat quartam aliunde rerum quæ ex testamento habebat. Sed respond. secundùm quosdam quia hoc testatore dixit, sed ᵍ hoc refugium est infirmum. Aliter ergo secundùm Io. quòd hic fundus fuit filio prælegatus de hereditate, & non cauit testator vt quartam retineret de hereditate. vnde contra voluntatem eius deducitur quarta, & ita eum faciat contra voluntatem retinendo, fiet contra suam in hoc, quia tota hereditaria computabitur in quartam, & nil lucrabitur inde, scilicet de hereditaria. Cæterùm si cauisset testator, vt quartam retineret de hereditate, tunc fundus prælegatus esset præcipui sui: nec imputaret nisi tantum quantum retineret, etiam si alij fuissent legatus, scilicet quartam hæ partis: vt si est vnus filius, tres vxores: si tres, vnam vxorem: vt *ff. ad leg. Falc. l. Titia.* Sed hæc lect. Io. obiicit quòd fabiicit, *si quid deest in supplementum*, &c. quia si fundus est prælegatus, vt dixi: ergo hereditaria portio tantùm computatur in quartam: non etiam quòd deest ad quartâ, in eodem fundo est solutendum, cùm extra quartam sic quasi à cohærede percipitur: vt *4. tit. l. in quartam.* Sed respond. Io. quòd hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundum, & ita totum: & illi aliquid filio dare, & eodem modo fratribus, & ab eisdem aliquid recipere debebat. Computabo ergo ibi in quartam hereditatem partem prædij: item quod accepit à cohæredibus: item quod accipit ab extraneis in eodem fundo, id est pro eodem fundo restituendo, quem prælegatum habebat. non enim intelligendum est vt in eodem fundo habeat amplius quàm hereditariam portionem & idèo calliè posuit in litera. *& extra.q. & ab extraneis.* 3. Vel dic vt dicemus in Glosl. alia inferiori, scilicet *deliberatione*, &c. 4. Vel ñ vis secundùm Ann. & Bag. sic hanc fundum collatum filio à patre, vt bene mentio, vel conferendo vltimum arbitrium, putà eundo nomine suo: vnde venit in iudicium famil. ercisc. percipiendus: vt *supra ad l. filia.*

a Sequuntur. Bart. Paul. & Iaf.

ᵇ Ad hanc legem v. Anchar. Alcias. *d. Paradox. 3. Sabinus ad eiusdem.* c. 147. Huius legis species posset in vsu. *de hæred. instit.* ad l. 78. Vide etiam Scipio *ad l. hæredi qui fallit. ff. de hæredibus vel in. Bag. Cuiac.*

¶ Grammica figura pro filiis quam vt in Fulgentio, *Sermonum quem audiuit non est mum. Bartolus* ibi. *gens est in f. cum quem inst. de fideicomm.* Vide Alciat. *paradox. lib. 4. cap. 1.*

ᶜ Imò ob aperte dicit, & idèo illa lectura est bona. Paul. *Paul. & Iaf.*

ᵈ Contra hæc. Bald. Paul. & Iaf.

ᵉ Idem prædicti Barbaterius hic.

ᶠ Nec Trebellianica hodie, cùm computetur in legitima. *Paul. & Iaf.*

ᵍ Horum opinionem nulla placet. dic potiùs, quem habemus, id est, qui habebat.

ᵍ Specialiter cum prætextu refugium est infirmum ad de Iudaeis in l. *si quis in testam. num.* 13.

XXXVI. * *Idem a. s. & c. c. Sacrati.*

Filium * † quem habentem fundum, portionem ᵇ hereditatis fratribus & quibusdam aliis sub conditione verbis precariis restituere fanxit testator: post eius [conditionis *] euentum, hereditaria parte prædij ᶜ in quartæ ratione retenta, cõpensato præterea quod à cohæredibus vice mutua percepit *, [&] si quid deest, in supplementum † deducto *, quod plerat ex aliis iure communi.

¶ Item numquid prælegationes computantur in fideicommisso generali? Respond. distingue: vt *infra de fideicom. l. cùm vinum.* ¶ Item quæsito impetabit etiam hereditatem partem ita quam habiturus erat etiam si heres non fuisset, quia morte hæ infmodi donationes confirmantur: & idem in prælegatis: vt *ff. de leg. 3. l. qui filiabus. §. fin. & l. seq.* Sed respond. quia cùm testator posset illa reuocare: videtur, cùm non reuocet, sed instituat, gratiæ, vt hereditatem partem rei prælegatæ, vel quartam hereditatis computet: vt dictum est.

¶ Ex prædictis patet aliter secundùm antiquos: vt in prædicta prima Glosl. *fama*, &c. *& in prin. huius l.* & aliter secundùm Io. & aliter secundùm Ann. & H. Lithan posse intelligi.

¶ Item qualiter computat sibi hereditatem partem prædij, cùm à se ipso habere eam videatur: vnde cadit in fideicommissum generale: vt *ff. ad Trebell. in fideicommiss. §. fin.* quæ est contrà Sed certè facto cadit in fideicommissum, cùm computet sibi in quartam.

¶ Item nec. quòd hæc lex corrigitur hodie in eo quòd dicit ea lia imputatis in quartam liberis primi gradus: vt *infra ad Trebell. l. iubemus. in princ.* Sed quidam dicunt hoc idèo fic esse, quia sic defunctus voluit. quod non placet, vt ibi notatur.

d ¶ *Percepit.* scilicet destinatione *, vel re ipsa.

¶ Sed quare in vna re tantùm quartam deducit, scilicet de fundo illo secundùm casum antiquorum? Resp. quidam, quia hoc testator dixit. 1. Alij vt Loth, hoc præsumunt ex eo quòd testator hæc filio dedit hanc fundum etiam in vita. Vnde etiam posita lex illam voluntatem imitatur, quod non placet: quia talia prædia possessitia commenta sunt, & non principia: vt *supra ad, Lucrum. ff.* 3. Alij dicunt posse in vna retineri Falcidiam: vt *hic in fin.* 4. Alij autem velent esse speciale pro filio, illa ratione, quia & aliud est speciale contra eum, scilicet quòd computet in quartam accepta à cohærede. nam extra quartam est quod à cohærede accipitur: *ff. ad leg. Fal. l. in quartam. dic, pro ea vnâ parte*, &c. quod non placet ᵇ, quòd non computet in quartam quod à cohæredibus accepit, quod omninò est falsum, duobus rationibus. Nam si pecuniam hereditariam à cohærede accipiat: à se ipso & quasi iure hereditario habere videtur, vnde computatur vt *ff. de legat. 3. l. cùm pater. in princ.* Idem si corpus non hereditarium à cohærede accipiat: vt *ea l. & ff. ad Trebell. l. dedicatio. §. summis.* Nec obstat dicta *l. in quartam*, quia loquitur cùm est hereditarium quod à cohærede percipiat: vnde non potest eadem ratione habere eandem rem iure legati, & iure hereditario: vt *ff. de condit. & demonst. l. Titia si suspiret.* hic autem hereditarium non fuit hoc quod accepit causa impletæ conditionis. Item alia ratione: quia si duo fuerunt cohærodes, & à me vnus, & mihi legatum relinquitur, vt est in casu nostro, item & alia relinquitur à nobis, ego vtar retentione Falc. contra alios, & computabo mihi in quartam meã quod à te percepturus fuit, vt tanto minùs à te subtraham: sed ab alio non per hoc minùs subtraham: licèt in hac Falc. iure institutionis, aliis non conferentes legata imputari: vt *ff. ad senatus Pub. l. Mela. §. refert. & l. in quartam. in princ.* Multò ergo magis in hac quarta debet fieri computatio horum quæ à cohærede percipiuntur, in quo etiam legata ab aliis imputarentur: vt *d. l. in quartam.* 5. Alij dicunt, solutum à valentibus, & valentes. 6. Alij vt Io. transponunt literam hoc modo: Solutum à cæteris, scilicet facta deductione de legatis, & supra quartam habeas in eodem fundo, &c. vt in alia Glosl.

¶ Et vt hæc clarescat, sciendum est aliam esse quartam * iure naturæ (in qua omnia data imputantur præter donationes simplicem, & fructum patrimonij. Nam in rebus principalibus debet habere quartam: vt *supra de inoffic. testamenti. §. scimus. §. 1. & l. si quando. §. fin.*) Aliam debitam iure institutionis (in qua ea sola imputantur, quæ iure hereditario capiuntur: vt *ff. ad legem Falc. l. in quartam.* quandoque tamen etiam legata imputantur: vt *ff. ad leg. Falc. l. Mæcenius.* Item si dentur à filiabiliter nomini peculiares. In hoc casu solo imputantur: *ff. ad leg. Falc. l. id autem.*) 3. Item aliam debitam iure Trebellianico, in qua & legata & fideicommissa & data causa impletæ conditionis ab extraneo imputantur. Si autem detur aliquid à cohærede, si quidem computat non hereditariam, idem est; & si hereditariam, si quidem pecunia,

* deest in omnibus.

Sententiam sic disponebant, in supplementum deducta quod à testatore ita se fuisse polutum, figura quartam habuit, redeat computatio, & sic interpretati, redderunt publicas, hereditatem fieliter, ad omnem fundum.

a Scilicet testatoris, & sic periuide habetur ne à esse percipiam. Iaf.

b In quartam filius non imputatur quod percepit à cohærede.

a Quas, & inde necessarij, substitutionis, & Trebellianica quæ nam imputantur.

480/C.IV.K.5-4, 733-734
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

pecunia, idem est : si autem speciem hereditariam, quo ea parte quam habet iure hereditario, imputabitur : pro ea verò quam à coherede accepit, extra quartam est : vt *hac l. & ff. ad Trebell. l. dedalus §. summa.* ¶ De fructibus[a] autem quando computentur in quartam iure naturæ, habes *ff. de inoff. testa. l. rapiatur. §. si ex diversis, versic. vnde sequa.* Quando verò in quartam iure institutionis, habes *ff. ad leg. Falc. l. in l. Falc. plaeuit. & l. Paulus.* Quando verò in Trebellianam, dixi *l. ad Trebellia. l. habemus.*

¶ Et 20. quòd quarta alia [b] iure naturæ. 1. Alia iure Trebellianeo. 3. Alia iure institutionis. 4. Alia debita ex constitutione divi Pij. 5. Alia debita patrono in bonis liberti. 6. Alia de qua dicitur *l. quando & qui. quarta pars, l. 5. in princ. tit. x. & infra de inoff. hæres. descript. l. unica. eod.* 7. Alia de qua dicitur *l. de illum, & repu. l. pupili.* 8. Item alia *infra vn'e vir & vxor. author. prætereà.*

a ¶ *Quod à cæteris.* scilicet coheredibus fratribus : vel secundùm alios ab extraneis.

b ¶ *In eo.* sic ergo in [c] vna re potest Falcidia retineri secundùm quosdam : vt *hic, & ff. de leg. l. 1. pref. & l. non amplius, §. fin.* Sed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed contrà dicimus : vt *ff. ad leg. Falc. l. Plautius.* & dixi *l. ad leg. Pacid. l. in impuendo.* & expone vt modò dixi, secundùm Io. & Azo.

EX *causa donationis.*] CASTR. Decedit pater sum. relictis duobus heredibus : sed Titius portionem suam hereditariam repudiare vult, & ea quæ sibi pater dedit, vel aliunde acquisiuit, retinere : an compelli debeat ea cum coherede suo conferre. Quæritur ? Resp. quòd non.

c ¶ *Ex causa donationis.* hodie secus si donetur vel ab eo emolliente : vt *l. de inoff. testa. auth. vnde & ff. pareat.* Item secus in aliunde quæsitis, quæ non confundunt etiam si succedant *l. de collat. l. fin.*

d ¶ *Aliunde.* id est, ex causa alia.

e ¶ *Quæsita.* ab eo.

INter omnes.] CASTR. Patersfam. incepit facere testamentum : sed non complevit : & in hoc testamento imperfecto tres instituit heredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus testibus : vel epistolam adhibitis septem duobus. In his voluntatem suam declarauit, & deliberauit ex quanta parte voluit vnumquemque esse heredem. an talis dispositio valeat, quæritur ? Et dicitur quòd sic, inter filios suos & emancipatos & alios defunctus. Quæritur verò ad extraneos : si eum filiis etiam mortui, non valet. Et hoc in secunda. Et hac l. ibi, *heredes sum.* non, quod largè loquendo etiam emancipati possunt dici sui heredes : & etiam illi qui nec sunt in potestate, nec emancipati. vt in hereditate materna : licet propriè loquendo non, nisi existerent in potestate tempore mortis. *l. in fine. ff. de libe. & postu. l. Paulus.*

f ¶ *Heredes sui.* Idem hodie de illis qui nec sunt sui, nec emancipatione ex linea fœminarum *l. de testa. hæc consultissima §. ex imperfecto.*

g ¶ *Pares.* in succedendo licèt dispares in gradu vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

h ¶ *Non præter.* ideo dicit quia, quia quidam extra potestatem poterit non vocantur vocantur de crimine capitali : vt *ff. de he. possess. l. edito præterit.*

i ¶ *Neque impletum testamentum.* quantum ad solemnitatem : sed hæc completum quoad voluntatem. [a] ACCVRS.

k ¶ *Vel indicio.* [b] dum tamen duobus [c] testibus probetur : vt arg. *ff. de testi. testam. l. 1. in fine.* & idem videtur etiam iure veteri vt *ff. de legat. 3. pars. §. mater.* quod ponitur : vt *ff. de confirman. tutor. l. 19. & l. 1. pars.*

¶ Dicit minùs [d] solemnem, scilicet quoad ritum dationis diei quod alia perfectam. & hoc dixi *infra de testa. l. hæc consultissima. §. ex imperfecto.*

l ¶ *Ab intestato.* vnde videbatur voluntatem defuncti non esse seruandum. & de hoc dixi *supra eod. l. fin.*

m ¶ *Seruare.* in quarta fideicommissorum restitutione. & ch. 8. *Lend. l. 3. explanatione. & l. quæsitum. & ff. eod. l. fed & ff.*

n ¶ *Solemnitate signum.* *l. 21. §. ex imperfecto. l. de testam.* CYIAC.

n ¶ *Pro nulla haberi.* *si cui supra de inoff. testa. l. 3. mater. & infra de dinor. l. fin. in princ. & ff. de leg. pref. l. 19. & 119. & infra tit. 4. l. fin.*

Cimodi.] CASTR. Dicitur in l. Codicis quòd voluntas testatoris imperfecta valet inter liberos. Author. hæc dicit hoc verum esse limitando l. Codicis. & huic scripturæ imperfectæ subscripserit testator, vel omnes liberi inter quos debet diuidi hereditas ita.

o ¶ *Si modò.* [e] case tibi, quia lex Codicis loquitur sine in scriptis, hoc fecit scripsit pater inter filios testetur minus solennes. hic autem proscriptus tantùm quando in scriptis, vt patet vel Rij. debeat subscriptio.

* Id est, quæ sit *l. hæc consultissima. infra de testam. in fine.* quæ ab testatore ab eo scriptæ sunt & ab eorundem testibus subscriptæ sunt, & per approbatione hoc addidit, vt sit non non.

a Testatorem inter liberos imperfecta ratione voluntatis eis relinquit. v. Cinat. & quæ stripsi ad Accursium in l. 1. qui 16. in verbo non sunt. & qui scilicet. ff.

b hæc notanda pars ad verbum sumpta est in Libro omnis fines, infra de testamentis ex non perfecta.

b v. Tiraquell. 6. prænig. pro causa.

c Probatur in duabus testibus, vt hic. addit Gl. de testamentis. Sed Italia Gl. in l. 3. quæ in testamentis. infra eod. l. 1. ad mortem. quæ videtur, velle per vnum testem esse dari. & quod v. Clarum lib. 4. fin. §. vlt.

d Non solum ad testamentum. Marchiò consilio. 1. 1. n. 1. 2. Vbi notat inducit rem à imperfectio remanet duobus mulieribus vna vna testes testamentum probatur.

* id est, testamentum diuidendum, in plurisque mandatis.

d Minus solemnis dispositio.

e v. Tiraquell. d. loc.

f Tribuitur imperfectum inter liberos ex requisitos subscriptos. ad.

à cæteris [a] in eo [b] fundo solutus, supra quartam habens, reddere cogebitur. Dat. V. Non. Ianus. CC. COSS.

Habeni vtilium singularem, non tenetur conferre, si non vult conuersaliter succedere. BALD. Vel sic *Repudiaui hereditatem non tenetur ad collationem.* SALYC.

REV. *Idem AA. & CC. Diocli.* *

EX causa donationis [c] vel aliunde [d] tibi quæsita [e], si aut successionem respuetis, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. Tusco & Anuliano. COSS.

Diuisio vel dispositio testati vel intestati inter liberos, valet etiam imperfecta, id est, sine solemnitate legali. Sed si persona extranea permisceatur : quoad extraneum non valet. BALD.

REVI. *Imp.* CONSTANT. A. *ad Rufinum* P. P.

INter omnes [f] dumtaxat heredes suos [g]: qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [h] videntur esse, vel emancipatos quos prætor [i] ad successionem vocat : siue conptum neque impletum testamentum, vel codicillus, seu epistola parentis [k] esse memoretur, siue quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis vel indiciis [l] inuentantur relictæ iudicio familiæ erciscundæ (licèt ab intestato [l] ad successionem liberi vocentur) seruato [m] senatusconsulti auxilio, defuncti dispositio custodiatur, etiam si solennitate legum [n] huiusmodi dispositio fuerit destituta. Si verò † in huiusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona : certum est eam voluntatem, quantum ad illam dumtaxat personam permixtam pro nulla haberi [o]. Dat. Rom. Kalend. Crispo II. & Constantino Caes. II. COSS.

IN AVTHENTIC. de trien. & semis. §. & quod sæpe. colla. iij. confit. v.

SI modò [p] subiiciatur huic scripturæ, vel ipsius parentis: vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

COMMVNI DIVIDVNDO*.

TITVLVS XXXVII.

Communi diuidendo actio redditur inter alios facta. Imò & inter coheredes. l. inter. ff. fam. ercisc. l. 1. quæ. ff. pro so. Sed plenior est actio fam. erciscundæ, quia in eam venitur non tantùm quæ erant in bonis, sed etiam quæ erant ex bonis mortis tempore, vel res commodata aut deposita. d. l. inter. in princ. & non est de vna re, nec iterari potest nisi ex magna causa, communi diuidendo de vna re agi potest. & subinde modo de hac, modò de illa. l. si filia. §. fam. l. 3. fundus mihi. ff. fam. ercisc. l. 4. §. hæc iudicium. ff. eod. tit. Habet autem vtrique multam causam. Nam & actione communi diuidendo inter alios pro socio, & qualibet præstacio personalis. d. l. 4. §. fcut. CYIAC.

Hæc actio datur contra singularem successorem : & in ea venit adiudicatio, vel diuisio secundùm quod commodius fieri potest : & post litis contestationem impedit alienationem firi. hoc dicit. & hoc verum est. PAVLVS DE CASTRO.

Imp. ANTONINVS A. *Lucano.*

FRater tuus si solè portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari nonoportet ? Sed adueniens eum cum quo tibi idem prædium commune esse coepit, communi diuidundo iudicio consiste : & ea actione aut vniuersum prædium, si licitatione veneris, exoluta socio parte precij [q], obtinebitis : sed & nunc [r] potest valere siue huiusmodi subscriptione, si puerus, &c. vt in auth. alia, quæ iungitur cum illa quæ est *infra de testa. auth. quod sim.*

COMMVNI DIVIDVNDO.

De diuisione vniuersaliter facta dicit : nunc de diuisione singularum rerum.

FRater tuus.] CASTR. Prædium tibi & sibi commune frater vendidit, tibi non præiudicat : sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio : sed si prædium illud commune diuisi non potestis plus obtulerit pro parte sua quàm emptor pro tota, communi diuidundo iudicio totum prædium consequeris. Si diuisi poteris, media pars tibi adiudicabitur. Hæc fiunt vera, si pars sibi alienauerit sine consensu, sed verò insuto fratre suo non potest.

p ¶ *Non operatur. vt infra de commu. re. alia l. fasis. & de diuers. ignorantia. & de contrah. empt. l. dubium.*

q ¶ *Parte precij.* id est, precio partis, parte tamen adhibitus secundùm

cundùm quosdam; quod non placet: imò totus fundus æstimabitur: vt hic. quia maior [a] fit æstimatio omnium partiũ, si totus æstimetur, quàm si pars: vt ff. fam. erciscun. l. Maximus. §. fin. Id[illegible] pro hoc ff. de leg. 1. l. cùm filius. in princip. & l. Maximus. §. in fundo & ff. ad legem Falcid. l. in Falcid. & de excep. [illegible] §. si enim nam his legibus non potest secundis pars assignari: & ideò non possunt prædicti sic exponere, vt hic exponebant.

a ¶ *Alium.* socium, vel etiam extraneum: vt [illegible] *eod. l. [illegible] in fin.*

b ¶ *Consequeris.* hoc, cùm diuisio non potest fieri commodè.

c ¶ *Post litis contestationem.* item nec antè, si fieret causa mutandi iudicij, & pœna imponitur: vt ff. de alie. iu. mu. cau. fa. l. [illegible] in fin. In familiæ erciscũdæ autem actione etiam post motam controuersiam prohibentur alienationes: vt ff. de pact. [illegible] l. diuus. & l. sed & [illegible] ex necessitate [b] vt ff. fam. erciscun. l. alienatio. sic & hic ex necessitate permittitur per eandem legem: vt ff. de fund. do. l. 1. & l. si fundum.

+ ¶ *Nec partem suam.* Vide scripta ad tit. inf. de communi. rer. alien. Cuiac.

d ¶ *Possit.* fortè [c] nec pignori obligare: vt [illegible] *de reb. alie. non alien.* l. [illegible] licèt in re litigiosa sit aliud, secundùm quosdam: vt in *authent. de litig.* §. *ad hæc. alias, ad hoc.* coll. viij. nec enim erat hic quæstio de dominio: quia certũ erat rem esse communem: & ideò non prohibetur alienatio, sicuti in re litigiosa.

S *I probatũ.*] Cuius. Si vineam tibi, & fratri tuo communem frater tuus obligauit, cùm obligare non potuit, eam cũ fructibus, quos ex parte tua percepit, præses tibi restitui iubeat. hoc in prima. Item agens cõmuni diuidundo aduersùs creditorem, si plus pro parte sua dare volueris, quàm ipse pro parte tua vnde partem fratris, & suam, quam frater obligauit, data ei pecunia, quam iudex statuet, recuperabis: aut tua parte æstimata, data tibi pecunia, ad creditorem fratris tui totam vineam transferre faciet.

e ¶ *Non potuerit.* vt [illegible] *l. si frater. &* [illegible] *si communis res pignoris fit. l. 1. &* [illegible] *si res alia pign. da. sit per totum.*

f ¶ *Restitui.* agenti tibi rei vindicatione, cùm socius negarit: vt ff. *de excep. l. fundi quem tuum.* sic & ff. *famil. erciscun. l.* [illegible] Vel dic, etiam agendo cõmuni diuidundo, licèt aget cum socius, cùm non obstatur quæstio præposteratio: vt ff. *de usuf. l. si man-cipium.* §. 1.

g ¶ *Cognoscet.* scilicet postmodum.

h ¶ *Eum.* scilicet creditorem.

i ¶ *Valere.* hoc cùm inter creditorem, & dominum alterius partis agitur: vt *hic, & ff. communi diuidun. l. communi diuidundo.* §. [illegible] si inter creditores: quia tunc tantùm debitum æstimatur: vt ff. *communi diuidun. l. communi diuidundo.* [illegible] Item æstimat partem [d] hic, æstimando totum: vt [illegible] *procul. dixi.*

k ¶ *Data pecunia.* scilicet tibi. & hoc quando commodè diuidi non potest.

¶ Item nota hic casum, vbi quis cogitur alienare inuitus: [e] sed volens videtur, cùm duplex sit hoc iudicium.

[a] Maior æstimatio partium est, toto æstimato, quàm si pars æstimata sit.

† Sic in vetustiore inueni: plerique tamen libri habent, [illegible]

* Hoc verbum restitui ex manuscript. quod aurea non reddit doctor.

[b] Ex necessitate permittitur alienatio.

* Vine.

[c] Litigiosa res an possit pignori dari.

† Creditoribus.

[d] Toto æstimato, pars æstimata [illegible].

[e] [illegible] quis alienare cogitur.

bit: aut pretij portionem, si meliorem alius [a] conditionem obtulerit †, consequeris [b]. Quid si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria commodè fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adiudicatam possidebis: hoc videlicet custodiendo, vt post litis contestationem [c] nemo * nec partem suam a cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit [d]. PP. Kalend. Mart. Romæ, Antonino A. IV. & Balbino Coss.

Frater non potest obligare portionem fratris: & creditor, qui reperitur in possessione rei communis, potest prouocari ad diuisionem: & proceditur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Bald.

II. Imp. Alexander A. *Aniis* * *militi.*

S I probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrem tuum vineas communes pignori dedisse, cùm partem tuam, quam in vineis habes, creditori † obligare non potuerit [e]: præses prouinciæ restitui [f] tibi eam iubebit cũ fructibus, quos creditor de parte tua percepit. Idem præses prouinciæ de diuisione vineatũ inter te, & creditorem fratris tui cognoscet [g]: & iubebit eum [h], accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere [i], eam partem, quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris tui, data pecunia [k], quanti eam æstimauerit, transferre. PP. II. Id. Septembr. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

Ista est notabilis lex, & hoc dicit: In hoc iudicio veniunt quæ sunt communia. Item per iudicem est facienda diuisio per assignationem partium, vel possessionum diuersarum. Et si vna alteri præponderat, venitur ad licitationem: & si alter consortium ex inopia non est par in licitando, admittitur extraneus licitator. Bald.

III. *Idem A. Peregriniano.*

A D officium arbitri [l], qui inter te, & fratrem tuum [pro *] diuidendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent [m], quæ manent communia [n] tibi, & illi. Nam ea quorum partem is vendidit cũ emptoribus tibi communia sunt: & aduersùs singulos arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. Cùm autem regionibus diuidi [o] [commodè †] aliquis ager inter socios [p] non potest [q], vel ex pluribus singuli [r], æstimatione iusta facta, vnicuique [f] sociorum adiudicantur, compensatione pretij inuicem facta: eòque, cui res maioris pretij obuenit, cæteris condemnato [t]: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admisso, maximè [u] si se non sufficere ad iusta pretia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitantem [x] * profiteatur. PP. V. Non. Maij, Iuliano & Crispino Coss.

Diuisio facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debet diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ, & fructuũ. hoc dicit secundùm Bart. & Bald.

IV. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. & CC. *Moroda* †.

S I maior [y] quinque & viginti annis soror tua tecum res

A *D officium.*] Casus. Si cum fratre tuo res habes communes, ad officium iudicis pertinet diuidere. Si autem frater tuus partem earum vendidit, postea sunt tibi communes cum emptoribus: vnde cum emptoribus ages communi diuidundo iudicio, si à communione, vel societate discedere velis, & hoc in prima. Et si fortè ager fuerit, qui diuidi postulatur, nec commodè diuidi potest, fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in pretio alij condemnabitur, & hoc in secunda. Si autem in licitando plus offeret, frater autem volens plus offerre, non habeat quid offerat, supponere potest extraneum emptorem, qui licitando plus offerat. & hoc in tertia.

l ¶ *Arbitri.* id est, iudicis.

m ¶ *Pertinent* vt diuidat.

n ¶ *Communia* non alias: vt subicit [illegible] *tit. proxi. l. familia.*

o ¶ *Diuidi.* scilicet commodè: vt *Insti. de offi. iudi.* §. *quod si commodè.*

p ¶ *Socios.* socij sunt conuentionali, vel non conuentionali societate: vt *Insti. de obli. quæ ex quasi contract.* §. *item si inter.*

q ¶ *Non potest.* [a] scilicet commodè: vt *Insti. de offic. iudic.* §. *quod si commodè.*

r ¶ *Singuli.* scilicet fundi diuidi nõ possunt commodè.

f ¶ *Vnicuique.* id est, huic, vel illi, in casu etenim præcisè alteri [illegible] *de dona. l. [illegible] §. [illegible]*

t ¶ *Condemnato.* vt & ff. *famil. erciscun. l. Maximus.* §. *arbiter. & ff. eod. l. si quis putans.* §. *si fundum.*

u ¶ *Maximè.* si scit se vilius licitantem non sufficere, &c. & facit [illegible] *de [illegible] & [illegible]*

x ¶ *Licitantem.* & poni tur ex parte subiecti: sed posset poni ex parte prædicati: & sensus est, non posse vincere etiam vilius licitantem: cùm sit [b] adeò pauper.

S *I maior.*] Casus. Bona tibi, & fratri tuo communia diuisisti: scriptura in diuisione non interuenit, nec ob hoc rescinderis, & hoc in prima. Si verò minor fuisti, cùm diuisisti, & te læsum probare possis, aut tempora restitutionis intra quæ [illegible] fuerit, restitueris. & hoc in secunda. Si autem bona communia remanserunt inter vos, præses prouinciæ iubebit diuidi. Item doli, & culpæ ratio in hoc iudicio habetur. Viuian.

y ¶ *Si maior.* [illegible] *l. non idcò & [illegible] de fide instrumen. l. instrumenta.* Sed quid si non aliis probationibus probat: sed probat hoc scilicet se possedisse rem vt propriam pro parte vna, & per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes, solus subiuit onera rei, & solus sensit commoda. Respond. secundùm Azo. & Hug. verisimile * est, diuisionem factam: arg. *ff. de vsu. lib. de in rem verso, & de aqua pluuia arcend. l. 1.* §. *fin. & [illegible] de acquiren. possess. l. minor.* An autem idem in eo, qui rei vindicatione conuenitur, vt non sit necesse probare titulum: sed præsumatur dominus ex diutina detentione, posset quæri. Additio. Bartolus, & communiter Doctores hic respondent ad istam quæstionem, quòd non, per *l. nullo. [illegible] de rei vind.* Nec obstat quod dicit hæc glossa in præcedenti quæstione: quia ibi non agitur de tanto præiudicio, &c.

* Deest in nonnullis.

[a] Ea non possumus, quæ nõ possumus nisi incommodè.

[b] Tu dic, illi [illegible]

† Deest, & ipsa [illegible]

* [illegible]

† [illegible]

c Diuisio [illegible]

[illegible]

Codex.

480/C.IV.K.5-4, 737-738
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

communes diuisi: quamuis non instrumentis, sed aliis probationibus earum diremptam [a] † communionem esse probetur: stari tamen finitis conuenit. Quòd si minor fuit, nec tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit: an [b] in integrum propter diuisionem restitui debeat; causa cognita [b] præses prouinciæ æstimabit †. Idem [c] eorum etiam, quæ vobis permanent communia, fieri diuisionem prouidebit [d]: tam sumptuum (si quis de vobis in res communes fecit) quàm fructuum. Item doli, & culpæ [e] (cùm in communi diuidundo indicio hac omnis [f] venire non ambigatur *) rationem, vt in omnibus æqualitas seruetur, habiturus. Datum VIII. Id. Febr. CC. Coss.

Nemo cogitur in communione manere. BALD. & SALYC.

V. *Idem AA. & CC. Secundus.*

IN communione [g], vel societate nemo compellitur inuitus [h] detineri. quapropter aditus præses prouinciæ ea, quæ communia tibi cum sorore perspexerit, diuidi prouidebit. Data VIII. Kalend. Septembr. CC. Coss.

COMMVNIA VTRIVSQVE IVDICII, TAM familiæ erciscundæ, quàm communi diuidundo.

TITVLVS XXXVIII.

Item hoc habet vtrumque commune, vt bona filii [i] hoc tit. sicut patris hæredi tatis. Vt per arbitrum, aut vt communia diuisione facta tuueatur alter altero auctoritate nomine præstipula verba, quasi ex empto, venditio, aut permutatione quia diuisio instar emptionis & permutationis obtinet l. 1. hoc tit. sicuti de euitione pallium, vel stipulatio non interueniret l. 14. familiæ erciscundæ, quæ causa emptio, quæ pactio, vel stipulatio nuncupatiua est, si fructus cohæres, vel socius rem in ea causa esse, vt euitari possit, adiudicatam sibi eum rem accepere, & possedere l. 3. hoc tit. Item illud commune est vtrique iudicio, vt à mutuo dare arbitrio facta diuisio rescindatur, aut confirmatio solutum confirmetur l. 1. hoc tit. Vt res, quam cohæres, vel socius emere si, in ea communi fecerunt, non sint communia: l. 4. Vt instrumenta communia apud eum deponantur, quem præses prouinciæ elegerit l. 3. Etiam addi, vel arbitrer ipse diuisionis l. 7. familiæ erciscundæ, secundum generalem definitionem: l. 1. Cod. de pedit. Nam & diuisio bonorum hodie vel per arbitrum fit datum fructuum, vel per præsidem eorum ordinem. Vt corpora, quæ deferuntur esse communia, fortè conuenientia seruorum, aut definitione defunctis, maxime in iudicio versiuum: l. 3. quemquam quæ manumittuntur communia, venire conflat in iudicium familiæ erciscundæ, vt diuisi supra. Solati res depositæ, aut commodatæ defunctis. Tunc & communia vtrique iudicio adiudicantur plerique, quæ non reconsecuntur in hoc titulo. Vtrumque esse duplicem, vtrumque perpetuum, legitimum, quasi ex contractu, & alio quodam. CIVIC.

Diuisio habet instar seu similitudinem emptionis. BALD. & SALYCET.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Marco.*

DIuisionem [a] prædiorum, vicem [b] emptionis obtinere placuit [c]. PP. VI. Kalend. Decembr. Gentiano, & Bullo Coss.

Litigantes fallum à non competenti iudice possunt confirmare, hoc dicit secundum Odofre. BALD. Vel sic: *Diuisio facta à iudice incompetenti, potest partium consensu validari.* SALYC. Vel sic: *Sententia nulla potest de consensu partium approbari, ad hoc semper allegatur ista lex.* PAVL. DE CASTR.

II. *Imp.* ALEXANDER A. *Euphrata.*

ETiam [d] si in diuisioni [e] arbitrium [e] dedit, cui dandi ius non fuit [e] tamen si socij [f] quondam diuisioni consensum dederint: quod quilque eorum secundum placita possedit, pro parte socij dominium nactus est. PP. XVI. Kalend. Decembr. Alexandro A. III. & Dione Coss.

In diuisionibus subuenitur ei, qui est deceptus dolo aduersary, vel re ipsa vltra dimidiam iusti pretij. hoc dicit, & est notabile. BART. BALD. & SALYC.

III. *Imp.* DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. *Seuero* [g].

MAioribus [h] etiam [i] per fraudem [i], vel dolum, vel

COMMVNIA vtriusque iudicij, tam familiæ erciscundæ.

Diuisio quæ singularia sunt vtriusque iudicij: sunt quæ communia.

[a] *Diuisionem.*] CAVE. Habeam tecum prædia communia: vnidem orientalia mihi adiudicarit, occidentalia tibi: hæc diuisio vicem emptionis obtinet: quia propter euictionem, & dominij translationem.

[b] *Vide ad hanc legem.* Marill. *sing. 3. Inf. n. 15. non fecerit.* §. *fi conuenit.* ff. *de iud. iudic. l.* ff. *non fecerit.* §. *fi conuenit.* quod fallit ratione impossibilitatis in duobus casibus, vt ibi notatur. Vel veritas hic subaudi, emendanda: vt ff. *pro socio. l. adhuc.* §. *item qui.* & ff. *pro socio & societate.* Sed hoc fallit ratione personæ: vt quia minor, vel maritus, vel Ecclesia: quia isti non possent prouocare, sed prouocari: vt ff. *de condict. furti l. & iste elegantior.* & ff. *de prædi. minor. l. minor.* & ff. *de fideiu. l. 1.* & Item fallit ratione patrimonij: ff. *eod. l. in hoc iudicium.* §. *fi communia.* Item ratione temporis, scilicet triginta annorum: vt ff. *de annua. except. l.* §. *ad hæc.* Item si testator prohibuerit: vt ff. *de vsu. non vtent. l. fin.* ACCVRS.

[c] *Ecclesia, minor, maritus ad diuisionem non prouocabit sed prouocari.*

[d] *Testator prohibuerit prouocabit sed.*

[e] *Iniuitum* fallit in papillo, & marito, qui de re domili etiam ad diuisionem vocare non potest.

[f] *Socij.*

[g] *Seuero.*

[h] *Maioribus etiam.* quasi dicat, non solùm minoribus.

[i] *Per fraudem.* vel dolum, id est, per fraudulentum dolum. Vel dic, *fraudem.* id est, culpam, quæ incidit in dolum, qui det causam diuisioni. Alij exponunt. Vel dic, *fraudem.* id est, culpam, & dolum commiti vt ff. *vi quæ vi. l. penult. in fin.*

[a] Nec glossa non congruit hæc, secundum Paul. hic quia nullè diuisio est id. vt non. in l. *quod Mevius* ff. *de pignorib.*

[b] *Tribuendi diuisionis est iudicis.* ff. *de officio eius ad præsidem.* Vide Bartolus. *verb. de diuisionibus. l. 4. part. 1. q. 4.*

[c] *Emptio.* & diuisio differunt: quia in emptione non est locus diuisio differentiis ob causam: vt. ff. *de rerum permut. l. in fin.* cum diuisio appellatur permutatio: vt *eod. l.* ff. ex eodo pacto diuisionis non assistitur actio: vt ff. *de pact. l. diuisionem.* locus in emptione.

[d] *Etiam.*] CAVE. Habeham tecum res communem: volebat à communione discedere: Abbas sancti Pouculi nobis iudicem delegauit, qui eam diuideret: quia is delegatus, cui dandi iudicem licentia non fuit: an illa facta diuisio iustumen debeat, quæritur? Dicitur, quòd non.

[e] *Arbitrium.* id est, iudicem.

[f] *Non fuit.*] Contra. ff. *de iurisdict. omn. iudi. l. prætorum.* Sed die, potius tenuit mathematice pacti, quàm arbitri.

[g] *Si socij.* quia & pro ipse habebat dominium. ¶ Et nota, quod non [a] tenuit, confirmatio, & pacto partium confirmatur [b]: vt ff. *tit. 9. ipsi diuisionem.* & *de iurisdict. omn. iudi. l.* 3. & ff. *de stipul. non diuisum.* & ff. *rem nat. habe. l. 19. in fin.*

[h] *Maioribus.*] CAVE. Habeham tecum res communem: dolo damno eam diuisioni, vel fraude incidente in ipsa diuisione: vel perperam, quia re ipsa eram deceptus vltra dimidiam, fine iudice eam diuisi: an rescindari possit, quæritur? Dicitur, quòd sic, etiam si maior fuissem, &c.

[i] *Maioribus etiam.* quasi dicat, non solùm minoribus.

[a] *Secundùm iudicia, pactis partium conferatur comprobari.* Vide *Alfidius* ff. *de iurisdict. omn. iudi. l.* 3. & *loco Bartaxol. in loc. de iudic. n. 10.*

[b] *Contra. ff. in eodem. l. 3. pactum, vt. ff. de officio. vbi dicit, iudicem certaderum fieri mandat, fieri tibus partium prouocant.*

[c] *Ex Cod. Gregor. incipit vbi tabu.*

480/C.IV.K.5-4, 739-740
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Vel perperam.* cùm vtra dimidium sit alter debeptus ad instar venditionis. ff. *de rescin. vend. l. 4. & T. eod. l.*
b ¶ *Sine hoc ad prouisionem tantùm referitur.*
c ¶ *Indicio subaudi.* maximè 2. Vel *dic, sine iudicio* referri ad tertiam clausulam. non ad duas primas.
d ¶ *Reformidetur.* iudicio communi diuidendo & non agitur ad diuisionem fatiscdam blei sed ad decipiendum. 2. Alij dicunt, officio iudicis faciendam: vt plenè distinxit T. *quibus ex caus. in contractibus.*

SI patruus meo habeam pecuniam communem sociorum sed ex pecunia illa rem comparauit: an ipse illam, cùm omnium bonorum socius non esset, communicare debeat, quaeritur? Dicitur, quòd non: sed vt pecunia communis diuidatur, communi diuidendo iudicio agere poterit.

e ¶ *Si patruus.* id est, fratres patris tui.
f ¶ *Ex communibus bonis.* id. nummis communibus, quibus res comparatur. 2. Vel dic, *bona*, id est, nummis redactis ex communibus bonis. & secundùm hoc nummi manent tantùm emptatis: vt ff. *de fun. l. qui vos.* §. *fin.* & hic minùs dubij, quàm in primo.
g ¶ *Gerens.* sciliet suo nomine alias fecisset ff. *de neg. gest. l. 3. §. 1.*
h ¶ *Non omnium bonorum.* nam tunc licèt sibi quereretur, cogeretur tamen communicare vt ff. *pro soc. l. 3. §. qua societatem. & l. praecipuum.*
i ¶ *Socius.* scilicet factus ex consensu, non autem coincidentes: vt quia heredes fiunt de vna hereditate: vt ff. *pro socio. l. 3. § fratres. in principio.*
k ¶ *Operas.* actione communi diuidendo: quia ex re communi percipit. vt T. *vti possi. l.*
l ¶ *Pecuniae.* vt T. *de vsu vsufru. l. 3. in pecunia. & l. 3. § quae alteri, vel sibi. l. 1. & l. de peculio. l. ad pro. l. 1. & l. de peculio. l. 2. in fin.* nisi * sit militia, vel minor, vel Ecclesia, vel maritus * vt de dist. *supra de rei vindic. l. 3. vt propria.*

D *Instrumenta.*] CAEVA. Habebas praedia cum vestribus rum communia, & instrumenta: de his vobis vt penes aliquem nostrum deponeremus instrumenta: quid iuris sit, quaeritur? Respond. quòd praefes pronunciare existimabit penes quem instrumenta debeant deponi sed per quam actionem hoc debeat confequi, non aperit. Tu dic, communi diuidendo quae non datur ad diuisionem, sed ad indicandum penes quem instrumenta debeant collocari: quod est speciale: & aliud est speciale *supra eod. l. 14.* vbi agitur non ad diuisionem, sed ne deteriatur.
m ¶ *Adiuo.* per actionem communi diuidundo, quae datur hoc casu non ad diuisionem, sed ad indicandum apud quem debeant esse instrumenta sic & alias datur non ad diuisionem vt T. *eod. l. quaeritur.* ACCVRS.
n ¶ *Exsistimabit.* personis, & rebus inspectis, prius eis deferptis, & cautione praestita de his exhibendis, si quando fuerit opus: vt ff. *fam. erciscun. l. 8. qui cautionem. & ff. de fide instru. l. 3. in & supra de edun. l. procurator.*

perperam * sine * iudicio * facti diuisionibus, solet subuenire: quia in bonae fidei iudiciis, quod inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabitur d. PP. XVI. Kal. Iul. ipsis AA. Coss.

Res empta cùmuni pecunia, vel redacta ex rebus communibus, non est communicatae vtrisque communicanda nisi inter socios omnium bonorum, sed pecunia pei debet. hoc dicit, & est multum quotidiana. BART. BALD. & SALYC.

IV. *Idem AA. & CC. ad Maximum* †.

SI patruus * tuus ex communibus bonis f res comparauit, sibi negotium gerens g, non omnium bonorum h socius i constitutus: pro competentium portionum modo indemnitati tuae consuli oportet k, & idèo rem emptam communicare eum contra iuris formam postulas l. PP. XVI. Kalend. Nouembr. ipsis IV. & III. AA. Coss.

Penes quem debeat esse communia instrumenta, iudex prouidere debet. BALD. SALYC. & PAVL. *de* CASTR.

V. *Idem AA. & CC. Prouino, & Gaiano.* *

DE instrumentis, quae communia fratrem vestrum tenere proponitis: rector prouinciae adiutus m, apud quem haec collocari debeant, existimabit n. PP. VI. Id. Februar. Sirmij. AA. Coss.

Conditio iuramenti apposita in diuisione debet implere alias diuisio non efficit diuidenti. BALD. & SALYCET.

VI. *Idem AA. & CC. Theodoro, & alio* *.

SI cum patruo vestro hac conditione diuisionem fecistis, vt se nullum dolum malum adhibuisse * iuraret, nec fidem placitis exhibuit P: quò minùs res indiuisa * requiratis, eorum placitum, quae in diuisionem † venerunt, nihil vobis nocere * potest. Dat. V. Kalend. April. Sirmij, CC. Coss.

Ex contractu diuisionis quis tenetur de euictione, nisi aduersarius fiscus res alienas, vel alij obligatas accepit: quia tunc quis non tenetur, nisi promisserit. hoc dicit secundùm BART. & BALD. Vel sic: *Diuisio facta extra iudicii, induxit alienationem de euictione, nisi facta sit inter fiscentes.* IAC. BVT.

VII. *Idem AA. & CC. Saturiano, & Viatorino* *.

SI fratres a vestri pro indiuiso commune praedium citra vestram voluntatem obligauerunt, & hoc r ad vos secundùm pactum diuisionis nulla pignoris facta mentione peruenit: euictis s partibus, quae ante diuisionem sociorum * fuerunt *, in quibus obligatio * tantùm constitit †, ex stipulatu ?, si intercessit s: alioquin quaeri interest t, praescriptis verbis contra fratres agere potestis u: nam si fundi, scientes obligationem, dominium susceperitis: tantùm euictionis promissionem solennitate verborum, vel pacto promissam probantes, eos conueniendi facultatem habebitis. Dat. II. Non. Decemb. Nicomediae, CC. Coss.

a *A diuisione facta trahendo, vel possessionem demittendo apud alterum de conferendo, sole consensu recedi non potest.* BALD. cum SALYCET.

VIII. *Idem AA. & CC. Nimmacho, & alio.*

Si cum patruo.] CAEVA. Habebas res communes cum patruo tuo volebas à communione discedere: dedisti eiparteni praedij, vt iuraret se in diuisione dolum non adhibiturum. Si autem non vult stare pactis, an tale pactum tibi debeat nocere, quominùs possis petere, quod res indiuisae diuidantur, quaeritur? Respond. quod non.
o ¶ *Adhibuisse.* in ea diuisione, vel in alio forsè negotio.
p ¶ *Exhibuit.* id est, non iuraui.
q ¶ Sed quid si iurasti, & iuraeuisti posses petere? Dicam non stari placitis, & de dolo agi posse, & non sufficere solam poenam petitarij ff. *de dol. l. 3. § legatarius.* Sed argumentum contrarium] *de re. cre. l. 4. & ff. de iuriur. l. 3. & §.* Sed ibi * ex delatione, cùm specialiter fuit iuramentum praestitum hic autem spontanea voluntate iuraffe videtur.
¶ Sed videtur in casu huius legis debere remitti iudicandum vel ff. *de cond. indeb. l. qua sub conditione,* vsque ad §. ff *quia.* Sed forsè aliud est in contractibus b inter viros, qui semper firmitatem ex consensu vtriusque partis. 2. Vel refert, c debeat quis iurare de praeterito, quando non reminiuit: vt *hic. & ff. de iuriurando l. ff quia. & ff. de condi. & demonst. l. municipibus.* an de futuro, quando reminiscitur id dicere.
q ¶ *Indiuisae.* ipso iure.
r ¶ *Nihil vobis nocere.* quia sub conditione facta fuit illa diuisio: ergo non impleta, soluitur diuisio. 2. Vel fecmae ei pactum in diuisione, quod nomine quarundam rerum non posset fieri diuisionem: venies quidem contra pactum, cùm * non ipse tibi seruet pactum: vt T. *de pact. l. cum proponas.* §.

SI *fratres.*] CAEVS. Si fratre tuus praedium pro indiuiso tuli, ignorante te obligauit, si diuisione facta pactio fua à creditore euicta fuerit: si stipulatus fuerat de euictione, agis ex stipulatione: si non, agis praescriptis verbis ad interesse. Si verò te sciente obligauit, & stipulatio de euictione fuerit interposita, agis vel aliquem ex
e ¶ *Si fratres.* Vide scripta ad tit. infr. de comm. res. alien.
f ¶ *Hic.* scilicet praedium.
g ¶ *Euictis.* per hypothecariam: vt ff. *de euict. l. 3. mancipium. §. fin.*
h ¶ *Socionum.* qui obligauerat.
i ¶ *Obligatus.* vt *supra, tit. proxi. l. 3. & infra de communium res. alie. l. fin.*
j ¶ *Ex stipulatu.* id est, ex stipulatione.
k ¶ *Quanti interest.* At ex planto diuisionis non datur actio: *l. 20. supra fami. erciscun. l. vltr. ff. de pact.* Sed excepto est in *l. 2. supra de pact.* CVIAC.
l ¶ *Agere petestis.* vt & T. *tit. ff. l. 3. familia. & ff. de euict. l. ff. cum. §. 3.* & hoc cùm nefinitis: aliàs non agitur: nisi stipulatio, vel pactio de euictione interuenerit, vt subiicit: vt ff. *de euict. l. 3. fundum.* sic itaque pactum solum ad eam parandam sufficit.
¶ Sed contrà] *commenta de leg. l. fin. in fin. Solo.* vt ibi & *facit ff. eod. Litem quoniam in fi.*

Codex

Aa 2

480/C.IV.K.5-4, 741-742
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

SI inter vos.] CASVS. Habebam eam Titio rem communem facta diuisione, & cuilibet nostrum portione sua adiudicata, nouerit Titius stare diuisionem fit ratihábitus, quæritur? Dicitur, quòd non.

a ¶ *Mauorat.* ferat. fi minorivvt T. tit.], *l. penult.*

b ¶ *Finem accipit.* hic * eum modo accipit finem: vt T. tit.], *l. fi diuisionem, & ff de pact. l. diuisionem.*

c ¶ *Confensu.* hæc est per pactum. 2. Vel dic, solo consensu non reuocari ac perfecta: vt & *ff de pact. l. ad emptionem.*

a Diuisio fiat accipit, relicta vel manifesta possessione.

FAmilia.] CASVS. Lex ista dicit, quòd iudicium familiæ erciscundæ, & communi diuidendo habent locum pro corporibus communibus ex hereditaria causa, vel alia, ita demum si corpora communia fuerit. & hoc est verum de diuisio dominio. sed vtile dominium habet locum pro rebus diuisis, puta pro dotem dato: & solutur contrà *ff communi diuid. l. in summa.*

d ¶ *Agi potest.* vt & *ff eod. l. per hoc, & l.], in fin.*

¶ Sed contrà *ff communi diuidendo l. in summa.* vbi etiam potest institutum rei communis agitur. Item & in familiæ erciscundæ iudiciorum *ff. fami. ercis. l. ff finium.* Solu. hic dicit de directa: ibi de vtili.

¶ Item contrà *ff communi diuidd. l. iv. §. fructus, & §. fin. & l. fin. & ff. de damno infect. l. ff. Iuliani* verf. *sed ff quo.* in quibus ingitur agitur communi diuidendo pro præstationibus, & sumptibus factis, antequam res esset communis. aliàs est in glossa. posit communicatio fieri dicet, agi vtili, non directa. Vel responde ad omnia, ita demum agi potest, fciliet vt fiat diuisio.

* Gloss. id. Bartola. al. Gloss. al. Bartol.

¶ Cod. Theod. *p. de t.*

d. *diuisionem.*

SCriptura.] CASVS. Pater familias fecit testamentum, in eo omnia bona inter filios suos diuisit: in vltima parte testamenti edicit, si nihil indicium relinquitur, si apparent alia res indiuisa, non obstantibus verbis illius testamenti, possit venire in *diuisionem* quæritur? Dicitur, quòd sic.

e ¶ *Testamenti.* hodie determinat *auctore. de testator. à mor. proh. cel. 9.*

SI inter vos maiores * annis viginti quinque rerum communium diuisio, relicta, vel translata possessione, finem accepit b: instaurari mutuo bona fide terminata consensu c minimè possunt. Dat. Non. Decembr. CC. COSS.

Vbi non est communio, non cadit diuisio. BALD. & SALYC.

12. *Idem AA. & CC. Demetriano.*

FAmiliæ erciscundæ, vel communi diuidundo iudicio ita demùm, si corpora maneant communia, agi potest d. Dat. VI. Id. Decembr. Nicomediæ, CC. COSS.

Verbis testatoris enunciatiuis non fletur, nec creditur si contrarium apparet. PAVL. DE CAST.

2. *Idem AA. & CC. Gallieno.*

SCriptura testamenti e, qua specialiter omnia diuisa cõtinentur: quò minus res, quarum testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit f. Sine die, & Consule.

Officium iudicis in diuisione est familias non separare, & separatas coniungere. SALYCET. Vel sic: *Officium iudicis in bonis diuidendis esse debet, vt vna familia seruorum adimicem se attinentium non diuidatur, sed integra vni adiudicetur, ne inducatur dura separatio.* PAVL. DE CASTR.

11. *Imp.* CONSTANTINVS A. *Carnio* * *rationali rerum prouinciarum.*

POssessionum † diuisiones * ita fieri oportet, vt integra apud successores vnusquisque seruorum, vel colonorum adscriptitiæ conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat g. Quis enim ferat liberos à parentibus, à fratribus sorores, à viris coniuges segregari? Igitur si quis (sic † sociata) in iur diuersum mancipia, vel colonos distraxerint *, in vnum eadem redigere cogantur h. Dat. III. Kalend. Maij, Proculo †, & Paulino COSS.

b ¶ *Finem accipit.* hic * eum modo accipit finem: vt T. tit.], *l. penult.*

c ¶ *Consensu.* hæc est per pactum. 2. Vel dic, solo consensu non reuocari ac perfecta: vt & *ff de pact. l. ad emptionem.*

d ¶ *Agi potest.* vt & *ff eod. l. per hoc, & l.], in fin.*

¶ Refert ergo, vt in hoc casu non detur ab initio vtilis, sed in subsidium: vt *hic*. nec etiam in omni nominatione: nam in societate & velim tibi omnia communicare ex causa societatis, non tamen dabitur vtilis actio, sed debes cedere directas: vt *ff. pro socio. l. 1. in fin. & l. 4. & 5. & de pecu. l. si Titio.* hoc ergo casu, vinculo mandatæ, habet directam nomine mandantis, sed nomine suo non, sed mortuo mandante extinguitur directa, & nascitur vtilis.

f ¶ *Quantitas*. in specie scilicet: quia in facco, & non in numero: & fuit ibi contractus, *do vt facias*.

g ¶ *Dedimus*. pro quo forte fideiussisti. d.

h ¶ *Solutiti*. pro cuius obligatione quærenda solutiti.

i ¶ *Mandatum*. ¶ Aliud est * cedere actionem, & aliud mandare, * non primo casu nil penes cedentem remanet: secundo casu remanet directa, secundùm quosdam. 2. Sed ita dicit, quòd qui cedit, remittit directam, vtilem transfert: sed qui mandat, tantùm committit causæ exercitium, & non transfert directam, vel vtilem: sed in calbum, vt dicit. vel nisi in subsidium, vt in hoc casu, vel nisi fiat mandatum, vt fiat procurator in rem suam: quo casu idem est cedere, quòd mandare: & ita hic potest accipi. 3. Tertiò dicunt, vt Azo, & H. inter cedere actionem & mandare nullam * esse differentiam quoad cedentem, vel mandantem: quia semper remanet penes eum directa, licèt quoad eum, cessit cessio differentia fit: * vt modò dixi, secundùm Ia. vt *ff. pro socio. l. 1. in fin. & l. 4. & 5. & de pecu. l. quæ erg.* 4. Vel nulla est quantum ad casum huius legis, secundùm M.

k ¶ *Mandatum*. Id est, cessum. quo casu res adhuc integra est: *l. mulie. ff. de procur.* CYIAC.

l ¶ *Constituere*. nam tuus fideiussor effectus *ff. de nouat. l. 3.*

l ¶ *Tua hereda*. fideiussi, secundùm M. vt supra dixi.

m ¶ *Iati mandatum*. videtur ergo, quòd mandatum mandantis morte finitur, etiamsi in rem suam constituatur procurator: & idem in subsidium datur vtilis: sic & *ff. de contrahenda emptione. l. si non ex propria. & ff. ad exhib. l. si res. & ff. de publi. l. si eum emptore.*

a Mandatum non finitur morte procuratoris, & mandantis.

b Adhuc vtilis sine cessione vel ab initio quinque casibus nobis datur sive tamen mandatum sit vt supra dixi.

c Debet ad id dicitur. quæ nobis competit ex iure nostro, ceddo. Vide gloss. in *l. ex Trac. de iure. calumn. l. 3. §. fin. autem. 6.* Est & iratus hodie in dominio; vt *l. de donatio. l. illam.*

d Mali: nam fideiussi suspectus ad mortem, quæ nil fideiubet, ab fideiussoribus non vellentur. Tuitiuè constitutum & fideiussor ad fideiussorem eunequam habet actionem vtilem: quia fideiussor, si fit litigatus. CYIAC.

e Virum adhuc non cedere, & mandare differunt.

f Idem plenè est, cedere, & mandare actionem. Delegare iterum exhibet, prestare, transire, procurare: cedere actionem iudicium dare. Vide de actuia, & scripta ad *l. 1. ff. de fideiussor.* &c. CYIAC.

g Pacta. *Stipulatur. 76. ff. de solutionibus.*

h Non pro nobis non vult tuitiuè vtiere, sed per cessionem iuris.

¶ Item

480/C.IV.K.5-4, 811-812
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible]

Ubi nomen debitoris datur in dotem, vel datur ex causa venditionis, competunt utiles actiones, hoc dicit.

II. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Celso.

NOminibus in dotem datis, quamvis nec delegatio praecesserit, nec litis contestatio subsequuta sit: utilem tamen marito actionem ad similitudinem eius, qui nomen emerit, dari oportere, saepe rescriptum est. PP. XIV. Kal. Febr. Seculari, & Donato Coss.

Pro debito domini non conveniatur colonus, qui satisfecit pensioni. BALD. & SALYCET.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufiniano.

OB causam proprii debiti locatoris conveniri colonos, pensionibus ex placito satisfacientes, perquam iniuriosum est. PP. pridie Kalend. Ianuar. Tyberiade, Maximo II. & Aquilino Coss.

Bona fides praecipitur considerari inter contrahentes. BALD.

IV. Iidem AA. & CC. Licinio.

BOnam fidem in contractibus considerari aequum est. III. Non. Octobr. AA. Coss.

Liberum est contrahere, & non contrahere a principio, sed post obligationem contractam non est licitum resilire. BALD.

V. Iidem AA. & CC. Camerino, & Mariano.

SIcut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus: ita renunciare semel constitutae obligationi, adversario non consentiente, nemo potest. Quapropter intelligere debetis, voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, cuius precibus fecistis mentionem, minime posse discedere.

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 813-814
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Si in solutum.] CASVS. Si debitor meus in decem, ius, quòd habes in debitorem tuum, in solutum mihi dederit, pignora tibi obligata persequi per hypothecariam actionem possum. & hoc in prima. Si verò ab accipientibus creditoribus, à quibus fuit pecunia numerata, ea reuocare non potero. & hoc in secunda. VIVIAN.

a ¶ *Persequere per* hypothecariam. sed & personalem habes vsiteare ad suos conseqentia, & ita colligit Baldus.

a ¶ *Persequere per* * hypothecariam. sed & personalem habes vsiteare ad suos conseqentia, & ita colligit Baldus.

¶ Ex differt hoc ab inferiori lege proxima: quia ibi cauit, hic in solutum accepit: item hic accepit in solutum specialiter, vel generaliter ius pignoris: ibi non. ADDITIO. Adiecimus, quòd suis illius glosse non placet Doctoribus, valentibus, & concludentibus, quòd cessa personali actione, etiam hypothecaria eius accessoria intelligitur cessa.

¶ el. Mantica.

a ¶ *Persiere.* Aliàs *priorem*, non sensu Cuiac. *non* Scriptor. CVIAC.

b ¶ *Perficie.* vt] *qui pe. in pign. hac. l. fi generaliter. &] fi antiquior creditor. l. i. & fi.*

c ¶ *A creditore.*] CASVS. Si comparasti actionem à Titio: pignora, quæ Titius habebat obligata, possum vindicare ab his, qui ea possident, & ea distrahere possum: nisi illi, qui possident, soluant quod mihi debetur. & hoc in prima. Si verò possidentes pignora erant potiores, & vendiderint, aut etiam longi temporis præscriptione rei sue, qui emerunt, nauat neque vindicare & per hoc, neque distrahere possum. VIVIAN.

* Rudolph.

c ¶ *A creditore.* similiter alicuius.

d ¶ *Comparasti.* an idem, si fuerit datum nomen pignori? Respond. vtique. cùm enim b habet principalem velleum, & accessoriam habet: vt]. *de hæred. vent. l. postquam.*

b Principalem vel allionem habere. & accessoriam habet.

¶ *A creditore.*

e ¶ *Vindica.* per hypothecariam.

f ¶ *Ea eius.* scilicet creditoris vendentis.

g ¶ *Non transferam.* id est, non subiaceat.

h ¶ *Iure communi.* secundùm c formam, quam habes]. *de iur. do. imp. l. fin. & facit*]. *de hæred. vent. Lampsac. & l. ex nomine. & fi. de hæred. vendit. Lampsac. nomine.*

i ¶ *Comparauerant.* sic]. *ad Macedo. l. fi permiserunt.* ACCVRS.

k ¶ *Vel longi temporis præscriptione.* hypothecaria durat d quandoque decem annis inter præsentes, viginti inter absentes, quandoque triginta annis, vbi scilicet deficit titulus, quandoque quadraginta duraturi] *fi adiuer. creditores l. & fi. de præscrip. longi temp. l. fi. & l. dum taxat fi.*

d ¶ *Longi temporis præscriptione.* Actio Seriana tollitur præscriptione longi temporis, si ea vinat bonæ fidei possessor. Nam cùm malæ fidei possessor est, nouisti triginta annis tollitur, cùm debitor quadraginta. *Lib. xxi. fi.*]. *de præscrip. triginta annor.* CVIAC.

l ¶ *Perhibentur.* licèt à posterioribus emerint.

Si quidem.] CASVS. Diligebam quemdam, scilicet Seium, ea affectione, qua parere filium diligit sanè: permisi, volens ei donare, vt acciperet pecuniam à procuratore meo: ille volens me remunerare, mandauit procuratori suo, vt mihi pecuniam restituerem antequàm acciperem, decessit Seius: an decem, quæ dedi Seio, repetere possim, vel à procuratore petere, eo quòd mandauit sibi Seius mihi dandam, quæritur? Respond. Quòd non repetam ab heredibus, cùm perfecta donatio non reuocetur: nec à procuratore petere potero: quia morte mandantis finitum est mandatum. & hoc in prima. Si verò Seio mutuatus eam, possem ab heredibus petere: & hoc nisi aliquem debitorem mihi delegauerit, à quo fuerim filio pulsatus illam pecuniam mihi reddi. VIVIAN.

¶ Vide scripta ad l. 1. *eod.* CVIAC.

y ¶ *Et. quem affectione patris.* sharmo opposuitur l. 3. *eod.* & l. illa]. *de donat.* Vide notata ad eam legem, & scripta hic. CVIAC.

m ¶ *Permisisti.* donando eidem: & sic etiam de facto habuit.

n ¶ *Accipere permisisti.* Illàque acceperit. Ita puncatum hic, vt sit perfecta donatio, aliquin est imperfectaaqp. *l. permisisti. ff. de reb. cred.* CVIAC.

n ¶ *Ante perceptionem.* id est, antequàm perciperes à procuratore.

o ¶ *Nec.* nunc soluit.

p ¶ *A procuratore.* cùm morte * mandantis q. nitum sit mandatum. vt *ff. de leg. ff. l. cum pater. §. plenum & de donat. l. 3. §. fi pecuniam.*

* Mandatum nihilominus non finitur. Dorch.

¶ Sed contrà]. *de donat. l. illam.* vbi dicit non finiri mortè. Solquidem dicit, quòd illa corrigit hanc. 1. Alii dicunt ita, quòd decessit ille, cui mandatum fuit adhuc: hic ille, qui mandauit. cui solemnè est contrà *Instit. mandati. §. item si adhuc, &c. 3.* Tertij dicunt, quòd hic nò transdauit illi cui volebat donare. sed procuratori, quem volebat dare: ibi verò illi, cui volebat dare, mandauit. 4. Tu dic, quòd hic nihil mihi donauit, vel cessit. sed permisit, vel mandauit, vt pecuniam à suo procuratore accipere. vnde sicut expressè poteri reuocare: vt *ff. de donat. qui fecerunt.* ita hic tacitè, licet eo mortuo. 5. Alii tamen à alia ratione dicunt hic agi, non illa, quòd morte fit finitum

† reperiet.

* Illam.

b Idem fentit Bliot. de Mantica apud Bald. hic.

mandatum: sed illa, quia iure antiquo hoc traditione donatio non valebat: nec ab herede poterat peti: sic in affione donata non valebat sine mandato, vel etiam cum mandato, sed reuocata, vel Seius quod nihil d est, quantum ad hanc legem.

c Quod tamen prior mandat, et hodie, obtinet. Ergò illam 3. refert d. dorsarch.

q ¶ *Dedi.* fi. sic non fuit donatio.

r ¶ *Nec à do ego.* id est, à procuratore.

s ¶ *Nec à delegato.* Si stipulatio fuisset interposita, non in heredem, sed in procuratorem competet actio mutuatione facta. CVIACVS.

t ¶ *Eum.* scilicet cui manu dedisti.

u ¶ *Petere.* Per condictionem. CVIAC.

Neganti.] CASVS. Si mutuatus mihi decem, & negem tibi me esse creditum, non debes me armata manu ad solutionem compellere, sed petere debes coram iudice: & ne non probaste quod intendis, vel si propter exceptionem et remotum, absoluar: à probatorij, condemnabit me iudex: & per executionem rei iudicatæ compellendus ero ad solutionem. VIVIAN.

x ¶ *Neganti.* scilicet se debere.

* ¶ *Negantis.* Continganda *lex xii.]. de exceptioni iudi. quæ haiusi prior parteiii.* CVIAC.

u ¶ *Tereri.* sic *ff. quod metus cau. Lexius.*

x ¶ *Exceptione.* Etiam post impletam, & fundatam interlocutionem. & ad hoc]. *de rei vendic. l. cum. 4. & de edend. l. qui accusare. &]. de excepti. l. fi quidem.*

d Vbi plicalia vide.

a ¶ *Reme*

480/C.IV.K.5-4, 815-816
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Remedia. vt ff. de re iudi. l. à diuo.

A Diuersus.] CAEVS. Mutuasti tibi pecuniam, pignus mihi obligasti: non ideo quòd corpi pignus vindicare, tollitur personalis actio: sed si pretium pignoris ad debitum non sufficit, pro residua quaeritate debita te potero conuenire. VIVIA.

a ¶ Elotia pignoribus. Haec lex abrogatur, Nou. 4. l. 11. CYIAC.

b ¶ Integra. vt]. de diffrac. pign. l. hypothecae. & de nouo de cuque. l. fin. circa fin. & de pig. l. 5. & l. fine. quasi si pro mutuo & ff. l. cum. pata. Loredan. q. & ff. de deficult. pign. l. quotiens. & ff. de pecul. l. si ex duobus. circa princ. & l. quasi. §. si mutuo. Imm.] CAEVS. Si colono non in rem suam decem mutuasti, à me petere non potestis: nec mihi praeiudicatis praesentia actioris meri. id est, casu liberatis, quo magis tibi obligor. VIVIA.

c ¶ Rem suam. id est, colonorum. non si domini, sicut esset: vt infra quod cum ne. l. in qui.

d ¶ A domino praedij. Si tamen colonis in rem dominii creditis pecuniam, aut in rem domini versa est, competit in dominum actio neg. gest. Vide sentiam ad l. 13. §. ff. cert. pet. CYIAC.

d ¶ Allerit. casu liberat. 2. Vel quia b subscriptio vt nulla: vt ff. de eo quod l. mutua. & contra l. eo. l. 19.

e ¶ Alterum ipsum. Imò nec subscriptio obligaret, l. 14. ff. cert. pet. CYI.

O Res alienum.] CAEVS. Ob res alienum quod contrahi, me facto pollra ab solutendo an ego liber, ferus creditoris fieri compelli possim, quaritur? Respond. quòd non, vel dic compellendus seruire. & sic accipitur seruire proprie, possimodum improprie. retinè dic, seruire liberos, id est filios obligari. VIVIA.

f ¶ Ob res alienum. Haec l. ambigua est. Nam vel hoc dicit, ne filii pro patrem debito addicantur creditoribus, vel ne debitores liberi non cogantur seruire creditoribus ob res alienum. Sic Graeci vertunt, ὅτι μὴ ἐξεστιν τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνου χρεωφειλέταις δίκην ὑπόκειν. parauit tamè vtramque interpretationem verbis legis comprehendi. Greg. c. Rescript. cap. 56. & lib. 2. cap. 50. Iustinian. Nou. 134. Arele. in lib. de Thebis. Vide in rem l. de parrib. qui filios distraxer. CYIAC.

e ¶ Res alienum. Res f alienum dicimus quod nos alis debemus. Res suum e vel nostra quoque nobis alij debent: vt ff. de verb. significat. l. cedere. §. si

b Subscriptio vt nulla, non obligatur vel etiam principalis.

c Rem suam.

d Res alienum.

e Res suum.

f Res alienum.

g Legendum e pro cum.

h Seruitus fit ad tempus obligatur quis potest, non in perpetuum.

i Ob res alienum.

g ¶ Seruire. id est, liberos fieri. 2. Vel retine proprium significationem sed repetitur f inflatio. infra de cap. l. fin. &]. communa de mu. l. 1. §. ip. & cum aliquis se obligat ad g seruiendum vsque ad aliquod tempus. Vel die. id est, filios obligari vt]. qua res pig. oblig. l. quotiens. sed hoc fallit secundùm B. vt arg. infra de pign. act. l. 6. p.

h ¶ A debitis.] CAEVS. Haec autem non corrigit l. Codicis, sed addit, & imponit poenam vtri creditori, qui compellit debitorem vt pro debito fiat seruus cuiusquis perdit debitum. Item cogitur tantundem dare ipsi debitori, vel eius parentibus, tertio patitur creditor talia facinus poenam corporalem. VIVIA.

i ¶ Creditor cadit. Si eum seruire compellat.

k ¶ Retento. id est, illi qui fuit retentus vt. etiam si pater consensisset: vt arg. ff. quo ve pignoribus pignus.

l ¶ Parentibus. agentibus nomine retenti, in quorum potestate est retentus 2. Vel die parentibus qui sustentissent, retentis: idem tamen si extraneus succurrisset. sed de parentibus dicit ideò, quia frequentius fit. Vel tertiò, si retentus vellet reuisitare, parentes possunt petere: quia ei videtur fieri iniuria. ff. de libe. exh. l. 4. & 15. & 19. ¶ An autem his legibus potest renuntiari? Resp. non: vt nec in matrimonio. vt fine probab. Ac. §. 1. eod. vbi aliis incipit, fine debitor fine credi.

F Im cui.] CAEVS. Si decem mutuasti tibi, & de his vestes comparasti, an adversus vendentem vestium actionem habes, quaeritur? Resp. quòd non: sed contra me cui mutuasti, agere debes. VIVIA.

m ¶ Vide scripta ad l. 13. §. si cum pecuniae. lib. 3. de hered. a. 1. p. CYIAC.

k ¶ Mercedem. suis vendidit.

l ¶ Abstulisse. id est, accepisse à debitore tantic 11. ff. de fur. l. qui vsu. in principio.

m ¶ Actionem. vt infra depositi. l. fi. & supra ff. cum pata. l. non adversus. & ff. de condic. indebi. l. hic fili.

E St in arbitrio.] CAEVS. Titius obligatus mihi pignus propecunia quam ei mutuaui, & pignus distraxit, & vendidit, in electione mea est, vtrum conuenire Titium actione personali, an agere hypothecaria adversus compositorem pignoris, aut possessor pignoris tanti se posse praescriptione longi temporis. VIVIA.

n ¶ Est in arbitrio. Hoc priuilegio non fruitur. l. 1. infra de conuen. ff. deb. nec Reipubl. l. 5. vbi. ff. de administ. rer. ad ciuit. sed hac aliaquasi Iustin. hodie, cùm fiscus priuato aequetur. Nou. 6. & Nou. 134. CYIAC.

n ¶ Actione. fiscibus editurum.

o ¶ Pignora. vt]. de pign. l. quotiens personali. & l. distractis. & l. debitorem. & l. pignoratione. & de pecu. & Sabin. exter. l. 3. & arg. infra de fideiuss. l. 1. & hoc in pignore expresso: secus si in tacito etiam iure venit. Ac ff. de iure fis. l. Mafim. & est simile]. de seruitu. de ma. l. 14. & 19. &]. de pign. l. 9.

p ¶ Longi temporis. de hoc vt dic. l. ex l. fi. à creditore.

Fideiussor.] CAEVS. Haec autem corrigit legem Codicis, quia priùs debet conuenire fideiussores & debitores, quàm pignoris possessores. VIVIA.

q ¶ Possessores. Haec est cloeta in auctor. de fideiuss. ad hoc aliàs ad hon. edi. vnp. quae est]. de pign. auch. hac ste. 1. B. dicit quòd haec corrigitur. 3. Ic & Ios. dicunt quòd ista de Iurisp. secundum istà. Vel quòd ita dicit, verum est si possessor habeat causam à debitore.

Cc 3 aliorum

480/C.IV.K.5-4, 817-818
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

aliquin contrà. 4. Sed hoc non placet, ideo quia dolus * actoris componi nostre non debet cùm conueniatur: vt *ff. de except. doli. l. apud. §. fi. cum.* Vel dic vt placet ibi dicere.

ADDITIO. Balduis hic dicit nonabiliter ipsam auth. non habere locum si extraneus possessor non sibi, sed debitori possidet pignus. Nam tunc poterit ipse non excusso principali aut eius fideiussore conuenirì: quia effectus iudicij fundatur contra principalem: ex quo non tà ipse possessor, quàm principalis eius nomine possidet, videtur conuenirì, arg. *l. §. T. vbi in rem ac.*

VT ACTIONES & ab heredi. &c.

b Cõtinuatio.

Dixit b nouiss superiori de adiectiib. Sed quia quadam ab heredib. incipiunt, & contra heredes, idcò de ea dicit: & alia priùs nata pretendunturcontra heredes, & heredibus vt], & heredib. act. per totum.

CVM stipulationes.] CAESVS. Olim stipulatio post mortem alicuius contrahentium cœcepta vel pridie quàm moreretur, non valebat. Verbi gratia: si stipuler me aliquid datum post mortē tuam, non valebat: tamen quare non valebat, erat illa quia actio contra heredem & ab herede incipere non poterat. Qua antiquitatem emendatit Imperator, dicens quod stipulatio sic concepta valeat: & quod actiones incipiant competere heredi, & adiuuetur heredem inde propter nimiam subtilitatē verborum voluentes contrahentium impediatur. VIVIA.

a ¶ *Contractus.* Sic ergo inuit stipulationem esse contractum, c sed impropriè: vt *ff. de verb. sign. l. Labeo. 9.* Idem tenuit in legatis, sed illa fuit ex quasi d contractu: vt *Instit. de oblig. quæ ex quasi contra. §. hæres.*

b ¶ *Post mortem.* alterius cœrahentium. Verbi gratia: si promisiam me daturum x.] post * mortem tuam, vel legò tibi decē post mortē tuam, quod pro eodem est, ac si, heredi tuo legāt: habes hac cæpta *Institut. de inutil. stipul. §. post mortem. & §. sequ. & Institut. de leg. §. post mortem. & infra de contrahen. stipula. leg. sequ. ipsum.*

c ¶ *Antiquitas.* cui videbatur eā facto contrahentium inter ipsos incipere debere obligationem: sed hoc fallebat in stipulatione conditionali, etiam olim: vt *Instit. de verbo oblig. §. ex conditionali.*

a ¶ *Stipulatio est contractus impropriè.*

d *Legata quasi contractibus numerantur.*

e *Stipulatio quia post mortem fuerit, est inutilis, & prius dicit quàm mortuus.*

* *Dele Glossa* usque ad hoc verbum, *Sed in Institut. de contrahen. stipula.* in Access. Nā conditionalis stipulatio ex potestate temporis in actu pr. & idcò vel cessit non est, vt contractus in *Institut. ibidem.*

Stipulatio & legatum post mortem collatum incipit ab herede: & hac vsque hucusque legis, remota regula antiquorum. BALD. Vel sic: *Obligationes tam ex contractibus, quàm ex vltima voluntate possunt ab herede incipere actiui & passiui, remota antiqua regula hũ contrariæ.* SALYC.

Imp. INSTITVANVS A. Iuanni P. P.

QVm stipulationes, & legata, & alios contractus * post mortem * compositos antiquitas * quidem respuebat a, nos autem pro communi § hominum vtilitate recepimus d: consentaneum erat etiam illam * regulā, qua vetustas, vtebatur, more humano emendare. Ab heredibus enim incipere actiones, vel contra heredes f, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum cæterarumque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitij materiā relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere, vt licet & ab heredibus, & contra heredes incipere actiones [& obligationes:] * ne propter nimiā subtilitatem * verborum ¶ *l* latitudo * voluntatis contrahentiū impediatur. Dat. XV. Kalen. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestæ VV. CC.

NE VXOR PRO MARITO, VEL MARITVS pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.

TITVLVS XII.

TAntum abest vt aliud pro alio conuenirì possit, vt quæ pro colono dominus vel conuenit. l. 3. & 11. E. tit. 10 *nec pro debitore a ad quem pertinet pertinet* Lpo mult. *cod. nec conuenit pro coniuge, nec mater pro filio, nec quisquam pro necessario filio persona,* vt hoc tit. & sequens. *vt vos sic ollim excipiendam ab illa certissima regula, Ne alterius contractu nemiem obligari.* l. penult. hoc tit. *id est, ex suo quisque contractu obligari, non ex alterio. Nam & pater pro filio fundi, & dominus pro serno conuiuer non obligatur, non iure praetoris in solidum, sed in peculium dumtaxat. & quia in peculium tamen, idem mater in hoc tit. non iuuetur etiam patrem, nec tit. lequ. filio emancipato filiumfamilias.* CVIAC.

Vxor cõuenta ex contractu mariti, non habet necessè cõtractū infrangere, quia sine valeat, sine nō, ex eo conuenire non potest. BALDVS. Vel sic: *Maluer ex contractu mariti nō potest cõuenirì, nisi ex interessione à qua iuuatur à Velleiano.* SALYC.

I. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Asiepondeta.*

ERuftra ¶ disputas * b de contractibus cum marito tuo habitis, vtrùmne *conuenire sic est in alio, etiam qui valde conuenili videtur:* vt hoc tit. & seq.

Ruffra disputat.] CAESVS. An ex contractu mariti possit conuenirì vxor, quæritur? Respond. fruftra disputat mulier, tenuit ei contractus iuris cum marito ipso iure, vel non, quia ex contractu mariti non conuenietur, propter senatusiū. Velleia. VIVIA.

a ¶ *Illam.* non solùm rem mutare: & ad hoc *in authen. de non alie. §. fiscum. colla. 9.*

b ¶ *Regulā quæ vetustas.* Regula hæc iuris antiqui extat in *l. vlt. Cod. Theod. de donatis inter vir. & vxor.* quam hac lex directè abrogat, abrogatur & illā ante per consequentiā *l. 11. C. de contrah. stipul.* Vide eo loco notata. Ideo autem hac constit. equa fuit, quia nouæ constitutiones, quæ iura veteris abrogāt, suae fieri cēt accipiendæ. CVIAC.

c ¶ *Vel contra heredes.* vt E defunctus ad diem certum sub pœna pecuniam promittit: etiam ante diem mortuo nec dum heredinate adita committitur pœna: vt *§. de verb. oblige. l. ad diem. & §. de non. fe. l. §. & ad hoc §. de verb. oblige. l. quadcunque.* §. 5. imò pœnæ prædictæ cæpla vt modò notaui in alia glo. alterius contrahentium, &c.

¶ Et cause tibi, quia alitex * dicitur post mortē incipere actio in stipulatione, & aliter in legato. In stipulatione enim dicitur incipere, non quia nulla fuerit ante mortem, sed quia non incipit esse effectiuè *ff. de mise. l. si per imprudentiam. §. non minus.* sed vbi mihi legas post mortem meam, nunquam mihi debetur, sed heredi meo tantùm quasi ex sua persona: vt *§. de non. l. qui à pupilo. & §. de act. & oblig. l. obligationum fori. §. 1. & §. quando dies. leg. cod. l. reg.* ¶ Item hoc l. est contra *§. de act. & obli. Iubi hoc.* Sed ibi nō potest velle heres, quia nec à principio se fuisse valet promittere, si volam, vt ibi dicit. a. Vel ibi nō est inutilis ex ratione, quia actio non potest ab herede vel contra heredem incipere: sed quia ab initio sic fui natura inutilis est sic concepta, si volam.

¶ Item nota. *de prebenda* * non vacante: vt dic. *supra de pact. l. fin. & facit §. ad leg. Falcid. l. pannales. circa princip. ibi nec contractum est, &c.*

k ¶ *Subtilitatem*, sic]. *pro * sic. l. de servitute. & §. quæ. ad pign. vel hypoth. fol. l. fcent. §. si debitori. item ad hoc §. de contrahe pecun. l. pro. propte fud.*

l ¶ *Latitudinē verbor.* Horum nempe cū contrahitur, vel cùm mortuus erit. CVIAC.

NE VXOR PRO marito, &c.

Lichet hæres pro defuncto conueniatur: vt E. tit. 3. ad

* Sic reperi in meis manuscriptis: alias abtitle i. fuit.

* Sic reffirmi ex manuscriptis.

§ Conc. cū hac *l. 17. dicatur, sequ. ex ea parte se. Iuan. C. C. super hoc dictum ex ea de rescript.*

* *Addition.*

480/C.IV.K.5-4, 819-820
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Sed proprio nomine.* id est, ad vtilitatem feminæ: *infrà hoc l. consultus.*

a ¶ *Propter senatusconsultum.* At hodie ipso iure nata est mulier, si pro marito Edijsitisti, si pro alio, excepe. Vellei. Mon. 154. Cvia.

b ¶ *Senatusconsultum.* Velleianum: vt & *l. ad Vellei. l. fraetre.*

a ¶ *Senatusconsultum Velleianum* mulieri esse interdictum, non intelligi (quemadmodum Anthon. ff. quæ mulier, de quæ taf ad Vellei. nam, hinc obligari Balbus dixit) non.

Quæ maritorum.] Cavs. Si maritus alicuius mulieris aliquod crimen commisit, propter quod omnia bona sua confiscari, & interea bona eiusdem occupantur à marito possessio: cum leges malint vt ob delictum maritorum vxores inquietentur, procurantur Cæsares qui cognoscit inter pupillum & filiũ, prohibent mulierem ex occupatione ad se pertinente esse dominũ, cũ facit filiũ esse heres. Vvtea.

† *Inquietentur.*

b ¶ *Maritorum culpam.* Delibam. Cvjac.

c ¶ *Vxores.* vt *l. de donat. inter vir. & vxor. l. rei. & l. ad leg. Iuliam. de vi. l. j. & l. de pu. l. familiam.* sed hoc fallit in casu, C. propter principali necessitatem, propter quã consentit dotem *infrà quando non. pign. ta. contra. l. facta. & de pignor. l. j. l. ij.* non autem aliæ res vxoris: vt *infrà de pri. f. fol. l. dotem.* Sed & maritus ob culpam [b] vxoris obtenuerit in casu: vt *ff. de offic. procon. l. adjutores.* §. *profecti.* Vel ibi ob suam propriam: vt ibi dixi.

c Dicit in pio accipit.

y ¶ *Sive.* Vxoris fallitur. Cvjac.

d ¶ *Occupata sunt.* nomine mariti qui eas possidebat.

e ¶ *Probaueris.* fallitur in mulier.

f ¶ *Inquietet.* id est, faciet tibi redditi, vt hoc publicum ius ferunt, ne mulieres pro altero inquietentur.

Cum te possidimus.] Cavs. Pro filiis tuis centum in dotem non dedisti, sed ad se sustentandam prædium adsignasti: maritus ex administratione tutelæ vel manere cuiscuis alicuius factus est debitor meus: numquid praetaxatus illium debito possit capi illud prædium quod in dote non erat, quæritur? Dicitur quòd non: quia licet ante mater pro obligatione filij fui obligari tenerat: ita nec maritus pro vxore, à pollicitatione non obligatur. certissimum enim est, &c.

g ¶ *Possidimus.* id est, res possidimus.

h ¶ *In dotem.* *. maximè, nam idem tunc nisi in casuris *infrà in dotalibus. Item quod non pig. &c. l. fama.*

i ¶ *Extra dotem.* At res in dotem datæ & tacito pignori sunt. *l. j. in quib. cas. pig. ob* civi. mutuo, non autem paraphernæ. Cvj.

k ¶ *Civilium munerum.* Excipitur dos quæ tuetur filio ob munera vel honores gestum à marito. ea enim tuetur filius constante matrimonio. Cvjac.

l ¶ *Munerum.* vt tutelæ.

m ¶ *Conferre.* vt *l. ad municipal. l. Lucius. §. idem respondit conferre.* nisi in casu vt *ff. de offic. procon. l. adjutores. §. j.* & nisi [d] solitus modo pro eo se obligauerit. & hoc est quod subiicit, *nisi ipse, &c.*

n ¶ *Nomine.* nisi * pater pro filio, dominus pro seruo, heres pro defuncto: & hoc idco, quia pro vna persona censentur: vt *l. si de proprio nomine.* id est, ad vtilitatem feminæ *infrà hoc l. consultus.*

a ¶ *Propter senatusconsultum.* At hodie ipso iure nata est mulier, si pro marito Edijsitisti, si pro alio, excepe. Vellei. Mon. 154. Cvia.

b ¶ *Senatusconsultum.* Velleianum: vt & *l. ad Vellei. l. fraetre.*

iure fleterint, an minimè: cùm tibi sufficiat, si proprio nomine * nullum contractum habuisti, quo minùs pro merito tuo cõuenirì possit, quod nec si fuisse pro eo intercessisses, quãquã à te propter senatusconsultũ [a] exigi iure potuisset. Dat. prid. Id. April. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss.

Pro debito mariti non potest fieri missio in bona vxoris: tamen si maritus possidebat, habet vxor probare se dominam. h. d. nat. secundum Bald. & Salyc.

II. *Idem AA. Terentio* †.

Ob maritorum culpam [b], vxores inquietari leges vetant [c]. Proinde rationalis noster,] si res [y] quæ à fisco occupatæ sunt [d], dominij tui esse probaueris [e], ius publicum sequetur [f]. Dat. III. Non. Septemb. Diocletiano & Maximiano AA. Coss.

Res tradita ad sustentationem filiæ, non præsumuntur esse dotales, sed extra dotem. h. d. nat. secundum Bald. nec possunt capipro debito mariti. Salyc.

III. *Idem AA. & CC. Carpophoro.*

Cum te possessiones [g] non in dotem [h] pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam eam extra dotis [i] causam filiæ tuæ prædia adsignasse proponas: ciuilium munerũ [k] vel onerum † municipalium obtentu, ex persona mariti [l] eius, quomodo [m] matres ex persona filiorũ interpellari [n] nõ possunt: cùm neque maritũ [ζ] pro vxoris obligatione conuenirì posse cõstet [o], nisi ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem * obligari. III. Id. Septemb. Sirmij, AA. Coss.

Gratuita solutio partis non grauat in solutionem alterius partis. h. d. nat. secundum Bald. Vel sic: *Licet mater solverit partem debitis filij sui, nõ propterea potest compelli ad solutionem residui.* Salyc.

IIII. *Idem AA. & CC. Philothero.*

Cvm te * ideo ex persona filij tui commemores cõueniri, quòd [p] pro debitis eius aliquid [q] insuliste [a] videaris defensionibus tuis vti [r] apud eum cuius super eare notio est, minimè prohiberis: vti ad solutionem alieni debiti vrgeri te non patiatur. Dat. X. Kal. Sept. Tiriano & Nepotiano Coss.

IN AVTHENTIC. VT non fiant pig. pro aliis. §. j. colla. v. consist. v.

Qui pro debito vnius sua authoritate gravat aliam, punitur in quadruplum, & cadit à iure suo. Bald. Salyc.

Sed omninò qui aliũ pro alio secũdùm formam [s] pignorationis, exigit, totum id ipsum [t] quicquid fit, in quadruplũ vim passo reddet: nec nõ & ab actione pro quatalis pessumi, cadet.

NE FILIVS PRO PATRE, VEL PATER pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel † seruus pro domino conueniatur.

TITVLVS XLI.

a ¶ *Insuliste.* id est, ad vtilitatem feminæ *infrà hoc l. consultus.*

a ¶ *Insuliste de inuerit. fideiud. §. si vero qui. & §. post mortem. & infrà de mandat. & alia fideiud. §. de in auth. de iureiur. & ma. pradis. §. coll. v. i.* Vel potest dicere hanc regula de iure ciuili obtineri, non prætorio.

Cum te.] Cavs. Cùm mater ex contractu filij, si filius fuerit non soluendo, partem debiti soluerit: an super residuo eo præterito quod debitum agnouit pars soluendo, cõuenirì possit, quæritur? Respond. quòd non, & hoc probat ex obscura ratione. Vvtean.

o ¶ *Cum te.* ff. matter.

p ¶ *Quod.* pro *quia*, debita filij tui soluisti, cũ non teneteris, volebant creditores te cogere ad totum soluendum.

q ¶ *Aliquid.* partem soluendo.

r ¶ *Aliquid* inutiliter. Vide not. ad *l. j. infrà de fideiussorib. & ad l. 1. ff. de* [b] vide scripta *ibi.* Item scripta ad *Lg. de infortia.* Cvjac.

† *Seruitute.*

* Dicit in pio accipit.

y ¶ Vti. nec alter pro altero conueniatur.

¶ Nec obstet quòd aliquid est solutum vel *hic, & ff. de offer. l. cum de non non. infrà. & ff. de offer. l. cum de non creditor. & infrà de excepti. non l. voluntarii. & ff. de pact. l. si ceria annua.*

¶ Sed contra. *infrà ad leg. Falcid. auth. sed cum tuiuor.* Solu. hic nullo modo est debitum: ibi ciuilium & naturalium, vel saltem naturaliter.

¶ Item contra *l. de fideiussorib. l. j.* Sol. vt ibi. Anovyo. Solutio fit, ibi heres fuit naturaliter obligatus, & coadiuuat fusor alimentorum, & vltimæ voluntatis cũm diuitia præfiscuse, qua vilis est in futurum velle solutæ.

Sed omnino.] Cavs. Si tibi Anglico vel Hispano mutuo pecuniam: vel fam spoliatus in Anglia vel Hispania vel Tuscia: non propterea ſ inuitati alios Anglicos vel Hispanos, vel Tuscos, debeo eos pignorare in ciuitate ista: nec hoc mihi licet facere, imò omnino prohibeor hoc facere: & ſ contra facio, debeo punirì, & condemnari in quadruplum eius quod pignorasti: insuper eadem ab actione mea. Hoc dicit ista authentica.

† ¶ *Seruum.* id est, vt quæ accipiat, habeat loco pignoris. idemque magis ſ accipiat, vt habeat in solutum. Aliud puto, scilicet quòd nõ habeat locum pœna hanc legis, ſ à debitore ista aliũdeitate debitum vel indebitum auferam: [b] nunc enim ius tantũm quod habeo in re, vt quia obligatur mihi pro re, vt quia debita est, amittor per edictum diui Marciscf per constitutionem ſ quis in tantum, licèt ius non habeam, ex alio tamen pariter pœnam & est pro me, vt tamẽm ius quod habeam, perdam, non autem quadruplum *ff. de his quibus vt indig. l. respiciunt, vt infrà de pœna. l. sanctum.* Alij putant me semper debere tadere à debito, & non tamẽm pignus occupatum perdam. arg. *ff. quod metus causa. l. ait.* Sed cautiores * seruant contra hanc authen.

Additio. Supplex, concedendo repetitionem. Huius occasione Bald. hic pertractat facetiẽ materiam repetitionum: quam quidem ad longum tractat Bartolus *in rubrica de repetitionib.* & Ioan. *And. in c. non debet. alienis. de reg. iur. lib. vi. in nouellis.* Item Pet. de Ancha. *in cap. de iniur. lib. vi.* & notissimè Iocinus in *consil. suo cccxxi. incip. cum in præsenti consultatione. in 3. parte.*

† *Id ipsum.* scilicet quod est exactum.

NE FILIVS [d] PRO PATRE, &c.

Patrebatur

480/C.IV.K.5-4, 821-822
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Putabatur ratione patrocinii, vel filiaticia, vel libertinitatis aliquem conuenirí quod temere.

¶ *Cum hi, qui in multis casibus iuris eadem persona esse consueuerunt, alij pro alijs ad obligantur, modis minime extraneus pro extraneis, nisi heres fit aut accessor. Olim tamen vsurpatum erat, vt vsurarius pro conuiciatio teneretur. Hodie non.* Non. Iuft. 51. & 134. & l. 1. §. vt nullus ex vicariis pro alien. lib. 11. *de his Cassianorum* lib. 4. variarum. *obligationibus patronus, si nõ fit heres, euanescunt: vsur mariticiae debitis non tenentur, & eadem ad filiationes trahit extraneos, cum abfolutae iura conuendis.* Cyiac.

NEque.] Casvs. Si cum filio fuit effecto contractu, peruenum ei mutuo patrem, nisi specialiter se obligauerit pro filio, non habet eum obligatum. & hoc in patre. Si verò filiofamilias in potestate existit fine iussu patris mutuo fit: quæritur est in peculio, vel quatenus in eum patris versum est, patrem habebit obligatum: vt *infra ad Macedonianum, l. Zenodorus.* Si ergo frater eum decũ à creditore accepit mutuo, & creditor eargit ea à patre eius, recuperare illa tu heres poterit per conditionem indebiti & hoc, quia nomine eius soluit. Si verò nomine filij, non repetet. 2 ¶ *In penultimo.* hic assume quod dicit]. *amplius, &c.* & ab eo exigitur, *si filius iussu, &c.* & si neque *contra senatusconsult. &c.* nam tũc filiofamilias secundo casu nihil tenetur: *infra ad Macedon. l. si filius iussu. & Infra: quod cum eo. §. fin. non contra.* Macedon. autem poteſt accipi multis modis: vt]. *ad Macedon. l. Zenodorus.* In primo autem, filius quidem cum iussu, tenetur in solidum pater.

b ¶ *Sine iussu.* nec aliud intercaetera, quo similiter in solidum eneri poſſit, velut in rem versio, vel prapofito tabernæ, vel negotiationi: quod si factum esset, tenetur in solidum.

c ¶ *Extorta.* suffoniebris, a non per vim, tunc cum cadere à iure fuerit. *§ quod met. causa l. extorta.*

d ¶ *Extorta est.* Si metu illato extorta est, competit actio quod met. caus. condictio indebiti non competit: quia sciens solvit: si fundus bus, creditoribus erit actio de dolo. *l. 14. § de dolo.* Cyiac.

d ¶ *Recuperabit.* per condictionem indebiti: & hoc quia nomine suo solvit: si verò nomine filij, nõ reperet: vt *§ de condict. indeb. l. fin. quæ est contra & pro hac solutione est § de confess. pen. l. 1. in fin. & l. 5. & ad hoc § fi cert. pen. l. fi filiusfamilias. & § ad Macedo. l. sed & § pater §. 3.*

NEque.] Casvs. Si pater tuus ob administrationem mandatam factus est debitor, pari ratione, & est non solumodo an tu sui iuris effectus, conuenit pro eo possis, quæritur: Dicunt quidam.

e ¶ *Patrem vestrum.* vivũ adhuc quia si mortuus esset, eius successione delata ad vos, poſſet vos conuenire, non * quasi filios, sed quasi heredes vt *l. de filiofam. l.*).

f ¶ *Emancipatus.* Idũ in exheredatis. Cyiac.

g ¶ *Inquisitionem.* Ac cõuenti poſſunt ex causa principali. *l. 1. de primip.* Cyiac.

f ¶ *Prouidebit.* vt]. *de primip. l. fin. lib. 12.*

C.] *filiusfamilias.*]C Aesvs. An pater pro filio decurione creato, eo mortuo, si filius debitor factus fuerit, conuenirí poſſit, quæritur? Dicitur quod non, si eo in anno factus fuerit decurio.

g ¶ *Si filiusfamilias inuitu.* si enim patre fuerat, tenetur in solidũ pater: vt *§. ad municip. l. quæstion. &]. libro decimo de filiofamil. & quæ adiuuat pro eo pa. in l.*).

J ¶ Inuito patre. id est, contradicente. Cyiac.

h ¶ *Non poſſe.* nisi de peculio: vt]. *quod cum ea l. & § de peculio. l. 13. §. final. & l. fugam. & cuiusq quando præsu. non est mens l. fi pater.* Ex dilogachie vt dicimus,]. *quod cum ea l.*).

Patrem.] Casvs. An patre superstite obligatio ratione debiti principalis, pari quod acceptaſit aliquid mutuo ratione parti mutuatis, filius conuenirí debeat, quæritur? Dicitur quod non. Et dico notãter, superstite: quia si esset heres, tunc teneretur vt heres.

i ¶ *Nomine.* Excipe primoli casibus. Cyiac.

j ¶ *Personali.* reali fortasse, sic, si eum peculij patri obligasset.

k EX patroni. tempore contractus.

l ¶ *Vel domini.* tempore contractus, & facit *§. de actio. de obligatio. l. seruus & l. de iudic. l. libro decimo. & de noxa. l.*).

C ¶ *Vel serui.* Quia seruus nõ est *subiect. §. de exceptio.*, id est, sui capax. Graeci hic. Cyiac.

Habita.] b Cassvs in hac authen. talis est: Imperator primo præcipit quod scholares securè vadant ad loca studiorum, & nullus eis iniurias inferat, & reddit rationem ibi, *dignum enim, &c.* & ratione rationis ibi, *quoniam, &c.* denuò monendo ne scholares damnum patiantur pro delictis vel debitis commissis ab alijs: imponendo pœnam temporaribus hanc l. Tertiò dat electionem scolaribus, sub quo velint conuenirí. Quartò iubet hanc l. poni in titulo, ne pater pro filio, litteræ satis planæ est de se.

m ¶ *Examinationem.* sicque erit lex solennis: vt *§ de legi. & constitu. l. humanum.*

n ¶ *Sacratissimi legum.* Nov. * leges sacratissimi *supra de legi. & constitu. l. legi, &.*

a ¶ Filius pater mortuo vt filius nõ poteſt conuenirí pro patre, sed vt heres.

b ¶ *Pontifices ecclesiastica poſſunt esse in eos filius principij Frederici.* Bal. sic per Canonistas in c. nõ est vox. de vsur. quia licet eis prohibetur vsura, & in discretis fecularibus notorietatem vitabunt: poſſunt tamen vitabunt tamen vsuras exercere. Cyiac.

c Vide in hac Authentica Oldendorp. & Schaffnam.

d Leges sacratissimæ habentur.

e Specie

480/C.IV.K.5-4, 823-824
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Specialè.* Nam licèt omnes debeant ab iniuriis defendi: hi maximè, ne videantur negligi.

[illegible]

bus literarum exercetur studia, tam ipsi, quàm eorum nuncij veniant, & in eis securè habitent. Dignum namque existimamus, vt cùm omnes bona facientes, nostram laudem & protectionē omnimodò mereantur, quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & nobis eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam speciali [a] dilectione eos ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiae exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis saepe hominibus (quod grauiter ferendū est) corporales iniurias sine causa perferūt? Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, vt nullus de caetero tam audax [b] inueniatur, qui aliquam scholaribus [c] iniuriā inferre praesumat, nec † ob alterius cuiuscumque prouinciae delictum siue debitū (quod aliquando ex peruersa cōsuetudine [d] factum audiuimus) aliquod damnum eis inferat: scituris huiusmodi sacrae constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorū rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionē rerum ablatarum ab omnibus exigendā in quadruplū notáque infamiae eis ipso iure irroganda, dignitate sua se carituros [e] in perpetuum. Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit: huius rei optione [f] data scholaribus, eos coram domino [g] vel magistro [h] † suo, vel ipsius ciuitatis episcopo, quibus hanc iurisdictionem dedimus [i], conueniat.

Qui verò ad alium iudicē eos trahere tentauerit [k]: etiā si causa iustissima fuerit, à tali conamine cadat [l]. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, &c. inseri iussimus. Dat. apud Roncalias, anno Domini M.clviij. mense Nouembri.

AN SERVVS PRO SVO FACTO post manumissionem teneatur.

TITVLVS XIV.

[illegible]

480/C.IV.K.5-4, 825-826
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Seruus liber factus, alius bonus videbatur vt ff. de solu. l. qui res. §. vtcum. & idem videtur ne possit commodo de re quod in seruitute fecit,

QVamvis] CAYVS. Si seruo meo sub conditione libertatem dedi: & ea pendente conditione cum aliquo contraxi: postea extitit conditio: & ita liber effectus est: nunquid cum liberum effectum poteo conuenire de contractu celebrato dum erat statuliber? Resp. quòd non.

a ¶ *Statuliber.* Videbatur liber: vt *ff. de ex noxa. caus. agit. l. fi. & ff. de pa. l. mortu. §. fin.* sed a tamen seruus est: vt *ff. de statuliber. l. statuliberi.* ¶ Vide sicut seruus non teneritur ex antecedentibus *l. pecus. & l. de neg. gest. l. fi. cognati.* ita & ille nõ tenetur. Sed fallit b in casu quidem teneatur de dolo: vt *ff. de dolo. l. & elegantiori. §. seruus pactiones. & de fideiusson. lib. l. fi. parti* c *& l. de liber. leg. l. Aurelius. §. Stichus. & ff. quarum rerum actio. l. §. eq. 1.* Item in alio quem habes *infrà eo. l. promissa. §.* Item in alio, *ff.* d *de neg. gest. l. cum alium. & l. diuus. §. Scaeuola. 2.* Item in alio, *ff. depo. l. si apud filium.* (Sed ibi ex poenitentia deponente) e. Ita fallit in malefacio & quasi: vt *Inst. de noxa. §. omnia. & facit ff. de aqu. libor. l. vt iurisiurandi.*

a Statuliber est seruus.

b Statuliber quinque casibus tenetur ex antecedentibus.

c Hanc sententiam non admittit Bartolus.

d Hanc quoque exceptionem non probat Bart.

a ¶ *Cum statuliber.* Sine cessatione est seruus, fuit ex statuliberto, non habes cum eo actionem post libertatem. Statuliberi in contractibus comparantur seruis, in delictis liberis. CVIAC.

¶ al. Herm.

Redditoribus.] CAYVS. Seruo meo pecuniam mutuasti, an adstrictus es manumisso pecuniam suo ei non legato agere possit, quaeritur? Resp. quòd non, idem est si legato: vt *ff. de do. prae. l. §. §. per contrarium.*

b ¶ *Manumisso.* Idem ergo si est legatum, vt hic innuit. & sic est contra. *ff. de do. prae. l. §. §. per contrarium.* vbi a dicit libertum conuenit, & est ei peculium legatum. Sed secundum Iac. & B. & R. non conuenitur eo cum liberto: ab initio: vt hic conuenitur tamen infecto eritu, fuerit quia si heredes aliquid praeteriuerit, conuenient eo cum liberto: vt *ibi, arg. ff. de vsur. res iudic. l. fin. §. fin.* Sed hoc non placet: quia sic nec aliud esset in liberto eorum quàm in eo filio exheredato, cui dos est praelegata, quod esse debet: vt ibi dicitur. Dic ergo quòd ibi fuit directhi libertas relicta, & peculium legatum: vnde nullo tempore dominium serui vel peculii habuit heres: & sic tantum manumissus tenetur hic autem per fideicommissum vnde cum potuit heres dando retinere, & non fecit, merito ipse teneatur, & nõ manumissus: vt *arg. ff. de trib. act. l. quod in herede. §. fin. & de peric. leg. l. fi. seruus.* hypothecaria tamen, si res pecuniae fuerit obligata, tempore tenetur manumissus. & facit *ff. de act. & obligat. l. seruus.*

a Libertus ex pollicitatione tenebatur in seruitute & dos, pecunia fuit legata.

a ¶ *Non esse legatum.* Nam si legatum proponeretur, contra esset dicendum, *l. §. per contrarium, & ff. de do. prae.* & ideo hic sic maximè, quasi idem praestat non fit peculio legato. Sed opponitur *l. fi. seruus. ff. de per leg. l. 1. §. nam seruus. ff. quando de peculio.* quae etiam legato peculio dat actionem intra annum in heredem. Vide fol. in non. ad eas. CVIAC.

PRomisse.] CAYVS. Si seruus tuus promisit tibi pecuniam vt eam manumittereis, & manumisisti, & ab eo manumisso reddi stipulatus non es: an eam petere possis, quaeritur? Dicitur quòd sic per act. in factum. quod est speciale.

c ¶ *Promisse.* Secus si promisisset operas quas non tuer promisso, nisi post manumissionem: vt *ff. de libe. causa. l. fin. & de op. libor. l. vt iusiurandi. & de manumissis. l. seruum iuramento.*

d ¶ *Pactum fallum.* quae a extraordinaria est. & sic loquitur *ff. quae re. actl. non da. l. §. §. & arg. ff. si quis cautio. li. esse inf. fin. l.*

¶ Sed contra *ff. de dolo. l. & elegantior. §. seruus.* vbi de dolo datur. Sed. ibi actio promissi seruus dominus.

f ¶ *Per in factum actionem.* Praetoriam, subsidiariam act. de dolo. Verum videtur dandam actionem praeterpetis verbis ex *de re facta.* sed idem non datur, quia ille seruus fuit, cui contrahit, nec ex contractu habito cum seruo, in eum post manumiss. actio est, argumento *l. 1. §. penult. ff. de except. rei iud.* CVIAC.

e Actio in factum extraordinaria de subsidiaria, quae datur in, sed actionis praecipitis verbis

a *Seruus.*

LIbo.] CAYVS. Si mutilia ceu seruitutis vsque tibi furtum fecerit, an eam manumissam possea furti conuenire possis, quaeritur? Dicitur quòd sic: cum eam dum adhuc ancilla erat, conuenire nõ poteris. & ea manumissa, nota caput sequitur, id est, manumissam, quo caput est effecta, nota sequitur.

e ¶ *Seruitutis temporis.* Signatur contra. *de noxa. l. 1.* Sed non est contrariquia hic non dominio, sed extraneo subiacet.

f ¶ *Ob huiusmodi.* furtum.

g ¶ *Non poterit sed dominus.*

a ¶ *Caput nota.* Solae actiones caput sequuntur: actio furti noxalis est, non autem condictio furtiua. Et idem illa non tenetur seruus manumissus. *l. quod ad alia. ff. de condict. furtiua.* Furti actione tenetur. CVIAC.

b ¶ *Furti actione tenetur.* ¶ Sed hic furti actio vsde adstrictus? Respon. de ex furto in seruitute commisso. nam quae debentur in dominum nostalter, nunc competit in libertum. & sic de b persona in personam facit saltum: vt *hic, & ff. de capi. domi. l. aurelio. §. interiorum. & T. de noxa. l. 1. & ff. de act. & obligat. l. seruus. & de noxa. l. qui ex plurib.* At condictio furtiua non datur, nisi liber conuellet: vt *ff. de condict. fur. l. quod ad alia.*

c *Vt ait aliquis.*] CAYVS. Malim seruum suum colonum manumisit adempto ei peculiuan ob reliqua quae tempore seruitutis contraxit, res quae post manumissionem acquisiuit mulier, requiritur posse rei vindicationem vel hypo. proponendo, quaeritur? Dicitur quòd non: quia nec profanaliter super hoc poterit conuenire.

¶ *Adempto peculio.* Quid si damnet peculium manumissis. respon. conuenirì posset: qua non intelligitur esse peculii, quod sibi domino debebatur: vt *ff. de pecu. l. sed si damnum. §. peculium. alibi. l. peculium autem. & l. si mutuo. §. quod autem.* Aliò. Vel subaudi. maximè adeuno. eam rursus idem effecit: vt *eod. l. & g.*

d ¶ *Non esse legatum.* Nam si legatum proponeretur, contra esset dicendum, *l. §. per contrarium, & ff. de do. prae.* & ideo hic sic maximè, quasi idem praestat non fit peculio legato. Sed opponitur *l. fi. seruus. ff. de per leg. l. 1. §. nam seruus. ff. quando de peculio.* quae etiam legato peculio dat actionem intra annum in heredem. Vide fol. in non. ad eas. CVIAC.

PRomisse.] CAYVS. Si seruus tuus promisit tibi pecuniam vt eam manumittereis, & manumisisti, & ab eo manumisso reddi stipulatus non es: an eam petere possis, quaeritur? Dicitur quòd sic per act. in factum. quod est speciale.

e ¶ *Promisse.* Secus si promisisset operas quas non tuer promisso, nisi post manumissionem: vt *ff. de libe. causa. l. fin. & de op. libor. l. vt iusiurandi. & de manumissis. l. seruum iuramento.*

f ¶ *Promisse.* Vide scripta ad *l. 14. ff. de verb. obl. & ad l. vlt. §. ad.* CVIAC.

¶ Ex

480/C.IV.K.5-4, 827-828
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS DEBITORIS SVI DEBITORES conuenire * possit, vel debeat.

TITVLVS XV.

ET hoc titulo offendit creditorem quoque debitoris sui conuenire non posse sine mandato debitoris sui actione in personam. Conuenire tamen eum & exigere posse actione Seruiana, iure tacito, vel manifesta pignora, quæ ipse dixit hic cauisum fisco à primo, quod fiscus qui omnium bonorum, etiam nominum semper habet tacitam hypothecam, prius excutere debet principalem debitorem quam nomen debitoris sui. Denique hoc tit. primum liberum habet arbitrium conuenientiæ quem voluerit, principalem debitorem, aut principalem debitore debitorem. si expressim nomine debitoris pignori obligata sint. Dicitur etiam pignora commentitiæ ab eo quod capitur indicati exequendi gratia, quemadmodum iure conuentionis nomen pignori obligatum persequitur primum, etiam si debitor solutus sit, nec tamen capit nomen pignoris ex causa iudicati, si alia sint bona quæ pignori capi possint. CVIAC.

Res tutoris non possunt in temtam capi pro debito pupilli. BALD. & SALYC.

I. Imp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Valerianæ †.

PRopter res alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet [b], pignori capi non oportet [a]. PP. VI. Kal. Iunij, Laterano & Rufino Coss.

Si debitor condemnatus aliàs solueredo non est, an subsidium veniat ad nomina debitorum ipsius, & in ipsis nominibus fit executio exempla indicati. BALD.

II. Imp. ANTONIN. A. Marco.

SI in causa * iudicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est quod sine quæstione [d] pignoris loco capi & distrahi possit: debitores eius conuenti [e], ad solutionem auctoritate præsidis prouinciæ compelluntur.

Per officium procuratoris Cæsaris, debitores debitoris fisci compelluntur soluere debitum fisco si fateantur. BALD.

III. Imp. GORDIANVS A. Primanio †.

h ¶ Pignora. hæc appellauit arras titulo superiori: & non est vis in nomine. ¶ Sed hæc videtur contra. ff. de [illegible] l. [illegible] quæ ita. Solu. vt ibi. ¶ Item contrà. ff. de ritu nupt. l. quis officium. Vbi dicit in simplum reddi. Sol. ibi finito officio mutauit voluntatem, hic eo durante. Vel hæc lex loquitur, quòd per potentiam vel blanditiam c induxit eam ad sponsalia. ¶ Et not. hic deficere regulam quæ est ff. [illegible] de spon. l. oratio. nam hic sunt sponsalia, sed matrimonium non potest esse: vt d. l. si quis officium.
i ¶ Administrantes. nisi in patria sua id exerceant: vt ff. de ritu nupt. Lex.
k ¶ Quibus. subaudi pro quibus, &c. & sic nota ex d illorum facto ita demum administratorem damnificari, si operam dederit, non aliàs.
l ¶ Impleri. si de nouo consentiant: vt ff. de ritu nupt. l. eos qui.
m ¶ Postea. i. honore deposito. ¶ Et sic not. quòd rector prouinciæ in * prouincia quã regit, potest habere concubinam: vt ff. de concub. l. [illegible] Item filias in matrimonium collocare: vt ff. de ritu nupt. l. si quis officium. §. fin. 3. Item sponsalia contrahere, sed non ducere vxorem, si tamen deposito officio de nouo consentiant, iustæ nuptiæ fiunt: vt in eadem d. l. Lex.

b Prætor principis [illegible]
[illegible]
* [illegible]

SI RECTOR prouinciæ, &c.
Dicit de sponsalibus in genere, nunc in specie. Si quis Castrensis potestate publica constitutus seu positus, vt rector prouinciæ, vel proconsul, vel eius filius, vel consiliarius, aut domesticus, qui mulieri, aut suis parentibus, aut eius tutori vel curatori potest esse terribilis, si cum ea sponsalia contraxerit, tenent sponsalia. Sed si mulier velit postea pœnitere, hoc sibi licebit, & arras non reddet duplicatas. imò

SI RECTOR PROVINCIÆ, VEL ad eum pertinentes sponsalitia dederint *.

TITVLVS II.

Sponsalia in hoc titulo sunt arræ sponsalitiæ, vt Græci [illegible] & pignora, vt l. 6. Cod. Theod. de sponsal. [illegible] Humanorum sponsaliorum pignoribus subarrantur. [illegible] Cuiac.

Rector prouinciæ, vel assistens, cui ipse præbet fauorem, perdit arras quas pro matrimonio contrahendo dedit sponsa renuente: sed finito officio matrimonium contrahi non est prohibitum. BALD.

1 Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P.P.

† C. Th. [illegible]

Si quis † in potestate publica positus, atque honore administrandarum prouinciarum, qui parentibus aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quæ matrimonium contracturæ sunt, potest esse terribilis, arras sponsalitias dederit: iubemus vt deinceps siue parentes siue eædem mutauerint voluntatem f: non modò g iuris laqueis liberentur, pœnæque stantes ? expertes sint: sed extrinsecus data pignora ? h lucratiua habeant, si ea non putent esse reddenda. quod ita latè patere volumus, vt non solum circa administrantes i, sed etiam circa administrantium filios, nepotes, ac propinquos, & participes, id est, consiliarios, domesticósque locũ habeat, quibus k tamen administrator operam dederit. Impleri l autem id postea m matrimonium non vetamus, quod tempore

480/C.IV.K.5-4, 1113-1114
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible] ... tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonicæ, DD. NN. Gratiano A. V. & Theodosio A. I. Coss.

DE DONATIONIBVS ANTE NVPTIAS, vel propter nuptias, & sponsalitiis.

DE * DONATIONIBVS ANTE NVPTIAS, vel propter nuptias, & sponsalitiis †.

TITVLVS III.

[illegible]

Donatio ante nuptias potest in dotem conuerti: nisi donatio in tempus matrimonij sit collata. BALD. Vel sic: *Simpliciter donata à sponso sponsæ possunt in dotē conuerti, sine retro dari: nisi fuerint collata in tempus prohibitum matrimonij.* SALYC.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Metrodoro.

NVllum interest, si ea[a] quæ donat[b] vir futurus, tradiderit vxori[c], & postea in dotem acceperit: an verò donandi animo dotem auxerit[d], vt videatur accepisse quod non accepit. priore enim casu donatio non impeditur[e], & res quæ in ea causa sunt dotis effectæ, iudicio de dote peti possunt: posteriore autem casu nihil actum † est[f] donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.

Qui probat se dedisse munera parentib. sponsæ sub finali causa matrimonij contrahendi, ea repetit qualitercunque matrimonio non contracto. BALD. Vel sic: *Donatio facta ob causam nuptiarum, causa non secuta repetitur.* SALYC.

II. Imp. ALEXAND. A. Attalo.

SI præsidi prouinciæ probaueris, vt Eutychiam vxorem duceres[g], munera te parentibus eius dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit[h], tibi restitui quod dedisti, iubebit.

Mulier quæ virum in dote circumuenit, donationem hac contemplatione factam non repetit à viro, nec ab eius herede. BALD. Vel sic: *Mulieri ex pollicitatione vel promissione sibi agenti obstat exceptio doli, si causa ob quam facta fuit, secuta non extitit.* SALYC.

III. Idem A. Marcellæ *.

POllicitatione[i] à fratre quondam tuo sponsalium causa facta[k] etsi † in stipulationē deducta[l] sit, ideo in præstanda non fuit, quoniam in dote vxor maritum fefellit[n]. exceptio-

[illegible]

k ¶ *Facta* sponsæ suæ & hac causa expressa. ACCVRSIVS.
l ¶ *Deducta.* i. conuenta per pollicitationem.
m ¶ *Idem nunc* respondet.
n ¶ *Maritum fefellit.* Cùm inductus esset spe & opinione dotis. Has. lib. 4. tit. 3. CVIAC.

a ¶ Exceptionem. ob causam enim dotis facta fuit promissio.

Quod sponsa.] CASTR. Rem ductura quidam in matrimonium: dedi etiam eam sub tali condizione, vt eius fierem post contractum matrimonium. Dicitur quòd talis donatio non valet: quia ante matrimonium nolui in eam transferre dominium: & post contractũ matrimonium non possum ei donare.

* Inebria de-fuit nobis.

* Quod sponsa. Huius iuris rationem affert Harm. lib. 4. epist. tit. 3. CYNAC.

b ¶ Sine effectu. quia nec ante matrimonium transit dominium, quia noluit: nec post, quia non potuit: vt ff. de donat. inter virum & vxorem. Libro hic statim. §. fi sponsus. & infrà de donat. inter virum & vxorem. l. à marito. sic & ff. de matrimonij. infra l. liberos. in principio. sic ergo quod potuit, voluit: & quod voluit, non potuit: vt hic, & §. si quis alterv. vel fili. l. mutuum. & ff. de rebus dubiis. l. in ambiguo. Sed contra illa quæ conferuntur in tripare soluti matrimonij, videtur vi donatio causa mortis: vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. fi eum. §. fin. & l. sequens.

§ Possibile. Pars l. eum qui infrà ad l. Iul. de adulter. vende ad hanc l. Sapientia est solicitipatia. CYNAC.

Ea quæ.] CASTR. Quidam falsum fuit immemor, cum esset in Hispania, voluit ibi quãdam ducere vxorem, cum tamen in Francia aliam vxorem haberet: & promisit huic secundæ aliquid nomine dotis: an illud petere possit? Respondeo quòd non.

c ¶ Caldebrin. quia sit gibus se coribus. l. a flue vxore.

d ¶ Matrimoniorum. id est, vxorem.

e ¶ Non potest. vt & infrà ad l. Iuliam de adulter. l. eum in fin. & facit infrà de testamen. l. neque pro fisco. in fine. & infrà de inoff. test. l. ¶. & ¶. de rendich. ob turpem causam. l. mercedem. & inf. de incert. stipu. l. ¶. ¶ Item not. quòd ex eo quod hic dicit non posse peti, colligunt quidam argum. ergo nec retineri si accepit. sed non valet: vt ff. de condict. indebiti. l. ex quibusdam. Neque b enim paria sunt promesso & dato per omnia. nam si dedero meretrici, non repetam: si non solui, non seruor. ergo qui soluit debet, non repetit. sed licet hic, si mulier iustum accepit: vt ff. de inter vir. & vxor. l. Iulius hic statim. §. fin. & facit ff. de leg. 1. l. fin. nam & ibi non valet relictum vt coniugi quæ continet non est: licet nec hic donatio. ACCVRS.

b Promissio & dotis non differunt.

Cum in te.] CASTR. Ea die qua quis vxorem ducit, donat ei aliquid possitne valet reuocare, dicent donationem non valere, quia inter maritum & vxorem donatio non valet. mulier e contrario dicit quòd iuũ valet: quia non accepit vt vxor, sed vt sponsa quæritur quid iuris sit? R. ly. imperator distinguendo aut dedit vir cum iam vxorem domum duxisset, & non valet: aut antequam eam duxisset domum, & valet: quia primo casu censetur iam vxor, secundo verò non.

c Donatio facta in via dum ducitur sponsa ad domum mariti, valet: secũdo enim videtur se ipsa effecit in locum sponsæ. Campegian. de dot. part. 1. 13.

f ¶ Simpliciter donationem. ad differentiam propter nuptias donationis, quæ multiplex est. prodest enim ex liberalitate quadrimodo, nem ex dote.

g ¶ Ad mariti. eodem enim die & vir & sponsus esse potest.

h ¶ Ante nuptias. & hic vtor: vt supra eodem. l. ¶. & ff. de iur. do. l. dotis. ¶. & infra eodem. l. si non. & ff. de Publicis. l. cum sponsus. §. pejor. ¶ Sed quid si in via, scilicet cum fortè in domum viri ducebatur? R. esp. Mem si fieret in domo sponsæ h. arg. ff. de ob. in nupt. l. denique Cinna. & facit ff. de don. inter virum & vxor. l. interest. & l. pen. in prin. & §. virginal.

i ¶ Retrahi. quia prohibita est inter virum & vxorem donatio: vt ff. de don. inter virum & vxorem. l. j. §. ¶. retrahitur ergo rei vindicatione si extat. si consumpta est, condictione sine causa, quatenus locupletior facta est: vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. penali. §. fin. & l. Quod autem. & l. si sponsus. §. fin. & l. sequens.

¶ Et nota quòd furiat quidam hic colligunt quòd secũdũm leges vindicatio fit necessaria ad matrimonium, secus secũdũm canones. quod non placet: vt ff. de regul. iu. vera. l. nuptias. & in auctor. de nupt. §. nuptias. vbi iis & ff. de don. inter virum & vxorem. l. penali. & dicta l. denique. & de ritu nuptiarum. l. matrem. & facit ad legem istam.]. de inofficio nupt. libert.

Si cum ante.] CASTR. Titius ducturus Seiã in vxorem, dedit ei centum ante nuptias hoc pacto, vt si contingeret matrimonium dissolui, ipsa illa centum redderet, si matrimonium dissolutum est, potest heres Titij illa centum petere.

k ¶ Munera. simplicia, quæ in tabulis dari consueuerant: vt ff. de verb. signif. l. munus.

l ¶ Dotemque. tibi puellæ. ACCVRS.

m ¶ Sors. quia mors alterius eorum incertum est.

n ¶ Remanerent. id est, redderetur. & ex hoc verbo erat dubitatio: cùm stipulatio dandum vel faciendum debeat contineri. quod hic non fuit, sed ponitur improprie, vt dixi, & sic infrà de iure dot. l. etiam §. sen.

¶ Et sic nota sensum magis d quàm verba testamenti inspici: & plus quod actũ, quàm quod dictum est, intuendum: vt ff. de adimen. leg. l. ¶.

d Sensum potius quàm verba testamenti inspicimus.

o ¶ Conditio. & ff. de contrah. empt. l. fed Cassius. sic & qui e stipulatur animal esse & viuere, intellegit stipulari videtur: vt ff. de evict. l. si in quo. ACCVRS.

e Stipulatur animal esse & viuere, quia stipulatur.

p ¶ Accepit. adeundo vel recipiendo ex constitutione Trebellianica.

q ¶ Cecidit est, à quo defuncto.

r ¶ Pofiolem. adhuc præscriptis verbis, & ¶. de pact. inter empt. & vend. l. ¶. & facit ff. de pact. de. l. inter fœuerum.

Si ante.] CASTR. Titius maior vigintiquinque annis dedit sponsæ suæ fundũ aliquem in dotem: & eam induxit in possessionem: vsiz postmodum illum fundum alienare, quæritur, vtrum possit? Dicitur quòd non, & non est oppositum aliquod pactum quòd aliquo casu reuertereter ad ipsum virum.

f ¶ Matrimonium. contractum.

g ¶ Maior. secus si minor: vt §. de pr. di. minor. l. prædia.

h ¶ Fundum. scilicet fundum.

i ¶ Alienare. id est, alienare non potuit.

k ¶ Potuisse. vipote quòd alienatum est factum. sic & infrà de donat. inter vir. & vxor. l. si quidem. & ff. de donat. l. & supra de rei vind. Lapsuriens.

¶ Intellige hoc legem secundũm determinationem legis. ad. Lilem vetterum. 1. Vel loquitur hic quando fuit dictum vt nullo casu reperetur.

Cum

480/C.IV.K.5-4, 1117-1118
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Cum te.] CASVS. Dicitur in hac lege quòd donatio propter nuptias legitimè facta, non potest rescindi per rescriptum principis.

a ¶ Oportet. vt * infrà de revocand. donat. l. si apud. & l. si donationem. & T. de transactis. l. quæsitum. & T. de condict. ob caus. l. si repetendi.

Si filia.] CASVS. Titius filiæ Seii sponsæ suæ mancipium dedit: Seius etiam Titio iumenta quædam liberalitatis causa dedit. cõtracto matrimonio Titius per vim abiabit: dicit imperator quòd ille Titius debet restituere id quod per vim abiabit vxori suæ.

b ¶ Donatio. simpliciter, non contemplatione matrimonii, vt non abiret. infrà eod. l. cùm veterum. ¶ Sic dic in donatione dan b. inspici secundùm ius & voluntatem. Vel si fuit hac donatio contemplatione matrimonii, dices corrigi per legem illam, cùm veterum. ADDITVS. Prior verior, vt euitetur correctio: vt in auctent. quib. mo. nat. cf. fil. fui. Authen. relat. vig. & arg. supra de emptio. de. Lynice.

c ¶ Nec nupsit secutus. id est, non secutus: vt se ner, negatio negat, quod includitur in dictione secutus, non in verbo abiabit, sicut apponitur nec, pro & non.

d ¶ Rapiuit. per actionem vi bonorum raptorum. l. si quis in rem. l. unde vi. & secundùm primò casum die quòd simpliciter donatio non reuocatur, licèt matrimonium non sequatur. ff. de don. l. j.

Si sibi.] CASVS. Sponsus sponsæ suæ res proprias donauit, conferendo in eam spõsalitium largitatem: postea spõsus capitus est ab hostibus: nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita? Respon. quòd non.

e ¶ Si sibi. in præcedenti lege simpliciter fuit facta donatio, non sub conditione futuorum nuptiarum. similiter & in hac, & in sequenti lege. Vel dic sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta. infra l. prout. § fi. mater.

f ¶ Proprias. sui sponsi.

g ¶ Donatio. hoc intuitatur infrà eodem. l. cùm veterum. & l. si à sponsa. Vel dic vno dependitio modis duobus intelligi hanc legem.

Si mater.] CASVS. Mater sponsæ sponsi filiæ suæ donauit prædia, & eam in vacuum possessionem induxit. postea secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ nunquid mater potest illam donationem reuocare? Certè non. & hoc est verum in sponsalitia largitate facta in donatione propter nuptias.

h ¶ Si mater. exponit hanc legem vt dixi T. l. prout. & facit T. de condict. ob caus. de l. si repetendi. & ff. de vsur. l. cùm quidam. § denique.

a Rescriptum non potest rescindi nec per sedia donatio.

b Donatio ante nuptias, duo vitia inspicienda, tempus & voluntas.

c Donatio facta, non secuta nuptiis, non potest.

12. Idem AA. & CC. Iuliano.

CVm te sponsæ filij tui quædam donasse confitearis: perfectam donationem rescindi nec nostro oportet * rescripto, quam tua voluntas iurisque auctoritas fecit ratam.

Ablatum de facto non inducit permissionem auferendi de facto sed ciuili remedio opus est. BALD. Vel sic: *Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licèt matrimonium non sequatur. id est. de quo quid iuris, dicetur* infrà eo. l. cùm veterum. SALYCET.

13. Idem AA. & CC. Diuoto.

SI filiæ tuæ sponsus, ei mancipium donauit b, ac tu in eum iumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis c, contra iuris rationẽ, quod dederat abstulit: non inuicem datorũ restitutio, sed eius quod illicitè rapuit, repetitio d competit.

Mors accidentalis gladij, simpliciem donationem non rescindit. BALD. Vel sic: *Mors sponsi non facit donationem sponsalitiam reuocari.* SALYCET.

14. Idem AA. & CC. Nea.

SI tibi e res proprias f liberalitatis causa sponsus tuus tradidit: eo quòd ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio g fieri non potest.

Quod simpliciter donatur, simpliciter valet. BALD. Vel sic: *Donatio facta à socru si perfecta est, non reuocatur.* SAL.

15. Idem AA. & CC. Timotheo *, & Cleriano.

SI † mater h vestra filiæ suæ sponso vel marito i prædia sine vlla repetendi lege donauit: & eum in vacuum possessionem induxit: nupciis diuortio solutis perfecta non dissoluitur donatio.

Sponsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest. BALD. Vel sic: *Creditor agens contra donatarium hypothecaria, debet probare suã hypothecam tempore praecessisse. si ergo non apparet vtrum res fuerit prius donata Titio, quàm obligata Seio, Seius agit hypothecaria succumbit: quia ne probat rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis.* BALD. Vel sic: *Creditor agens hypothecaria, debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis.* SALYCET.

16. Idem AA. & CC. Alexandro ‡.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores mariti facti, si non prius obligatas eas sibi probent †, cum conuenire minimè possunt k.

Mater confitentes donatorii rei suæ venire contra non potest, rem prius retinere offerendo. BALD. Vel sic: *Filius potest donare rem matris ea confitente. & donatio sponsalitia potest retro in dotem dari: nec mater volens pretium dare, audiatur.* SALYCE.

17. Idem AA. & CC. Aurelio *.

SI consentiente matre sua l sponsus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æstimatis m, in matrimonio pòst decessit: mater eas démque heres eius pretium offerens, restitutionem eorum improbè n recusat *.

Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsalitia: & matrimonio non secuto donatum redditur donatori: nisi per ipsum donatorem fuerit quod matrimonio non sequatur. BALD. Vel sic: *Simplex donatio sponsalitia intelligitur bodie ob causam futuri matrimonij facta: & si per quem fuerit ne matrimonium fiat, non repetit quod dedit: & eniam sibi datum restituet.* SALYC.

18. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximum P.V.

CVm * veterum sententia o displicerat, quæ donationes ¶ in spõsam nuptiis quoque non secutis decretis valere: ea tunc quod donatum est. Idem obseruetur quando sponsa donat sponso. ACCVRS.

p ¶ Cùm veterum sententia. quæ deprehenditur *supra eodem. l. si filia. & l. si tibi.* idcòque illæ ad hanc trahendæ sunt. nam per has duas leges Constantini debemus intelligere omnes alias leges illius tituli, quæ indifinitè dicunt valere, & non reuocari donationes inter sponsos. Alij dicunt: quòd alia leges huius tituli loquuntur quando causa liberalitatis tantum, & non matrimonij facta est donatio. prima placet secundùm Imp. Item nota quod hæc lex loquitur quando fiat per alterum. & sexto per secutum, nunc loquitur T. eod. l. si tibi res. Item & loquitur hic vbi non est ex mera liberalitate donatio, sed contemplatione matrimonij: quod semper præsumitur, nisi in contrarium sit actum.

q ¶ Donationes. filiiter factas.

* Timotheo & Dioscoro dicit Lanzon.

† Donationes facta maiori à contemplatione matrimonij, manent mutatis per contemplationem matrimonij fuitq; restituenda. Authentica. vnde hæc. c. 1. fiduciaria. § arrogat. ff. de vulgar.

e ¶ Si tibi. in præcedenti lege simpliciter fuit facta donatio, non sub conditione futurarum nuptiarum. similiter & in hac, & in sequenti lege. Vel dic sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta. infra l. prout. § fi. mater.

f ¶ Proprias. sui sponsi.

g ¶ Donatio. hoc intuitatur infrà eodem. l. cùm veterum. & l. si à sponsa. Vel dic vno dependitio modis duobus intelligi hanc legem.

h ¶ Si mater. exponit hanc legem vt dixi T. l. prout. & facit T. de condict. ob caus. de l. si repetendi. & ff. de vsur. l. cùm quidam. § denique.

i ¶ Mariio. nam sponsus donat gratiosè, sed c non socrus: vt ff. de donatio. inter vir. & vxorem. l. si. § socrus. & l. cùm hic statum. § ratio. & T. de don. inter vir. & vxor. l. si in.

k ¶ Mariorum pignus. quia heredes, non sunt obligati in rem personali actione conuenientur: vt T. de heredit. vel act. vendi. l. fin. & infrà de don. l. ante. & infrà de iure dot. l. hoc iure. hoc verum, nisi aut essent eis obligata, vt hic, & infrà de don. inter vir. & vxor. l. si quidem. & in alio, scilicet quando in fraudem eorum esset facta: vt T. de reuo. don. quæ in fraud. cre. l. j. & ff. quæ in fraud. cre. l. j. §. j.

l ¶ Consentiente.] CASVS. Sponsus filiæ matre de consensu matris suæ mancipia matri in sponsum contulit. secutis nuptiis eadem mancipia inæstimata recepit in dotem. decessit maritus, & ei mater cuiusdè heres. mater vult offerre mancipiorum æstimationem, & ea reuocare. potestne? Certè non. ACCVRS.

l ¶ Mater sua. cuius erant mancipia: & idcò eius exigitur consensus. m ¶ Non æstimatis. abiis æstimatis repetetur: vt infrà de iure dot. l. quotiens. & l. cùm decem.

n ¶ Improbè. restituere ergo mancipia mater sponsæ marti sponsi, non eorum pretium.

o ¶ Recusat. repetit ergo sponsa vt hic. & ff. de Public. l. cùm sponsus. in principio. Item id id quod dicit, confitentur, facit ff. de euict. l. quidam.

CVm veterum.] CAVTELA. Olim si sponsus dabat sponsæ, valebat donatio, etiam si non fuerit completum matrimonium. hodie si sponsus donat sponsæ, vel reciprocè, semper intelligitur dare sub conditione, si matrimonium sequatur. Sed si sponsus donat sponsæ, & parentes sponsi nolunt perficere matrimonium, tunc sponsa non tenetur restituere donationem quam accepit, sed promissam pecuniam potest. si verò pater sponsæ noluerit vt perficiatur matrimonium: tunc sponsus & heredes sponsi repetere possunt.

p ¶ Adhæ

* C. 1. q. 2.

* C. 1. q. 2.

* Aurelio.

480/C.IV.K.5-4, 1119-1120
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a Matrimonij non est affinitas, sed causa affinitatis.

a ¶ *Adfinitatis.* id est, matrimonij a: quod a si est adfinitas, sed causa adfinitatis: vt *ff. de gradibus cognat. l. non facile.* §. *adfines.*
b ¶ *Siue non ita.* id est, dicere, siue nominatim expressit causa matrimonij se dare, siue non.
c ¶ *Sibi ipsi.* cum sui iuris sunt.
d ¶ *Voluerint.* sine causa.
e ¶ *Refedit.* de his quæ se daturum obligauit.
f ¶ *Transferatur.* conditione ex hac lege.
g ¶ *Per conditionem.* ex hac lege.
h ¶ *In rem quæ* h oritur ex tacito pacto. Tacitè enim videntur pacisci de reddendo si matrimonium non sequatur per factum accipientis. Sic & *ff. de iure dot. l. stipulationem.* sicut c pro expresso nascerentur: vt *ff. de don. quæ sub mo. l. j.* & ij. Accvrs.

† al. potius non fuerint filium voluerit.
a *vxorem. alij* [illegible]
b Actio in rē nascitur ex pacto, & [illegible]
c Pacti taciti, & expressi similitudo.
† Causa data causa non secuta. & vide [illegible] Cviac.

S*I à sponso.*] Castr. Si sponsus dedit sponsæ, distinguitur: aut interuenit osculum, aut non. Primo casu si moriatur sponsus vel sponsa, medietas rerum donatarũ remanet penes sponsam, medietas penes heredes. In secundo casu non valet donatio, siue sponsus, siue sponsa moriatur. ¶ Sed quid econtra si sponsa donauit sponso? quod rarò accidit. Certè hoc casu si interuenerit osculum, vel non, solida donatio reuocatur.
i ¶ *Osculo.* quod mulier d dicitur dare, non accipere e: & gratia viri, non mulieris interuenit. Accvrs.
k ¶ *Iure.* ciuili, vel prætorio.
l ¶ *Non interueniente.* vel interueniente quidem: sed fuit illicitum, matrimonio non secuto iuris prohibitione.
m ¶ *Rarò accidit.* quia f auara est, auarissimũ t enim genus est mulierum: vt *ff. ad Velle. l. sed si ego. in fi.* & *ff. de don. inter vir. & vxo. l. si stipulatus.* §. & quia largitor: vt *l. de his qui ve. æta. impe. l. 4.* § *fœminas.*
M*inoribus.*] Castr. Mulier minor xxv. annis patre destituta, recepit donationem tamen quantitatis, quę requirebat insinuationem: nunquid donatio ista sine insinuatione facta valebit? Certè sic. Accvrs.
n ¶ *Minoribus ætate.* Videlicet xxv. an. Cviac.
n ¶ *Donatione.* licet sit vltra cce. solidos: vt *ff. de don. l. fœminam.* §. aliâs quib. secus si esset maior: vt *ibi.* & *ff. de rer. do. l. fin.* §. *simili.* Sed hodie idem si esset maior; quia si pacta lucri cedant parti ma-

d Donatio facta à sponso sponsæ matrimonio nō secuto penitus resoluitur, si osculum non interuenit: si interuenit, pro parte dimidia. Donatio verò facta sponso à sponsa, tota reuocatur, [illegible] osculum interuenerit, siue non interuenerit. Quę hic de sponsa, idem de sponso. Vide Carpegiam. de don. c. 7. n. [illegible]
e Osculũ dare mulier intelligitur, non accipere.
f Donare rarò mulieres, siue vxorę, siue sponsæ, v. [illegible] c. 4. [illegible]
g Auarissimum genus mulierum.
† Ante hic magis fæmine mulieres, quàm viros, contra [illegible] de [illegible] ad [illegible] Fæmi[illegible] [illegible] c. de [illegible] impr.

quæ largiendi animo inter sponsos & sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue adfinitatis a coeundæ causa, siue non ita b, vel in potestate patris degentes, vel vllo modo proprij iuris constituti, tanquam futuri causa matrimonij aliquid sibi ipsi c, vel consensu parentum mutuo largiantur: si quidem sponsus, vel parentes † eius sortiri filium noluerint d a vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum: & si quid apud donatorem resedit e, ad sponsam & heredes eius summotis ambagib. transferatur f. Quod si sponsa, vel is in cuius agit potestate causam non contrahendi matrimonij pr[æ]buerit: tunc sponso eiusque heredib. sine aliqua deminutione per cōditionē g †, aut per vtilem actionē in rem h redhibeantur. Quę similiter obseruari oportet & si ex parte sponsæ in sponsum donatio facta fit. Dat. XVI. Kalen. Nouēb. PP. XVI. Kal. Sept. Romæ Constantino A. V. & Licinio Coss.

Dictum est suprà in l. præcedēti quando per pœnitētiam matrimonium non contrahitur: sequebatur videre quid iuris quando per casū. & nunc determinat hæc l. quòd quando sponsus donauit sponsæ, & non interuenit osculum, repetitur omne datum: sed si interuenerit osculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratione osculi. Bald.

XVI. *Idem A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.*

SI à sponso a rebus sponsæ donatis interueniente osculo i, ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partē rerum donatarũ ad superstitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctæ heredes cuiuslibet gradus sint, & quocunque iure k successerint: vt donatio stare pro parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videatur. Osculo † verò non interueniente l, siue sponsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationem, & donatori sponso vel heredibus eius restitui.

Quòd si sponsa, interueniente vel non interueniente osculo, donationis titulo (quod rarò accidit m) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, siue eius successores, donatarum rerum dominium transferatur. Accep. XIII. Kal. Maij, Hispali, Nepotiano & Pacato a Coss.

Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest: non tenetur insinuare donationem ante nuptias. Bald. *Vel sic: Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione.* Salyc.

XVII. *Impp. Theod. & Valent. AA. Maurio P.P.*

MInoribus † ætate n fœminis, etiam actorum testificatione in ante nuptias donatione o ad eas facta, omissa: si patris auxilio destitutæ sint, iustè consulitur, vt firma donatio sit. Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. Tauro & Felice Coss.

Licèt pater transeat ad secunda vota, vel etiam mater: non tenentur tamen reseruare filiis primi matrimonij donationem propter nuptias quam lucratus fuerit pater: nec dotem quā lucrata fuerit mater soluto matrimonio. Vel sic; & *breuius: Quod ad alterum ex coniugibus reuertitur de eo quod dedit, non tenetur filiis primi matrimonij reseruare.* Bald.

XVIII. *Imp. Zeno A. Sebastiano P.P.*

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migrauerit nuptias, vel non migrauerit: nihil omnino filiis prioris coniugij ex donatione o ante nuptias, quam ipse vel alius pro ipso vxori quondam eius matri communium liberorum donauerit, seruare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multòque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil p iisdem filiis ex dote quàm patri eorum ipsa, vel alius pro ea obtulerit, seruare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari: & hypotheca ex die augmenti contrahi: & econtrario possunt dos & donatio minui, nisi illa deminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonij. Bald. & Salyc.

XIX. *Imp. Iustinus A. Archelao P.P.*

SI constante matrimonio cōsiliũ augendæ dotis inierit, vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilo minus marito secundo marito. & hoc casu mulier nō possit dominante dotē in

liberis, non nocet insinuatio omissa, sed econtra nocet viro, ad lucrum dotis: vt *ff. de an*[illegible] *ab decursum est.*
S*I liberis.*] Castr. Paterfamilias habuit primam vxorem, & ex ea suscepit liberos, & dotem lucratus est ex pacto, vxore præmortua, nunquid tenetur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certè non, si non conuolat ad secundas nuptias. Idem econtra est in muliere, cui donata est donatio propter nuptias à viro. Accvrs.
o ¶ *Ex donatione.* ad se reuersa, vt debet: quod est not. per l. istam quia sicut a dos b ad mulierem, ita c donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt hic dicitur. Item dubitatio legis erat secūdùm quosdam quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare. sic ex morte mulieris lucrari videtur donationē, sed potiùs magis videtur rehabere suam. sic econtra dicas in muliere. Accv.
p ¶ *Nihil.* cum habeat alia bona ex quib. possit relinquere vnicuique filio tantum, quantũ dat secundo viro in dotē. & sic soluitur contrariũ quod est *ff. de secūd. nup. l. hac edictali. in prin.* Aliud autē si apud maritũ aliquid ex dote remanserit, vel apud vxorē ex donatione: quia seruare cogeretur: vt *ff. de secūd. nupt. l. fœminæ.*
S*I constante.*] Castr. Mulier copulauit sibi Titium in maritũ, & paruã dedit dotē, & ille paruã donationē: an illa postea cōstante matrimonio possit augendo [illegible], vel ille donationem? Et resp. quod sic. Item si illa vult augere dotē, ille donationē facere potest, vt æqualis sit quantitas tã dotis, quã donationis. Et pacta quæ apponūtur de nō reddēda dote, vel retinenda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij [illegible] obligata pro illa quantitate quã mulier adiecit, ab eo tēpore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotē & donationē cōstāte matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu verbi gratia, Marit a vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult cōuolare ad secūdũ matrimoniũ, tūc si vult mulier dotē vel partē dotis dare marito: nō poterit: nisi tantũ det vnicuique filiorũ quos suscepit ex primo matrimonio, quātũ dat illi [illegible] fraudem

a Patrimonij, vt [illegible] Theodoſ.
† C. T. [illegible]
a Dotis & donationis propter nuptias similitudo.
b Dos ad mulierem redit, soluto matrimonio.
c Donatio propter nuptias soluto matrimonio ad virũ redit.
Optimè in hanc leg. Accursius. Cviac.

480/C.IV.K.5-4, 1121-1122
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

fiat eadem filiabus iure praefamenos extra eam quod aliud agat, & aliud agere simulet. ponit enim quod mulier dedit causa dotis marito c. si vult modo deminuere dotem, non potest.

a ¶ *Interdictae esse.* iuxta citatis: vt *ff. de donationibus inter vir. & vxor. l. ij.* sed ibi de simplici donatione.

b ¶ *Indulgendum.* id est, remittendam * aliquid de rigore iuris: sic *ff. de tempor. appellat. l. final. in fine.* ACCVRS.

c ¶ *Pigrius.* sic *ff. de bon. quæ lib. l. constitutionis. §. proficiendum.*

d ¶ *Mallum esse.* fidelicet ab initio.

e ¶ *Eiusdem quantitatis.* vt *Instit. de donat. §. est & aliud.*

f ¶ Et dic quantitatis b, id est, quantitate iure ipso: sed hodie etiam quantitatis vt *ff. de pact. con. l. ex morte. & l. legg. & in authent. a quotiens.* secundum quosdam, quod non placet. & illæ leges ad pactum hæri intelliguntur: hæc ad constituendam dotem & donationem.

f ¶ *Statuere modo.* in principio huius legis vbi dicitur indulgeri sibi pacta: & § nil dicatur, erit & illud seruandum, quod in principali erat: vt *ff. de pact. de l. inter socerum. §. g.*

g ¶ *Initio fuit.* eam dos constituebatur.

h ¶ *Referantur.* sic & *ff. de secund. nupt. l. hac edictali. §. fin. & ff. de in. de l. mariti.* & mutuo. aliaquin contrarie vt *ff. si dos constitutio matrimonii f. vnica.* quæ est contra. Vel dic, hic non erat dos pactiua, sed promissa d, & per pactum remissa.

a ¶ *Hic casibus.* idem repetitur *in Nov. 22. §. quæ vero dotis.* CYIAC.

b ¶ *Machinari.* sed quomodo aliquis possit machinari, eam quantam sit datum secundo coniugi nomine dotis vel donationis, spectetur tempus c mortis huiusmodi parentis: vt *in authent. de nupt. §. quia vero dotis.* collat. 10. ¶ Respon. nihilominus & tempus contractii matrimonii. Inspicitur enim vtrumque. si enim tempore contracti matrimonii fuerint 2. in dotem data sub pacto de lucrando, tempore autem mortis hiusdem potentis fiat deminutio in vna tantum, tempus contractii matrimonii spectatur.

si vero omnia contra, inspicitur tempus mortis hiusdem. ergo idem dicit hic, quia ait per hoc, id est, per eadem deminutionem quoq; licetur, seu pro marito cuilibet alij, tanto donationem ante nuptias additamento maiorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec obstat in huiusmodi munificentiis interdictas esse * liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendū b est namque consensui cōmuni patrimonie cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius c constituatur augmentum. Idemque licere præcipiatur etiam in his matrimoniis, in quibus interdum accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse d, solam verò dotem marito mulierem obeuisse: vt etiam tunc muliere dotem augente, licet marito quoque donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis e facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis videlicet de redhibitione vel retentione auctæ dotis vel donationis (peuit partes consenserint) pro iam statuto modo f ineundis, sine iniungendis veteribus pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt g. Iura etiam hypothecarum, quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tēpora referantur h.

Sed & si econtrario maritus & vxor ad deminuēdam dotem & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem deminutionis quæ in dote fit: etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionibus ineunda, firma * & legitima esse intelligamus: excepis videlicet his casibus a, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus*, secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionem dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonii filij prioris matrimonii gravetur, qui debent renocare quod plus est: vt *ff. de secundis nupt. l. hac edictali. §. fin vers. plus quam fuerunt ff.* Ille autem ideo vult deminuere, vt fraudet filios prioris matrimonii, vt non possint renocare, scilicet filij: cum iam tempore mortis non inuentantur plus in dote, & sic debeat communicari cum filiis & secundi, & primi matrimonii, secundum H.

Sequitur authentica, *sed iam necesse, &c.* quæ legitur super principio huius legis, & est ex corpore *de equalitate dot. §. aliud collat. vij.*

Sed iam.] CAVTELA. Hic dicit quod si mulier auxit dotē, maritus potest augere donationem: & si vir non teneatur aliqua debitio, tunc possunt augeri donationes, vel de rebus mobilibus. Si verò maritus gravetur ate alienio, tum debeat augere dotem, & donationem de rebus immobilibus: quia tamen si mulier haberet prædia, & res immobiles: & augeret dotem de rebus mobilibus, non * gauderet aliquo priuilegio.

i ¶ *Calebare.* non ergo in voluntate eius, vt erat per legem. *§. consumo*, sed ex necessitate.

m ¶ *Aere.* magno b.

n ¶ *Augmentum.* dotis.

o ¶ *Aes alienum sit.* magnæ auctoritatis.

p ¶ *Suspicio.* alioquin aliud esset. ¶ Item hoc erit propter priores creditores c, non propter sequentes: vt videtur. sed certè eadem d fraus adhibita sit sequentes possit conuenire.

q ¶ *Aduersus alios creditores.* præcedentes, vel etiam sequentes, secundum H. & B. & Azo. & ACCVRS.

CVM multa] CAVTELA. Olim si donatio fiebat vltra quingentos solidos, non valebat sine insinuatione: quia ille qui donabat, debebat notificare præsidi, & impetrare licentiam donandi. vnde mariti decipiebant vxores: quia non insinuabant donationes: vt sic pro infectis haberentur. Et sicut dos potest constituai constitutio matrimonio, ita & donatio propter nuptias: quæ licet fiant constante matrimonio, non debent dici simpliciter donationes, sed propter nuptias: & tamen debet donatio esse maior in quantitate quam dos. & si fuerint aliqua pacta inter virū & vxorem, pura de dote vel donatione faciendo: illa obseruentur. sed si super dotis non fuit pactum, sed super dote fit, nunc intelligi repetitū in donatione propter nuptias. Pacta tamē quæ fuerunt

a De signor iuris aliquid mutandum.

b Quantitas pro quantitate.

c Dos constante matrimonio certis casibus fieri potest. e casibus illis in GILL. in verbis dos detur, *in ff. filiis prioris matrimonii.*

d Dos promissa, etiam constante matrimonio vxori à viro annuari potest: licet accepta non possit et fieri, nisi certis casibus, v. Bartolus. *fugit. ff.*

e v. similem Cinc. Mant. *de nupt. §. in fi. in verbis non ab initio.*

* redhibitione 23. Mod.

a Dotem constitutam in rebus mobilibus prædium fuisse in fraudē creditorum. hinc colligit Compegna *de dot. part. 1. q. 22. n. 8.* Infra eius alienatione gratiam debere non intelligitur, qui pactum quantitatem dotis, liaque ex ea ratione vt fugitiuus rapi possit negat Socin. *regula, de hiis fugiunt* 72. fol. 8. tito *dotis quantitas* 22. Bartolus augmentum dotis vxori posse constituere. de quo vide Compegnam *de dot. part. 1. n. 6. & 7. & sequen.*

* Dotis constitutio facta à marito constante matrimonio, non præsumitur conditionibus verisimilibus, vel probabilibus, sed ipsi viro. v. Alciat. *dot. ant. n. 2. adde Bartolus. ar. 294 [illegible] Compegnam de dot. part. 1. n. 11.*

d Fiunt cum omnis possit aduersus creditores prohibitos. & dotem in quibus dotis: vide colligit Bart. *in 1. ad Pauler. §. 1. g. [illegible] in fine.* Idiotum renuntiatum dotis etiam fuerit conditionibus.

† Calcar. explicat in cons. [illegible] ad Mentellum 22.

480/C.IV.K.5-4, 1123-1124
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[illegible]

debant a, vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis commoda lucrentur b, vxores autem c sine nuptiali remedio relinquantur: sancimus nomine prius emendato d, ita rem e corrigi, & non ante nuptias donationem eandem vocari, sed propter nuptias donationem. Quare f enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri marito dare conceditur: donationem autem marito, nisi ante nuptias facere non permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, quàm maritis subueniri? sicut enim dos propter nuptias fit g, & sine nuptiis h quidem nulla dos i intelligitur, sine dote autem k nuptiæ possunt celebrari l: ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio talem donationem facere m: quia quasi antipherna n hæc possunt intelligi, & non simplex donatio. Ideò enim & antiqui iuris o conditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur & nomine p & substantia q nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere, siue prius quàm matrimonia contraxerint, siue postea †, donationes mulieribus dare propter dotis donationem: vt non simplices donationes intelligantur, sed propter dotem & propter nuptias factæ.

IN AVTHENT. VT immo. ante nupt. do. §. si quis. colla. v. constit. xiv.

Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri. BALD.

PErmissa est r & in rem actio pro tali donatione mulieri aduersus omnes possessores.

Finis authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias veritæ sunt: & propter alias causas s, & libidines forsitan, vel vnius partis egestatem, non propter ipsarum nuptiarum affectionem efficiuntur t.

Si igitur u dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamen, vt dotis quantitatem * non excedant z, & hoc ipsum significauerit, quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem iam conscriptam & ipse ad donationem venerit: licebit hoc ei facere: & supponatur pactis dotalibus huiusmodi donatio: & si quidem 9 hoc specialiter fuerit expressum y, pacta conuenta seruari oportet z. Sin autem donatio quidem talis facta sit, vtpote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inferantur: ne ipsa videatur hoc esse pactum, vt secundum dotales conuentiones intelligantur & in tali donatione pacta fuisse conuenta: vt æquis passibus a vtraque ambulet, tam dos, quàm donatio: ita tamen, vt Leoniana b constitutio (quæ super exæquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus c) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra d quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes. Disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lu-

[illegible]

Nn 2

480/C.IV.K.5-4, 1125-1126
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

quandò ab initio est vtraque constituta, vt modò dixi.
a ¶ *Minorem.* Si ᵃ maius reducitur ad minus: ergo ᵇ aliquid ad nullum, si super aliquo eorum sit nullum, cum id quod nullum sit, minus sit: vt ff. *de tribu. l. illud. §. minus.* quod est falsum: immo nullum ad aliquod: vt *suprà ea. l. §. si autem donatio, &c.* sic & aliàs fallit argumentum prædictum: vt si instituam te heredem in vj. vnciis: & alium simpliciter: habet pactum vacantem. si verò nulla vacet, quia primus in xij. vnciis sit institutus, alius in mediatate tantum: priori ademptum videtur, & secundo datum. sic & in legato: vt *infrà de lega. l. cum quidam.*

a Maius ad minus reduci potest.
b Ad nullum aliquod reduci non potest: sed nullum ad aliquod reduci potest.

cri partem ad minorem ᵃ deducendam esse censemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

IN AVTHENT. VT exact. instan. do. §. illud. collat. vij. constit. v.

Nota. est valde: & dicit quòd dos data meretur donationem propter nuptias coæqualẽ sibi in quantitate, & quotitate, & pactis, ita intelligit gloss. Secundò dicit quòd si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantum si immobilis: (quod simile est danti) & promeretur donationem sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliàs largitionem. BALD.

DOs data donationem propter nuptias meretur ᵇ, præterea si pars mulieris dotem soluere sit parata, cùm ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cùmque sit res mobilis ᶜ, signaculo imposito recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinanda est donationis exactio ᵈ. At si per dilationem dos viro non detur: etiam donatio penitus denegetur.

Finis authenticæ.

Sequitur textus Codicis.

Similique modo ᵉ si facta quidem fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias ᶠ, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuentu faciendo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. Similique modo & ea constitutio, quã pro augendis tam dotibus, quam ante nuptias donationibus fecimus ᵍ, intacta illibataque conseruetur: omnibus videlicet quæ de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem constante matrimonio, vel à vete-ribus ᵍ, vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

DOs data.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd maritus potest facere donationem. Authentica imponit ei necessitatem facere donationem. & mulier si velit soluere dotem, & maritus eam nolit accipere, potest eam consignare, & deponere coram iudice & coram testibus: dicit mulier se esse paratam soluere secundum pactum quod fecit de lucranda donatione.

b ¶ *Meretur.* Id est, debebit eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet ᶜ nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum. quod non placet. Imò est dicere quod sicut mulier constituit dotem, ita & maritus debet donationem propter nuptias constituere. & sicut ᵈ dos ad mulierem soluto matrimonio redit, nisi pactum sit de lucrando: vt *infrà de rei vxo. act. §. illo formidabile.* sic & donatio redit ad maritum: cum lex illa, *cum multa,* dicat dotem ᵉ & donationem propter nuptias æquis passibus ambulare.

¶ Sed cur meretur vxor, cum ipsa non ᶠ lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt d. §. *illo.* nec fructus ᵍ habeat? Respond. vt securior sit in dote, nam res suas vir alienare non potest consentiente vxore: vt *suprà ad Velle. l. etiam.* quod non est in donatione: vt *in authen. ibi posita, sine à me, &c.*

¶ Sed qua actione agetur vt fiat donatio? Respond. condictione ex hac l. sed Azo dixit quòd agit mulier condictione, vt sibi tradatur, non autem vt constituatur: quia ipso ʰ iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

c ¶ *Res mobilis.* nam aliter non sit depositio: vt arg. ff. *quando & quibus quarta pars. l. ij. lib. x.*

d ¶ *Exactio.* ¶ Sed quid si non fuit constituta donatio, nec petita constitui, sed facto diuortio petit eam constitui, & lucrari pro tertia, cum dotem dedisset: & de ea lucranda pro tertia sit factum pactum? Respond. non potest agere: sed sibi imputetur quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem.

c Donationẽ propter nuptias ipso iure constitutã esse in simili dotis quantitate, hinc colligunt quod tamen ab Accursio impugnatur. de quo vide Compendium de dote parte 1. quæst. 4. & 10.
d Vide Gloss. &c. quod sit scripta *Nou. 97. in verbo, donatio.*
e Dotis & donationis propter nuptias libramen similitudo.
f Donationem propter nuptias soluto matrimonio vxor non lucratur, nisi ex pacto speciali: vt hic adde Gl. & Bald. in l. cum multa &c. in verbo, donatio.
g Vxor nõ lucratur fructus donationis propter nuptias, sicut vir dotis adde Gl. &c. in verbo, principio, & Bart. &c. in ... &c.
h Data dote ipso iure constituta intelligitur donatio propter nuptias, vt hic adde Bart. &c. de æqualit. dot. coll. 8. in pr.

¶ Item numquid pactum de lucranda dimidia parte dotis valebit, cum nullam fiat in donatione? Respond. sic. Alij contra: cum dicat lex ista, *cum multa. dispariibus eventum, &c.* & minus ᵃ dicitur, vbi nihil fit: vt ff. *de rei. l. illud. §. pen. & ff. de verb. signif. l. minus.* Sed contra eos est ¶ *ea. l. §. sin autem donatio, &c.*

a Minus dicitur esse vbi nihil fit.

e ¶ *Similique modo.* tertia pars legis. & refertur ad princ. l.

a ¶ *Nunc a. propter nuptias.* Idem tamen Iustin. in Nou. 1. sæpe vocat antenuptialem donationem. CVIAC.

f ¶ *Fecimus.* Supra l. prox. videtur enim fecisse, cum fecerit pater eius. 2. Vel dic ᵇ quod fecit aliam quam non habemus, similem illi.

g ¶ *A veteribus.* vt ff. *de donat. inter virum & vxorem. per totum. & infra de donat. inter virum & vxor. per totum.*

b L. si constante. supra eod. quia non Constantinus cum patre Iustino Augusto, & Imperator appellabatur.

IN AVTHENT. VT spon. lar. in princip. colla. ix. consti. ij. & in authent. vt fra. filij. §. illud quoque. colla. ix. const. viij.

Ista authentica continet ius positiuum. Primò præmittit quoddam præambulum, scilicet quod donatio propter nuptias est specialis contractus, id est, proprius, distinctus, & validus & iustus. Secundò subdit, quòd vbi facta est donatio propter nuptias in qua est appositum pactũ de lucrando, consimile pacto dotis: mulier quæ non insinuat donationẽ propter nuptias, non meretur pœnam quia existente conditione lucretur, sed vir qui non insinuat, meretur pœnam, quòd sibi non prodest pactũ lucrandæ dotis. BALD.

EO decursum est, vt sponsalitia ʰ largitas specialis ⁱ sit contractus, nec insinuationem ᵏ desideret, etiamsi ab alio detur, licèt in viri personam ˡ donatio fiat, quatenus ᵐ ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantum ad mulierem ⁿ. At si vir, vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cùm ea sit quantitas ᵒ, & pacta decalium concedant parti ᵖ viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

IN AVTHENT. DE æqualita. do. §. aliud. collat. vij. const. viij.

NVnc inhibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

EO decursum.] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Authentic. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quo ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

h ¶ *Sponsalitia.* Id ᶜ est, donatio propter nuptias, & sic impropriè dicitur: sed propriè illa quam sponsus sponsæ, vel econtra dat & facit.

i ¶ *Specialis.* quia quoddam speciale in ea seruatur, vt subiicit: nec enim insinuationem ᵈ, &c. olim contra, nisi in casu: vt *suprà eod. l. minoribus.*

k ¶ *Insinuationem.* quæ ᵉ exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt ff. *de donat. l. pen. & fin.*

l ¶ *In viri personam.* scilicet nomine viri sua mulieri.

m ¶ *Quatenus.* id est, eo pacto vt conscribat scilicet maritus in hunc contractum, id est, donationem propter nuptias, id est, dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.

n ¶ *Quantum ad mulierem.* vt insinuatio non sit necessaria.

o ¶ *Cùm ea sit quantitas.* quia excedit quingentos solidos.

S † quis [naturalem * duntaxat fœcunditatem sortitur,] seu liber i ipse, seu curiæ sit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos, quémve maluerit, eius ciuitatis curiæ, vnde ipse oritur, & in solidum k heredes scribendi liberam ei cõcedimus facultatem l. Quòd si cui non ex vrbe: sed ex vico, vel possessione qualibet oriundo, naturales liberi cõtigerint, eósque velit sub definitione prædicta curiæ splẽdore honestare, & hereditatis opibus adiuuare: eius ciuitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille, vel possessio censetur l. Quòd si alterutram regalium ciuitatum m patriam sortiatur: sit ei liberum susceptam ex inæquali coniugio n sobolẽ, cuiuscunque ciuitatis decurionibus * immiscere: dũmodò ciuitas, quæ eligitur, totius prouinciæ teneat principatũ o. Indignũ enim est, vt qui sacratissimæ vrbis vbere gloriatur, naturales suos non illustris ordine ciuitatis illuminet. Et hoc, siue postrema definiat voluntate, siue donatione cuiuslibet quantitatis in liberos naturales pater conferat q. Et quod de subeundæ sortes curiali, seu testamento, seu actorum fide constituit, ita ratum esse, stabilitérque volumus obseruari, vt siue abstinendo ab hereditatibus, siue abdicando donationes, naturales liberi curialem voluerint euitare fortunam, posteáque paternarũ opum vel in solidum, vel ex parte reperti fuerint possessores licet eas alienauerint r, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inuiti cogãtur accedere s. Sed & si filiam naturalẽ, vel filias habuit, & eam vel eas curiali, vel curialib. ciuitatis, ex qua oriundus est, vel sub qua vicus, vel possessio, vnde oritur, cõstitit, vel eius ciuitatis, quæ principatũ totius prouinciæ tenet, matrimonio collocauit: hæc eadẽ in persona eius, vel earũ ad exemplum marium obtinebunt. Quid. n. interest t verùm per filios, an per generos commoditatibus ciuitatum consulatur? & vtrùm nouos lex faciat curiales, an foueat, quos inuenit? Dat. XII. Kal. Ian. Constantin. Eudoxio, † & Dioscoro Coss.

† *Ex Nouella Theod. de iu. de nouo Iuuentum.*

* Indicio deabi. in vet. mus. & perpetuã fiant addita. Hoc ex ignoratio Acrum. plusque detrahendo fieri: aliosqui enim pugnaturus cum *l. de mancipiis. §. vt. ssp. cod.* Quæ obtinetur, vt non solum si soli fiat naturales filij: sed etiã fiat legitimi ex nulla matrimonio falsoqui: naturales tamẽ curiales fadi, sit legitimi. Quæ pugna ratione, ipsa nõ est. Suspicor potius ex verba hic vsurdi. ab Meloand. ex Mon. Theod. *de filiis decurionũ.*

a Hoc supernatum ab *l. 8.* hac hypothesis, quæ cuiũ tamẽ in parte malum legitimos habeant. Liberos ex vili, vel viro fortitur origine ex loco, vel villa, vel vicus illa habet.

chiepiscopis metrãnis quæ.

d Legitimum per obtinendi curiæ non fœcundis fuerit, fiat, nec aliud cognosci: vt hoc aliud in legitimum per latisquam matrimonii. *Nouella de nuptiis, in. §. de Barbel.* b Professiuæ repudiatio fœminiarum & qui incapax ex repudiatum, nequeunt ex publica possidere, *l. 1. C. de repud. vend.*

e Per filios, an per generos parens cõsultus nihil interest.

f *Mentio.* & Fatum VV. CC. Cuj. & Nouell. in Theodosi. fin.

a *Quemam*

480/C.IV.K.5-4, 1263-1264
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

* Quoniam desideria. hæc loquitur de superiori materia: sed in specie.

a ¶ Principalem. Id est, Cæsarem. C V I A C.

b ¶ Consulere facultas. quia prius consuebatur se dari curiæ: alioquin permittebatur si hereditatem repudiare, & eosdem conditionem: vt L. penul.

c ¶ Hæreditè. proprium nomen est filij.

d ¶ Cæsaris. sc. Bulfronæ *: vt in auth. de §. primus disqui. vbi hæc casus referitur.

Dic.] C A S S V S. Hæc lex ponit aliam modum legitimandi: & dicit, Si ex concubina habeo filium naturalem: contraho matrimonium cum ea, illi efficiuntur filij: fiunt nati ante contractum matrimonium, fiat post: Et ad istam Leonodat. infra. de nupt. in fin.

e ¶ Confiteantur. hic fuit primus Imperat. Christianus. Et non legitur hæc lex: & habet locum secundum sua tempora, quando facta fuit: hodie autem aliter effert infra ad Libon. eod.

f ¶ Indo matrimonio. Ide est in l. pren. Verum in Nov. 5. vbi hanc iuri derogatur. C V I A C.

f ¶ Vbinam. Hæc Anastasij, & superior Zenonis non valent quia secundum sua tempora loquuntur: vt in authen. e §. vnum. ad. vq. sed sequens lex, quæ est Justiniani: vt in authen. e §. adoptiuum. cessatur ergo hæc per sequentem, secundum Iu. & nihil valet. & facit §. de rem. nupt. l. in liberis. ACCVRS.

g ¶ Pro loco habeantur. pro concubina, quæ retinetur, ac si esset vxor: secundum quod hæc lex loquitur: secundum sua tempora dicit enim, in præsenti aliqua. &c. L. Vel aliter verè erat effecta vxor, & habebatur loco vxoris. Nec obstat, quod dicit. in pallium nuptiarum quisque mulierem dotalem, &c. non potest esse, quod cum copulatur cum filij, non fecit dotalia instrumenta: sed si modò facit, idem est. ACCVRS.

h ¶ In arrogationem hoc, vt dicit, contingit per §. adoptiuum. & infra per L. penuim §. in posterum. & per auctem. quod. mod. na. est. leg. §. & non sic in. tunc. ordin. vij.

Acceptis non intelligitur accepere emolumenta annexum: immò hoc casu emolumentum est irrepudiabile: vnde qui iuxta ordinationem patris acceptauit decorationem: hereditatem ex contemplatione relictam repudiare nō potest. B A L D. Vel sic: *Naturalis per patrem curia deputatus, si non agnoscit, hereditatem patris non potest repudiare.* S A L T C.

IV. Imp. L E O. & A N T H E M I V S A A. Armasio P.P.

Quoniam desideria * mortuorum ex † arbitrio viuentium non fine iusta ratione colligimus: & is, qui naturalem filium habens, hortantibus legibus vltrò ad instar legitimi filij municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalem a: manifestauit, nortúmque fecit sine dubio possessione certissima facultatum suarum omnium elegisse se adfectione debita successore: cùm certè huiusmodi personis adeò sacratissima constitutione subuentum sit, vt nec renunciidi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hereditates, aut donationes in fraudē curiæ concedatur facultas b: sed muneribus patriæ suscepcis, patrimonia subire cogantur: nullā è diuerso calumniantium vocem penitus patiemur admittitised ipsum Philocalum *, & paternorum bonorum omnia ab intestato heredem, & nostræ * ciuitatis curiæ principalem iniuncta vel iniungenda sibi munera subire, ex eóque genitos, vel nascituros filios similiter paternæ conditioni subiacere præcipimus. Et huiusmodi formā in omnibus casibus quæ simil iter in quocunque ciuitatis d ordine, curiæque contigerint: in posterum decernimus obseruari. Dat. Kalend. Ian. Constantinop. Iordane, & Seuero Coss.

Per subsequens matrimonium possunt legitimari liberi iam procreati. Quod olim erat in contrario statutum à Constantino, corrigitur, & filium præterita casus reformatur. h.d. Ista lex est correcta per l. cùm quis. infrà eod. B A L D. Vel sic: *Iure ille qui poterat concubinam ducere in vxorem, & ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima exstabat: & liberi efficiebantur legitimi, & in potestate: & poterant succedere ex testamento, vel ab intestato atiā cum fratrib. postea matri: sicut si prolem ex concubina non haberet.* S A L.

V. Imp. Z E N O A. Sebastiano P.P.

Dilai Constantini *, qui veneranda Christianorum fide Romanum nouauit imperium: super ingenuis cōcubinis ducendis vxoribus, filiis quinetiam ex eisdem vel ante matrimonium, vel postēà progenitis, suis, ac legitimis habendis, sacratissimam constitutionem renouantes, iubemus eos, qui ante † hanc legem, ingenuarum mulierum nuptiis minimē intercedentibus electo conubernio, cuiuslibet sexus filios procreauerint: quibus nulla videlicet vxor est, nulla ex iusto matrimonio ß legitima proles suscepta, si voluerint eas vxores ducere, quæ anteà fuerant concubinæ: tam coniugium legitimum cum huiusmodi mulieribus ingenuis (vt dictū est) posse contrahere, quàm filios vtriusque sexus ex earundem mulierum priore conubernio procreatos, mox postquam nuptiæ cum matribus eorum fuerint celebratæ, suos patri, & in potestate fieri: & cum his, qui postēà ex eadem matrimonio susceptí fuerint, vel solos (si nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento volentibus patribus etiam ex integro succedere, quàm ab intestato petere hereditatem paternam: pactis, quæ matrimonij tempore super dotibus *, vel ante nupcias donationis rebus subiecta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus: vt vnà cum fratribus suis postēà ex eisdem parentibus fortè progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis, & ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minùs pactorum emolumenta percipiant †. Hi verò, qui tempore huius sacratissimæ † recipiant. sanctionis necdū prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum consortio meruerint, minimè huiuslegis beneficio perfruantur: cùm liceat eisdem mulieres sibi priùs iure matrimonij copulare, non extraneas legitimis liberis, aut vxoribus, & legitimos filios (vt poteē nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua concubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, vt iusti, ac legitimi posteà videanevr, magnopere postulare. Dat. X. Kalend. Mart. Basilio II. & Armasio Coss.

Per arrogationem potest filius naturalis legitimari. hoc est correctum per legem sequentem: quia per hoc aperitur via hiudim. h.d. sum l. sequen. B A L D. Vel sic: *Anastasius Imperator permisit per hanc legem naturalibus liberis quibus nihil dari, & relinqui non existente legitima proles: ac etiam dicit quod propter consequens matrimonium, & per arrogationem legitimantur.* S A L T C E T.

VI. Imp. A N A S T A S I V S A. Sergio P.P.

Ivbemus f eos, quibus nullis legitimis existentibus liberis, in præsenti aliquas mulieres vxoris loco habentur g, ex his sibi progenitos, seu procreandos, suos & in potestate, legitimosque habere: proprietásque substantias ad eos vel per vltimas voluntates, vel per donationes, seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) transferre: ab intestato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec aliquas quæstiones, seu altercationes exercendi sub qualibet allutio, subtilisque legum, vel constitutionum occasione super his, vel agnatis, seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam aliis superesse facultatem in posterum nihilominus quisquis huiusmodi mulierem vxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro eius sobole similē, eandemque formam custodiri: ne admittat ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium acquirendi. Filios insuper, & filias iam per diuinos adfatus à patribus suis in arrogationem h susceptos, vel susceptas, huius prouidentissimæ nostræ legis beneficio & iussione potiri censemus. Dat. Kalend. April. Anastasio A. IV. & Agapito * Coss.

Lex quæ cessatur, intelligitur cessari quo ad futuram non quo ad præteritum. B A L D. Vel sic: *Hæc lex prouide decreuit præcedentem, dicens quod illa non vindicat sibi locū in liberis.*

a Legrodum Rofrum.

§ Voluentes intentium colligi ex arbitrio aliorum mortuorum, hinc colligitur sed falsus: cum potius hoc dicatur, voluntatem defunctorum colligi ex arbitrio, & conformitate eorum: cum in vita esserit de quo vide Simonel de Praesumptionibus. & interpretatione voluntatis. p.

b Adoptiuum fuit primus Imperat. Christianus.

* al. Bulfro: vt legis latitudinem cuiusque hanc legem in Mo. ad. 2. 3. quantum ad Annon. apud Bouellum Ad. 12. & in Bibliotheca omni concilij. sed Adalbertus Bulfronis. clarissimi in Sy. ein Pisan. ex collectar. qui hic intelligendum potis. e hodiernum fuit potius Iulianus dicit.

* al. Bulfro.

* al. Anastasio. * al. Agap.

LEgem.] CASVS. Hæc lex confirmat l. vnicam. & dicit quòd sicut nati ex libero matrimonio, sunt naturales, & legitimi: ita nati ex concubina, siue contrahio matrimonii cum ea, siue imperio à principe, vt legitimi sunt.

a ¶ *Legem.* & hæc est inutilis: nisi abrogaret præcedentem, secundùm le. ACCVRS.

b ¶ *Vide lex cuiusdam ad leg. Iul. maiest. l. qui ejusdem.* ACCVRSIVS.

c ¶ *Aliàs iura familiæ.* fubleuabit.

d ¶ *Præterea.* fubleuabit. ACCVRS.

e ¶ *Per arrogationes, & adoptiones.*

f ¶ *Non effatis.* fubleuabunt. & est *l. de priuil. fisci l. l. lib. xij.*

g ¶ *Machinationibus.* aliàs imaginationibus.

h ¶ *Flagitiis.* id est, flagitioso coitu.

HVmanitatis.] CASVS. In l. illa dicitur, ¶ quòd olim in quadam antiqua l. contineberur liquidè naturales filij cum matre sui poterint succedere ex testamento vsque ad tres vncias: hodie vsque ad sex vncias: quod corrigitur per *auth. licet, limitatam l. super l. matre. eod. tit.* quæ auth. à pluribus hic legitur. ACCVRS.

i ¶ *Humanitatis.* Contor.] *de confir. nat. l. naturalis. & in authent. de triens. & semis. §. complebo rumor. coll. ij. & infra de testibus & substitut. l. penultima & in auth. eod. §. diffinita. coll. vij.*

k ¶ *Leges. l. 1. C. Theod. eod.* CVIAC.

l ¶ *Sine vnciis.* Idè Iust. *in Nouell. 89.* hoc casu naturalibus dat ius obtinendæ affinitatis tamen vt si ceteri parentes superfint, illi legitimi fiantur. ¶ aerium ab inestato legitimis liberis, aut vxore legitima existit, filij naturales nihil consequuntur: sed eis alimenta tantùm boni viri arbitratu præstantur. Quòd si illi non essent, in testamento filij naturales succedunt vna cum matre quæ in virilem portionem vocatur. Et autem si decesserit, aut domo eiecta sit, integrum sibi retinent filij naturales: quod verò ex alio superest, cognatis vel filio seruatur secundùm ordinem successionum. *Nouell. 89. & 19.* CVIAC.

† Venis diguas est, qui aliàs motio habetur. Contigit glos. *in l. cum nepos. super verbo. in. mutuum. in fine de pecu.*

LIbè.] CASVS. Hæc authent. legitimi fuerunt hac lege confirmata tamen lege superiori illa, *Nouellarum.* Dicit ergo quòd Titius, qui non habet filios legitimos, non

heris ex donatione coitus. Secundò cassa: illam in ea, quòd dixerat naturales in effect legitimos per arrogationem: statuens quòd illud obtineat vsque ad diem præsentis legis, non posteà. SALYCETVS.

VEI. Imp. IVSTINIANVS A. *Mennæ P.P.*

LEgem [a] Anastasij diuinæ recordationis, quæ super naturalibus filiis emissa est, in his valere tantùm casibus cócedimus, qui nunc vsque subsecuti sunt, pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus, vel posteà contractibus tamen, vt non aliunde progeniris subuenisse credatur, quam non ex nefario, nec incestu coniugio. Naturalibus insuper filiis, vel filiabus ex cuiuslibet mulieris cupidine non incesta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationem, seu per adoptionē sacra susceptis, ex diuinis iussionibus, siue antequàm eadem lex irrepserit, siue post eandem legem vsque ad præsentem diem, non sine ratione duximus suffragandum: vt adoptio, seu arrogatio firma permaneat, nullius prorsus improbanda quæstionibus, quasi quod imperauerunt, lege quadam interdictā sit: quoniam & si qua prius talis emergebat dubitatio, reminēda fuit, mouentes misericordia, qua indigni non sunt, qui alieno † laborant vitio [b]. Sint itaque post eandem arrogationem, seu adoptionem sui, & in potestate patrū: successionēsque tam ab intestato, quàm ex testamento capiāt, prout in arrogatis, seu adoptatis constitutum est. In posterum verò sciant omnes legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærēdam, ac si prædicta constitutio lata non esset. Iniusta namque libidinum desideria nulla de cætero venia defendet: nullum subleuabit nouum admóniculum præter anteriorum dispositionum ordinem: nō antè lata sanctio [c], quam ex hoc die resecandam pia suggerit ratio: non arrogationū, vel adopeionum præteritus [d], quæ [e] vt eriās minimè feréde sunt: non affutiæ [f], siue diuinis adfectandæ literis, siue quibusdam illicitis ambiēdæ machinationibus fi: cùm nimis sit indignum, nimis item impium, flagitiis [h] præsidia quærere, vt & petulantiæ seruire liceat, & iura, nomēque patris, quod eis denegatum est, id alterio legis colore præsumant. Dat. V. Id. Nouemb. Iustino A. & Eutherico * Coss.

Hæc lex tractat de successione naturalium, & dicit ad quem modum possunt capere, amplians iuc antiquum: sed mirè amplificatur per auth. licèt hic positum. BALD. Vel sic: *Iura ista nō extinguuntur matre, neque liberis legitimis, & naturalibus, permittitur patri inter viuos, vel in vltima voluntate filiis naturalibus cuiū, dare vsque ad sex vncias tantùm: ab intestato verò in nihilum possunt succedere.* SALYCETVS.

VEI. Imp. IVSTINIANVS A. *Mennæ P.P.*

HVmanitatis [i] iniuria naturalibus patribus hoc indulgemus, vt liceat eis nulla legitima sobole, vel matre subsistente, naturalem, vel naturales filios, matrēmque eorum non tantùm ex tribus vnciis (quod præteritæ leges [k] permiserūt:) sed etiam ex duplo portione: id est, sex vnciis [l] heredes scribere: vel licèt ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habeāt: ex suprema tamen eius voluntate permittatur eis vsque ad prædictas sex vncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem eius capere: ita tamen, vt memoratam sex vnciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis, & matre eorū minimè testatoe excedat: quam & in legatis, & in fideicommissis eh relinquendis, & dotibus, & donationibus tam aliis, quàm ante nuptias, vsque ad sex vnciarū æstimationem liberam similiter naturalibus eorum patribus damus potestatem. Hæc autem in futuris tantummodò testamentis, vel vltimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kalend. Ian. Constantinop. D. N. Iustiniano A. II. Coss.

IN AVTHENTIC. quibusmodis natu. effi. fui. §. si verò filios. & §. fin. collat. vij. constit. j.

LIcèt patri sine legitima prole, seu parentē, cui relinqui necesse est decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter viuos largiri, vel in testamento transmittere. Quòd si parentes donatar ei superfint: legitima [b] parte parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur. Ab intestato [i] verò cùm desint soboles ciuilis, nec superfit coniunx [m] legitima: si naturales ex concubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affecta coniuncta: in duas paternæ substantiæ vncias [n] succedant, vt matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse: siue legitimi extant, & succedunt: siue coniuge viua quilibet alij sunt heredes. Hi ergo & parentibus parem [o] præstent, si opus sit, pietatem. Sed qui ex damnato † sunt coitu, omni prorsus beneficio [p] includantur.

parentes: pareft relinquere bastardis totam suam substantiam, fiat in testamento, siue intestato. & verò tantùm habeat parentes, eis relinquat quartam debitam iure naturæ: relinquam dare potest filijs naturalibus. si decedat ab intestato, non habens filios legitimos, nec vxorem: quia in fata concessis naturalis filij succedunt in duas vncias hereditatis paternæ, & mater succedit cum eis virilem: & si legitimos filios habeat, & vxor eius viuat: filij naturales debent ali de bonis paternis: quia & ipsi cum alere debent, si contingeret ipsam vergere ad inopiam.

k ¶ *Legitima.* quæ est hodie tertia: vt *in auth. de triens. & semis §. j. collat. ij.*

l ¶ *Ab intestato.* fecit *in auth. de triens. & semis §. considerantes.* ACCVRS.

m ¶ *Coniunx legitima.* De ea qui ad thorum, cùm cognatis extitibus nihil ex successione vindicare possit: vt *l. vnde vir, & vxor l. l.* Respon. licèt non capiat: parat tamen naturalibus impedimenta, ne capiant: & sic fallit hæc regula, si coniux * coniunctum, &c. vt *§. de diuort. nouipr. præscript. l. de successionibus.* Nam naturales [b] §. lij repellunt agnatos, quantum est in duobus vnciis: vt hic subiicit: & agnati vincunt vxorem: vt *d. l. l.*] *vnde vir, & vxor.* & tamen naturales nō vincunt vxorem: immò vincuntur ab ea: vt *hic, & eodem corp.* † *§ quæ igitur habeat.* 1. hic & alias fallit dicta regula. *§. qui pro in pignor. hac. l. Claudius. & in auth. de equali. de. §. hæ consequens. colla. vij. & §. ad Trebell. l. 5. §. obiciatur. & l. aquilionem. §. si ex filia. & §. de iniuff. test. l. penult.*

a ¶ *Beneficia.* etiam imperiali, nisi dicat nō obstante hac lege. arg. *§. de lege. vij. l. §. quia. in princ.*

* Regula, *§. vnica vnum. cum. ita. quibus casibus fallat.*

b Radius vel ex ea, *quod ita. a. n. de vulg. conquis.*

† Contra Gl. *ex. vij. in principio. super verbo. ex. §. ex. de vsuris.*

* Sicut ipse pater vel aliter filiam aliter filium potest.

† Filii naturales patre largiente possunt non spectare ut hæc. Iuste nouell. consensio. sup. cum habeat. ut. de ex quo. *Sicut in nouellis.* [illegible] *ad alimentum.* [illegible] *ad legitimi.* [illegible] *quod ita ei relinquatur.* [illegible] *non nuncio ad legitimi.* [illegible] *sed ad patris hereditatem. Quia cuiū existimatur.* [illegible] *Patrem hereditatem non posse.* [illegible] *vt spurio nequit posse.* [illegible] *vide Glos. in §. legitimam. §. 4.*

* Apud chronographos appellatur Eutharicus.

Legitima

480/C.IV.K.5-4, 1267-1268
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[a] Cōmunis rerum. Cælis omnium rerum.

[b] ¶ Licet illustrem. esti naturales sint illustres: non tamen desinunt esse curiales: hoc si dignitas sola sine administratione sint illustres: vt ¶. de decur. l. fin. lib. x.

[a] ¶ Naturali. Dicersum est, si filij naturales per nuptias legitimi facti essent. Nov. 12. §. vlt. Cv. SALYCETVS.

[c] ¶ Ipsi legitimi. ad hoc in auth. quib. mo. nat. effi. §. fi. filium. coll. vij. ¶ Præterquam si quarqui sint extra in. infra quando. & qui. quarta pars de. l. j. lib. x. ACCVRS.

[e] ¶ Compellantur. In authen. quib. mo. nat. effi. §. fi. qui autem legitimi. §. fi. qui autem legitimi. ed. 6. sicendum. 2. Vel dic quod illa per hanc distinguitur.

[f] ¶ Maternus eius. Immò videtur quòd nulla differentia facta bonorum, vnde ad eam perueniunt: siquidem habent tres partes, & illi cognati quartam: vt in authentica. ed. 6. sicendum. 2. Vel dic quòd illa per hanc distinguitur.

[g] ¶ qui pofteà. id est, post hanc.

[h] ¶ Cum qua.] CASTR. Habebas mulierem quamdiu in concubinam, & ex illa filios: postea eam ex contractibus matrimonium, & filios susceptos, & dotalia conscripta sunt instrumenta: ex per subsequens matrimonium filij postea nati legitimentur? Dicitur quòd sic: & filij nati post matrimonium debent gratias referre filio primò nato: quia illi fuerunt causa quare illi essent futuri legitimi: vel quare patri pattà concubinam accepit in vxorem.

[i] ¶ Cui qua. Haec cōsti. confirmat l. 6. §. ut. Pertb. hæc l. & quæ proximè sequitur, pertinet ad futura, & præteritis, vt contrarius Nov. 74. CYIAC.

Filius legitimatus per oblationem curiæ decedenti ab intestato succedunt eius liberi, pertinent quarta curiæ danda, si dicti eius liberi non sint curiales: nisi tamen postquàm eorum pater fuit oblatus curiæ, efficiantur curiales. SALYC.

Sed si quidem iste naturalis filius, siue postquàm legitimus successor patri effectus† sit, siue in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad eius successionem, sine testamento morientis vocari, nec curiæ locum esse, præterquam si quarta[a] portio bonorum eius eidem curiæ debeatur, eò quòd nullus fortè ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet obseruando: vt hi, quos iste naturalis filius, posteaquam fortunæ curiali datus est, procreauerit, & decuiones sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur *.

† fortu.

Si legitimatus per oblationem curiæ, decedat sine liberis, succedat mater in tertia, in reliquam curiæ. Si verò mater non superest, succedit in paternis curiæ: cognati in reliquis: & si eius cognatus curia si esset, omnia etiam paterna ad curiam deuoluenda habebit: etiam si casu si mater superest, ad omnia bona extra substantiam patris quæsita cum cæteris succedit. SALYCETVS.

Si verò sine liberis cuiuscunque gradus intestatus decesserit: si quidem matre superstite: tertiam quidem partem bonorum eius matrem habere: duas verò alias partes curiam, cui à patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti non superest: alij verò cognati ex materna linea descendentes, vel ascendentes, vel ex latere venientes ad eius vocentur successionē: tunc ea quidem, quæ à patre naturali ad eum peruenerint, eidem curiæ competere. Si quid verò filio posteà legitimo successori effecto, vel à matre sua, vel aliúde quocunque legitimo modo acquisitum sit: hoc ad proximos maternos eius[f] cognatos peruenire. Illo videlicet obseruando, vt sine matre eius superstite, siue ea ante filium mortua, aliquis ex eius genere eiusdem curiæ fortunam subire paratus sit: liceat ei offerenti se eidem curiæ, bona mortui, quæ de substantia patris ad eum peruenerant, capere, munique peragere curialia: quo accedente, mater defuncti (si adhuc superest) non solùm tertiam partem eorum, quæ extra paternam substantiam filius eius aliunde acquisierit: sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum coheredibus suis capiat.

Hac lege statuta non habent locum in iam mortuis: sed morituris. SAL.

Ea verò, quæ de successione naturalis filij post curialem conditionem morientis constituimus, non tantùm in his locum habere debent, qui posteà g à patre suo naturali curiæ dati fuerint: sed etiam in illis, qui iam dati sunt, si tamen adhuc superstant. Quòd si ante præsentem sanctionem mortui sunt, minimè ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus.

Etiam habens filios legitimos, potest naturalem curiæ tradere: sed non potest eo plus relinquere, vel donare: quàm vni ex filiis legitimis, & naturalibus, cui minus dederit. SALYC.

Et quoniam omnimodò fauendum est curiis ciuitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, vt liceat patribus naturales filios curiæ patriæ suæ tradere, non solùm nulla eis legitima sobole existente: sed etiam si filios, vel alios liberos ex legitimis matrimonijs procreatos habeant, & eo modo naturales quoque filios sibi legitimos successores efficere: ita tamen, vt minimè eisdem patribus liceat per donationem, vel vltimam voluntatem amplius eidem filio naturali dare, vel relinquere, quàm vni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data, vel relicta sit. Dat. Kalend. Iun. DN. Iustiniano A. II. Cos.

Per matrimonium legitimantur liberi naturales primogenitis, & succedunt æqualiter cum liberis postea nascituris. BALD. CONCOR. SAL.

2. Idem A. Demosthenei P.P.

CVm quis g à muliere libera, & cuius matrimonium non est legibus interdictum, cuiúsque consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minimè dotalibus instrumentis compositis: posteà autem ex eadem adfectione etiam ad nupitalia peruenerit instrumenta, & alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreauerit: ne posteriores liberi, qui post dotē editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi iusti, & in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes: huiusmodi iniquitatem amputandam * censemus. Cùm enim adfectio prioris sobolis & ad dotalia instrumenta efficienda, & ad posteriorem filiorum

* al. non ipsa. rodum.

480/C.IV.K.5-4, 1269-1270
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Ex iisdem matrimoniis.* scilicet parentibus. & sicut *Instit. de nupt. §. fin. & ff. l. prima. & quod ex nat. & Instit. de hered. quæ ab intest. §. j.* & not. quòd hæc lex non distinguit, habeat legitimos, vel non.

b NVper *legem.* superiorem proximam.

c ¶ *Nuptiarum.* dic vt diximus *Instit. de nupt. in fin.* ACCVRS.

d ¶ *Tabenda.* id est, habenda. ACCVRS.

e ¶ *Prolitas.* vt *Instituit. de inofficio. §. i. & ff. de filiis. & mancipatorum. §. ff quæ pro.*

QVod iur.] CAYVS. Lex Codicis dicit, quod filij nati ante matrimonium, fiant legitimi per subsequens matrimonium: quod verum est, etiã si ex vxore sua prænorma, vel à qua legitimè per diuortium diuorterat, habeat Titius legitimos quia si prouò habuit vxorẽ, & ex ea filios, cum his filij naturales possunt legitimari per principem.

f ¶ *Quod iur.* hæc auth. est *in authent. de incest. nup. §. dubitatum. colla. ij.* ACCVRS.

g *Sed nova.*] CAYVS. Stilla videtur distinguere primam authent. quia si ista cõcubina ancilla fuit, & filios habuit legitimos ante matrimonium: per subsequens matrimonij non possunt legitimari.

g ¶ *Sed nova constitutio.* scilicet *in auth. de nat. & fil. §. pen. in fin. coll. ij.*

NOua alia.] CAYVS. Hæc loquitur tam de ancilla, quàm de libera: quia si aliquis desponset ancillam suã, & manumittatur: filij nati ex ea legitimantur. ACCVRS.

h ¶ *Nouæ alia constitutio.* vj. quæ est, vt *liberti de cetero. §. si quis autem. coll. vj.*

PRæterea.] CAYVS. Ponit aliam modum hac auth. qualiter pater potest legitimare filios; vt sic sibi succedant. & dicit quòd pater potest supplicare principi, vt eos legitimet, si nõ vult mulierem ducere vxorẽ: vtpote quia deliquit, vel mortua est, vel latet, vel aliàs matrimonia impediatur. ACCVRS.

[Tem.] CAYVS. Ista Auth. ponit alium modum qualiter filij possint succedere patri, dicens quòd pater potest dicere in testamẽto suo quod vult filios suos esse legitimos, & sibi succedere: & filij debent ostendere testamentũ patris principi, & sic fiunt heredes, & voluntatem patris

i ¶ *Et prolitis.*

k *Secũd.*

l ¶ *Adhuc.* *nouæ.*

m ¶ *Ex iisdem matrimoniis.* &c.

n Indistincta Iust. ex sic fit in hac lege nominatim concessit, vt ex quarumcũq; personarum vxoribus ex classibus, vt probabile est, & compositis ibus detinebitur.

o ¶ *Ex iisdem matrimoniis.* &c.

p *Secũd.*

q ¶ *Nouæ alia constitutio.* vj. quæ est, vt *liberti de cetero. §. si quis autem. coll. vj.*

r Ex Bilin arti. culo matrimonii, necessitas tamẽ tenet ma trimonia hu iusmodi: sed erit legitima: cui ipsi filiorũ & habentur quasi posthumi, ante pro pe tibunis: ut *l. si quis posthumus. ff. de liberis.* Pom. Dum. ma rg. 11.

rum edendam progeniem præstiterit † occasionem: quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpẽ secũdæ posteritatis [priorem *]quasi iniustam excludere, cùm gratias agere fratribus suis posteriores debeãt, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomen, & ordinem consecuti ††

Neque enim verisimile est, eũ, qui posteà vel donationem, vel dotem conscripserit, ab initio talem adfectionem circa mulierem non habuisse, quæ eam dignam esse vxoris nomine faciebat. Quapropter sãcimus in huiusmodi casibus omnes liberos, siue ante dotalia instrumẽta edi ti sint, siue posteà: vnã, eadẽque lance trutinari, & omnes filios suos in potestate suis existere genitoribus, vt nec prior, nec iunior vllo habeatur discrimine: sed qui ex iisdẽ matrimoniis ** procreati sunt, simili perfruatur fortuna †. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Cons.

Ista lex tollit dubiũ, quod insurgit ex lege præcedenti: & hoc insidet: Per sequens matrimonium filij nati ex concubina legitimantur, etsi ex eo matrimonio nullus posteà nascatur, vel natus viuens non reperiatur: sepore mortis patris: & si antè nati legitimantur, multò magis qui erant in utero tempore matrimonij: & tempus conceptionis, vel nativitatis inspicitur, prout liberis est vtilius. SALYC.

XI. *Idem A. Iuliano P.P.*

NVper legem [b] conscripsimus, qua iussimus, si quis mulierem in suo contubernio collocauerit, non ab initio adfectione maritali (eam tamen, cum qua poterat habere cõnubium) & ex ea liberos sustulerit: posteà verò adfectione procedente, etiã nuptialia [c] instrumẽta cum ea fecerit, filiõsque, vel filias habuerit: non solùm secundos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos, & in potestate esse patribus, sed etiam anteriores, qui & his, qui posteà nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quam legem quidam putauerunt sic interpretari, siue nõ progeniti fuerint post dotem conscripta liberi, siue iam ab hac luce subtracti: non anteriores filios iustos haberi, nisi vtroque tempore viuentes, & superstites liberi inuenirẽtur: quorum superuacuam subtilitatem penitus inhibendam cẽsemus. Sufficat enim talem adfectionem habuisse *, vt post liberorum editionem, & dotalia efficiant instrumenta, & spem tollendæ [d] sobolis habeant: licèt enim hoc, quod speratum est, ad effectum non peruenerit: nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur: & multò magis si quis mulierem, quam in contubernio suo habuerat, prægnantem fecerit: posteà autem adhuc grauida muliere constituta dotalia fecerit instrumenta, & puer, vel puella editus, vel edita sit iusta patri soboles nascatur, & in potestate efficiatur, & heres existat morienti, siue ab intestato, siue ex testamento. Satis enim absurdum est, si filij post dotem progeniti anterioribus liberis adiutorij adferant, & ipsum puerum, vel puellam sibi opitulari non posse. Et generaliter definimus, & quod super huiusmodi casibus variabatur, definitione certa concludimus: vt semper in huiusmodi quæstionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur: & hoc fauore facimus liberorũ, vt † editionis tempus statuamus esse inspectandum: exceptis his tantummodò casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas [e] expostulat. Dat. XV. Ka. Apr. Lampadio, & Orestes VV. CC. Coss.

IN AVTHENTIC. DE INCESTIS nupt. §. dubitatum. coll. ij. constit. vj.

Filij legitimi non impediunt naturales legitimari per sequens matrimonium. h. d. nisi illi naturales essent nati ex ancilla: vt in auth. sed noua: quod tamen permittitur, si dotalia conficiantur instrumenta: vt in auth. noua alia. quæ corrigit auth. sed noua, & authent. sed noua, *limitat* authent. quod iur. SALVEST.

QVod iur [f] locum habet & si ante hoc consortium legitimorum pater sit ex alia coniuge, à qua separatus sit legitimè, vel ea mortua.

IN AVTHENT. DE TRIEN. ET semis. §. penult. coll. iij. constit. v.

SEd noua constitutio [g] non permittit hoc in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis aliis reperitur.

IN AVTHENT. VT LIBER. DE CÆ. §. si quis autem. colla. vj. constit. vj.

NOua alia constitutio [h] hoc generaliter inducere videtur & in his, qui ex ancilla sunt *, vt ex ipsa dotis inscriptione simul & libertas tribuatur, & ius suorum.

IN AVTHENT. QVIB. MO. NA. EFFI. legi. §. si verò is, qui. & §. sed & aliud. colla. vj. constit. j.

Bastardi non possunt legitimari à comite existentibus legitimis: quod credo verum, nisi consortiorũ legitimis. BALD. Vel sic: *Hæc auth. addit, idem dici generaliter, quod sui natura est repetitiuum, & ampliatiuum: quasi dicat, eodem per sequens matrimonium, vt in auth. præcedentibus: sed etiam sine matrimonio per rescriptum principis naturalis legitimantur.* SALYC.

PRæterea † qui legitimam non habet prolem: sed ex huiusmodi consuetudine duntaxat naturales: potest eos, precibus principi datis, legitimos sibi constituere: & sine matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliquerit, vel occulteur, vel aliis venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, vt facerdotio.

IN AVTHENTIC. QVIB. MO. NAT. effi. legiti. §. illud autem. coll. vj. constit. j.

Hic addatur nouus modus, per quem filij legitimantur. BALD. & SALYC.

ITem sine legitimis [i] decedens, in testamento scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, licentiam habeat, vt post mortem eius filij principi supplicent, testamentum ostendentes, & principis, & legis dono fiant heredes: si tamen filij [k] voluntatem patris

l ¶ *Et sine legitima.* &c. *quæ est quod. mod. nat. effi. legi. §. illud. coll. vj.*

k ¶ *Filij. sic V. de testam. l. si quis maior. ff.*

m ¶ *Quodam autem casu.* habet. *fin. vt. qui de cetero legitimi. & liberi cum tribus.* &c. *in fauorem. quia filij. non se exhaurient.*

† De matrimoniis autem. vide. repetitiones: Gabr. ad *fin. ff. de lib. & posth.* & est in Bondelib. conformalitibus. Fidelem. *pri. de fin. fund.* quod. nullus non. potest legitimare bastardũ sine consensu domini directi, & legitimatus hæredem.

480/C.IV.K.5-4, 1271-1272
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

de lega. j. d. cum pater. §. liberos. & de regu. iur. l. cum pater. §. fili.

Si quis.] Cæsa. Hæc Authent. ponit adhuc aliam modum, per quem filii succedant tanquam legitimi: dicens quod si quis habet masculum, quæ potest esse vxor, & dicat in instrumento publico, vel privato cum subscriptione trium testis fide dignorum, quod vult filios naturales suos esse, & legitimos, erit sic testatio. quod si de vno filiorum dicat se ipsum esse & legitimam: quasi filij ex matre masculi natiquam erant legitimi.

a ¶ *Si quis.* * sine legitimis. Venia in corpore non aperit habetur legitimos vel ad. Amittit. Dicas quod legitimatio nil prodest, existentibus legitimis, nisi in duobus casibus. l. quando fit per oblationem curiæ, & per matrimonium: vt *in authen. quib. mo. nat. effi. §. generalem. collat. 7.*

b ¶ Cæsa. sic *sup. de di. versis vt l. ex sup. de adopt. diuersi. indicium l. testamenta.* & hic est casus vbi b non inter alios acta, aliis prodest.

c Cibum.] Itaque tantum dabit cibum, nam ad omnia dicas responderi.

d ¶ *Consequentia.* quia nec filius nec nepos legitimus est nec vt subsit in duobus vltimis casibus.

e ¶ *Extendimus* & sic nepos filio patris vita.

f ¶ *Aperimus.* Nota ergo bastardos non succedere cognatis patris: vt in *authen. c. §. filium quib. colla. 7.* ¶ Sed quid si d ex spurio habeo naturalem, vel legitimum nepotem? Vel quid si mulier habeat nepotem ex naturali, vel spurio, vel contra: ex legitimo filio habeat nepotem naturalem? Potest responderi vt in naturali: vt distinguatur habeat legitimam sobolem, vel non: & facit]. *ad Oseas. c. j. Iustiti.*

DE TESTAMENTARIA TUTELA.

Dicit de constitutione: nunc de quasi constitutione. Vel dicit qualiter vnum pater efficiat filio in testamento, & quomodo qualiter matrem in tutela.

Vnum dicis.] Cæsa. Si patronus liberos tutorem in testamento dedit, cum nō teneat datio, sicut tutor tutelā non administret, non tenebitur. & vnde figmus gesti, tenebitur ergo gesti actione.

patris amplectantur quod generaliter obseruatur: sed si alij quidem volunt legitimi fieri, alij non volentes sunt: ceteri in iure naturali remaneant.

IN AVTHENT. VT licet matri, & cæsq. §. ad hoc autem. col. viij. confit. fi.

Hic addatur alius modus legitimandi naturales, qui est in se mirabilis, & ideo bene notandus. Sal.

Si pitis * liberos habens naturales ex muliere libera, quæ vxor ei noluerit esse, dicat † in instrumento sive publice, sive privatim manu conscripto, habente subscriptionem trium testis fide dignorum, sive in testamento, sive in alio monimento hos suos esse, nec adscriptis naturales: hujusmodi filij vt legitimi successores erunt. Et si vni ex multis filiis testimonium quodlibet ex prædictis modis præbuerit: cæteris * ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet.

In odoslis appellatione filij nō continetur nepos, si racio ody quia erat in filia, cessat in nepote. l. d. hæcles nec. Vel sic: *Pbo si mentis de filio respolla certa qualitate, nō continetur nepos, qui est alterius qualitatis.* Bal. Vel sic: *Licit iure sīe pater prohibetur totum relinquere naturali filio nō tamē prohibetur nepoti naturali, ex legitimo natorum nepoti legitimo, ex naturali natorum nepoti naturali, ex natorali natorum nulla sobol sobol sobolem legitimam successionem ab intestato, remanēt iura antiqua in suo statu.* Sal.

Eit. *Idem R. Iuonni P. P.*

Vidam, qui iustum filium habebat, nepos accessit naturalis. Si nepotis nomen huiusmodi sobolis legibus accōmodādum esset, quærebatur. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totam suam substantiam relinquere, quasi sacris cōstitutionibus tantūmodo in filiis naturalibus prohibētibus totum patrimonium, siue quantā partem voluerit eis relinquere, & certo siue partes eorum cōclaudentibus. Huiusmodi autem dubitatio & in alia [dubitationis] specie ventilata est. Quid enim si ex naturali filio nepotem habeat aut legitimum patri suo, vel naturalem? In omnibus iaque talibus dubitationibus * cū nulla legitima cōsequentia d in huiusmodi personis custodiatur: sed interuentu sobolis naturalis nullum ius legitimū subesse potest, vt necessitas relinquēdi aliquid eis ex legibus imminentis: cum eis quantum voluerint suæ substantiæ in eos conferre, scilicet nulla legitima sobole subsistēte. Filiis enim naturalibus relinqui constitutionēs quantum voluerint, idē probauerūt: quia vitium pateratum refrenādum † esse existimauerunt. In nepotibus autem non eadem obseruatio in præfatis speciebus custodienda est, vbi legitima soboles minimē facit impedimentū. Ex enim subsistente, veterum constitutionum tenorem in naturalibus filiis statutum, & in nepotes extendimus e. Sed hoc in his tāummodō sancimus, in quibus voluntate aliquid cōsecuti sunt. Iura enim ab intestato in aui successionem nemini eorum penitus aperimus f: & hæc nō solum ea accedere cōsecutus à substantia aui paterni naturalis: sed etiam prouui, vel eius cognationis: si quis saltem huiusmodi vocabulum in tam degeneres hominēs extendere maluerit. Dat. Kalend. Nouembr. Lampadio, & Orestis VV. CC. Cons.

DE TESTAMENTARIA TUTELA.

TIT. XXVIII.

Explicata controuersia matrimonij, & dotium, & aliorum, qui id genus contractuum præcedunt, vel sequuntur, incipit tractare de alio genere contractuum, qui contractibus adnumeratur. l. contractus. ff. de reg. iur. ex cōtractibus. ff. de obligat. & act. *quia ipsi pupillus tutelam habuit cum tutore non contrahit. l. vlt. ff. item pup. fol. foc. nomen tutoris ex administratione sua tutoris quasi ex contractu, & per eandem administrationem inter eum, & pupillum nascitur actio vtrorum, directa, & contraria.* §. tutores. In hac de obligat. quæ quasi ex contr. *Tutela autem nomen, cum dicit tutelam esse contractū, tutela gubernatio, & administratio vel curatio, vt cum in re aliqua dicunt tutelam restituere id est, administrationem tutelæ restituere dicunt: non tutelam simpliciter non est contractus: sed vsu, & peculiar. & ex sententia definitio. Est autem alia tutela legitima, alia datiua. Et datiua, alia testamentaria. alia Atiliana: nam & duci testamento datiui dicitur, vt Pomponius ait lib. Reg. ex. de tut. & dati à prætore, qui Atiliani appellantur in tit. de Atiliano. l. dubitat. ff. rem pup. fol. hoc l. vlt. §. de leg. tut. Idē autem primus vt. ff. de testamentaria tutela. quæ hac penalis. & vt in hereditatibus sic in tutela prior est tutela testamentaria, cū qui sub conditione. ff. eod. Cvtac.*

Tutor nō legitimē datus in testamento, non tenetur, si non immiscet se administrationi: si autē se immiscet, tenetur actione negotiorum gestorū. h. d. ipse l. Bald. Vel sic: *Tutor minus legitimē datus non copitur administrare: sponte tamen administrans, tenetur actione negotiorum gestorum, & non tutela.* Salyc.

I. Imp. Severvs, & Antoni. AA. Sperato *.

Quem dicis i tibi tutorem in testamento h patronus datum, si administrationi se non immiscuit ¶, nulla actione tibi teneatur: neque † ad solutionem

g ¶ *Quam dicis.* ¶ Potest * quasi hic in prima lege, quare tutor à iudice non potest dari sub conditione: vt *ff. de tutela. l. mas. §. sed à testatore sic: vt Instituqui da. ta. pu. §. ad certum?* Resp. quia præsumendum est quod patri bene facit eum dando sub conditione: & multam confidit lex in eo, adeō quōd non quam fuisset tutor alio datus, rem pupilli saluam fore: vt *Instit. de satisdā. tut. §. 1.* Vel dic actum esse legitimum in iudice, qui non recipit diem, vel conditionem: vt *ff. de regul. iur. l. actus legitimi.* Hæ. ¶ Item an tutor datus in testamento pupillo, facto inuentario possit consumere debitorem pupillarem nomine pupilli? Videtur quōd non. nā videtur hic esse perplexio. nam non potest esse tutor, nisi adeatur hereditas: vt *ff. de tutela. tuto l. si nemo.*]. nec adire hereditas, etiam si sit lucrosa, sine tutoris authoritate: vt *Inst. de auct. tut. §. neque.* Sed dic quōd iudex iudicis adeat: vt *ff. de iure delib. l. si infanti. in fi.* vel dicas tutorem ad adeundū vt *l. de adoptat. l. cum quidam.* ¶ Inde an tutor institutus datus, & cōfirmatus, sit testamentarius, vel datiuus? Dic vt]. ut. *l. ff.* Hug. ¶ Item b dat tutorem pater in testamēto facto coram quatuor testibus, an valeat datio? Videtur quōd sic: quia potest testari quoquo modo vult inter liberos, sed tutor est in hereditate: ergo, est decedat ab intestato, ex voto peracuit ad tut. Io. Item quāde plures sint tutores dati in testamento, & omnes decedant: vocantur legitimi. Sed si remouantur vt suspecti, tunc datiui: vt not.] *ad Lin magna glo.* ¶ Sed quæ est ratio discretiatis? Resp. quia quando sunt remoti, remanent reliquiæ: vt adhuc quasi videatur adesse tutor: vt] *in quod. tangit. ha. tut. l. Iulii.* ¶ Iste si suis dei tutorem ad poni, & instituat eum an valeat datio? Videtur enim quōd non quia lex semper dicit de matre, quæ eam instituit: vt]. *ad. l. mater.* Sed quōd dicit de matre, idem est in aliis.

a ¶ Tutor à iudice sub conditione dari non potest, licēt à testatore posit, & not.

† Secundum legendum: vt in notitia editionis anni 1560.

b Tutor datus facto in testamento, non valet.

a ¶ *Item.* b *In testamento.* quo

* Sapienti.

480/C.IV.K.5-4, 1273-1274
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

alios, non te instituit: & id in patronos vt *ff. ex l. quæ cautela, § fin.* secus si te instituisset: vt *l. ex l. mater. & ff. de confir. tu. l. si patronus.*

a ¶ *Ideque enim.* Bona ratione vsus habet necesse se excusare: vt *ff. eod. l. 1. § ff. de excusat. tut. l. sive operæ, § hæc de his. & ff. de appell. nominandis, &c. sic ff. de negot. pro tut. l. 1. § sed verum. in principio.*

b ¶ *Ignoro.* Scienti se non tenet. & sic de gestis tàtum tenetur: quia sufficit, &c. vt *supr. de negot. gestis l. tutoris.* nisi cum administrat omnia gesta: vt *ff. de negotiis gestis. l. 5. pupilli. § fin. & l. 1. mandati. § fin.* Itaque putabat se teneri tenetur actione tutelæ. *l. ex l. mater. in fin. & l. 6.* gratuitus tenetur, & aliis modò fuerat gestum: vt *ff. de ne, qui pro tu. l. 3. § penult. & de administr. tutor. l. tutores. § qui fi.* & vtili negotiorum gestorum, secundum Iu. vt *ff. de negotiis gestis l. 1. § hæc actione. & l. 3. quæ dare tutor pos. l. mulier.* Vel secundum non nisi tenuerit actio negotiorum gestorum cum actione protutelæ: vt dixi *in l. 1. § ff. de negot. gest. § hæc actione.* ¶ Item nobis quod qui non tenetur: si incipiat, tenetur: sic & *ff. de pecun. l. 1. & ff. commod. in commodato. §. fient.* ¶ Item nobis, quod triplex est tutela, testamentaria, legitima & datiua. de prima hic tit. & sequẽs dicunt: de secunda l. tu. ij. de testis in sequentibus: quia quandò locum habet testamentaria, nõ habet locum legitima. Item testamentaria, & datiua simul concurrit quandoque: vt *infra. tit. l. 1. § 1. proxima.* Sed legitima nũquam habet locum cum testamentaria, neque tutela legitima cum datiua. Siue ergo nullus est datus in testamento, siue plures dati fuerint omnes decesserint: succedit tutor legitimus, si verò vnus eorum decessit, loco eius cõstituitur datiuus. Ut cæteri non sufficiant: quia quando locũ habet testamentaria, non habet locum legitima. Similiter fili ordinati data, interim datur datiuus: & non spernitur conditio extranea, habet locum legitima. Sed si testamento datus est excusatus, vel vt suspectus remotus, venit datiuus: vt *ff. de tutor. l. 5. quæ sub conditione.* At vbi habet locũ legitima tutela, datur à iudice ipso iure nullus est: vt *ff. de tutor. ex. l. 1. § tutor respondit. § 1. & l. 1. qui dat. tut. l. 5. § fratres.* Et prædictis ergo colligitur, quòd datiua tutela adminiculo testamentaria excludit legitimam: quod non potest facere per se. & facit *l. de negot. gest. l. ut tutorem.*

E *Tsi à patre.*] CARVS. Filio suo pater tutorem dedit in testamento: idcirco in codicillis dedit alii, an videatur primò repudiasse? & ita quòd non nisi hoc expressè dixisset testator.

c ¶ *Codicillis.* testamento confirmatis: vt *ff. ex l. 1. § 1.* ARIO. Quod hodie semper verum est, vt confirmati videantur: *Instit. de codicill. § 1.*

d ¶ *Tutor erit.* cum iã videbatur: quia tutorem habens, &c. vt *l. quæ pat. l. antepen. & Instit. de curat. § interdum.* sed non potest eodem tempore dari videtur: si eodem testamento, quo constat plures dari posse secundùm Iuan. Adita ergo hereditate fiet tutor ab vno herede, ineptè tutela omnium: vt *ff. eo. l. 5. num.*). Adita ergo nullus erat prior: & sic non potest dici vnum ante alium. Item adhuc videbatur, posteriorem dando, priorem removeri: vt *de prætor. l. 5. quia cum § fin.* quæ est contra. sed aliud in procuratore, quod petantur est officium: vel idem: quia in omnibus ibi: vnus ante alium: hic autem non: cùm ab adita hereditate omnes incipiant hic esse tutores. & facit *ff. de admin. legat. l. ultimo. § quæ filius. & infra de testam. l. sanctum.*

Si tutorem.] CARVS. Si pater filiis dedit tutorem in testamento. & vnus ad adultam ætatem peruenitur fratris sui pupilli debeat esse tutor. & datus in testamẽto remoueri, quæritur? Dicitur quòd non. sed secũdùm hæc nulla est dubitatio legitimè quia minor vigintiquinque annis tutor esse nõ potest: vt *l. de legitimo.*

enim a iure datus tutor fuit. quod si administrauerit sponte b res tuas: experiri adiectus cum actione negotiorum gestorum potes. PP. Kalend. Aug. Apto, & Maximo Coss.

Quæ eodem tempore confirmãtur simul, fieri videntur. Vel sic: *Pater dando posteriorem tutorem non intelligitur remouere priorem. b.d.* BALD. Vel sic: *Tutor testamentarius non excluditur per codicillarium datum ex postfacto: sed simul tutores erunt ambo.* SALY.

11. *Imp.* ANTONINVS A. *Sabiniano* *.

ETsi à patre tuo testamento iure tibi tutor datus, eo ipsore quo heres extitisti, in rebus humanis fuit: tamen codicillis c alius tutor testè datus est, & vterque propter voluntatem testatoris tutor erit d: nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobauerit: tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. April. Duobus, & Aspris, Coss.

Frater impuberis tutorem testamentarium non excludit. BALD. Vel sic: *Tutela testamentaria non cedit legitimæ.* SALY.

12. *Imp.* ALEXANDER A. *Gordio,*) *alias.*

SI tutores testamento vobis dati sunt: quanquam vnus vestrũm suæ ætatis factus sit: id

Lvtè. Dic ergo fili vnus filiorum habebat xvj. ann. alius xiij. qui alio pupillo remanente peruenit ad xxv. an tunc fit tutor fratris, qui fuerat datus in testamento?

T Vtoris.] CAEVA. Actio tutelæ, penalis est: si ergo finem pet x. vel xx. aureos quod non egi, an repellar præscriptione? Dicitur quòd non.

a ¶ *Præscriptis.* Vide c. §. *de præscrip.* CVIAC.

d ¶ *Prohibet.* vt & *infrà quidam non obstat longi temporis præscrip. l. negot. & suprà de auctor. pecun. l. j.*

T Vtorem.] CAEVA. Tamen finita tutela constituendus est, vt rationem reddat, & reliqua defunat: id est, quæ remanserunt penes eum ex administratione. Si verò dicat se non esse constituendum quia cessit matri administrationem, & illa indemnitatem sibi promisit: & ita mater debet consuetudinem sit sudendus, quæritur? Dicitur quòd non: sed tutorem constituit minor, & tutor matrem ex stipulatu.

e ¶ *Rationem* gestorum.

f ¶ *Reliquorum.* scilicet non gestorum, secundùm Hugo. quòd non placet, imò rationem, computando: reliquorum, *reddendo:* vt *ff. de condit. & demon. l. cum filium.*

g ¶ *Promisse.* tenetur enim cessante Velleiano, cùm fuerit gerat negotium: vt & *T. ff. mater indem. promis. l. quidam.*

h ¶ *Ex stipulatione.* directa vtilis tamen datur secundùm quosdam, quod non placet: nisi quando priùs condemnaretur tutor: vt *ff. de re iudicata. l. à diuo. §. sic quoque.*

S Defunctus.] CAEVA. Tutor in initio quando erat tutor datus, erat pauper: prædicit tutela factus est dicet: vult pupillos vindicare prædia, quæ compauit sibi tutor, tanquam empta de bonis pupilli: numquid potest, quæritur? Dicitur quòd non, quia non sufficit ad probationem, quòd ex bonis fuit factus fortè dicet: quia ab initio gestionis pauper erat.

i ¶ *Item quòd.* verè alius: nam, &c.

k ¶ *Quæritur.* * vt & *T. de iusti. l. fin. in principio.* ¶ Et est arg. quòd ea, quæ * acquirit filius, non acquirit pupil. Sed arg. contrà *T. de epis. & clerr. authent. Item. & de donatio. * inter virum. & vxorem. l. etiam.*

T Vtor.] CAEVA. Dum tutor tutela tutor Inchoauit ædificare domum: finita tutela conuentis completis, ad alia gerenda non accessit: de non gestis nõ tenebitur.

l ¶ *Administratione* omnia. vtique tempore pupillaris ætatis cœpit facere domum, post eandem autem completam perfecit domum, non tenetur ad alia. x. Vel dic post finitam administrationi: fecisset alter (subaudi) transactionem faciam ad curatorem nam & in conuenia administratione non teneatur vt *ff. de administr. tut. l. à tutoribus §. & sic discrepant* paschalis. Sed è contrario, negotiorum gestorum, non tutela teneretur: tàm non teneatur administrare. & facit *ff. de negot. gest. l. eum alium.*

m ¶ *Perseuerauerit.* Quidam intelligunt hoc in principio, sive fit conuentio, sive non: dummodò edicant perseuerat, quòd non placet: sed in conuentio tantùm dicit, vt teneant in tutela iudicio alia in actione negotiorum gestorum: vt *ff. de tu. & ra. distrah. l. si tutor pupil.* Et dic quòd perseuerare d teneat tutor, & curator in conuenia antetransactionem: non posit: vt *hic, & T. ut con. post pu. l. vnica. & ff. de administr. tutorum. l. ita autem §. pe. & §. fin. & l. tutorem. pen. §. tutelam. dic, sic enim, &c. & ff. de app. l. tutor. & T. de peri. tut. l. temporis.* ¶ Sed quid è in conuentio cessaui ad tempus, & postea resumpsit ante transactionem? Dicam in tutela iudicium venire cùm petere teneatur: vt dictum est. ACCVRS.

n ¶ T Vtela actio.] Heredibus. sed alitet quam pupillo: vt *ff. de administr. tut. l. ex plurib.* VIVIAN.

o ¶ *Successoribus.* sed alitet, quàm in tutoribus: vt *ff. de heredibus tutor. per totum.*

V Eteris.] CAEVA. Si tutor extra iudicium confiteretur plus esse in bonis, quàm sit, vt pupillus sit cum adulta muliere contractuos matrimonium: tibi non præiudicat. & hoc in primis. Si verò tutor is in testatio scripserit c. esse in hereditate, cùm non sit nisi l. præsumetur sibi, quia creditur publico instrumento. & hoc in secundis. Non autem accedit tutor ad administrandas res pupillares, nisi priùs facto inventario: nisi tutator præceperit inventa

potest: sed tutelæ contra eius successores tibi competit actio. Debium autem alias iudiciis comprobari oportet. nam quòd i neque ipse, neque vxor eius quicquam ante administrationem habuerunt: non idoneè huius continet iudicium. Nec enim pauperibus industria, vel augmentũ patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quæritur k, interdicendum est. S. X. Kalend. Febr. Sirmij, Cæsaribus Cons.

Tutor tenetur etiam post tempus tutelæ transactæ. BALD. Vel sic: *Administrata post finitam tutelam, prioribus connexa, teneantur in actione tutelæ.* SALYC.

XI. *Idem AA. & CC. Clarissimo* *.

T Vtor post puberem † ætatem puellæ, si in administratione conneza l perseuerauerit m: tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur. Sin autem post finitam administrationem in hiidem rebus minimè se immiscuerit: temporis, quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kalend. Decembr. Anchialo, Cæsaribus Cons.

Vide per se hanc l. SALYC.

XII. *Idem AA. & CC. Quintilio.*

T Vtelæ actio tã heredibus *, quàm etiam contra successores * competit. S. X. Kal. Decemb. Sirmij, Cæsaribus Cons.

Confessio tutoris extra inuentarii, non præiudicat veritati: sed confessio facta per inuentarium, adeò præiudicat, quòd non potest contra probari, hæc primò. Tutores nõ potest administratio deserere, nisi inuentario facto. Item qui non facit inuentarium, reputatur suspectus, & debet removeri, & punire. BALD. Vel sic: *Confessio professionis maioreum esse quàm sit, non præiudicat pupilli, quam sit, non præiudicat sibi, nisi inuentarium fuit factum: quia tunc probatio in contrarium non admittitur.* SALYC.

XIII. *Imp. IVSTINIAN. A. Iuliano P.P.*

V Eteris iuris dubitationem decidentes, sancimus, si quidem tutor, vel curator pro sub-

a Lex prædicti aliquem heredi pert.

b Filius familiarum ac quam petit.

c Adde Gl. f. ex l. de Lege Falcidia, dicit: si fi. quæ est Eng. fecundũ Bart. ex l. plus quam. 108. ex ea, quæ ibi limitem hic ex probat. vide tamen Alex. in addit. ad Bart. in l. domo. §. de in dom.

* al. Christiano.

† fic in plerisque. al. pubertatem.

d Tutor tenetur in tutela iudicio petitionem.

480/C.IV.K.5-4, 1337-1338
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

inuentarium non fieri, & hoc in tertia. Si verò inuentarium non fecerit, remouebitur, vt suspectus, & erit infamis. nec beneficio principali erit absolutus & alias poenis legitimis subiacebitur.

a ¶ Dixerit. confitendo extra ius, & extra inuentarium.

b ¶ Eam. substantiam.

c ¶ Addiuisse T. de ob. pupill. l. fi.

d ¶ Causam. quia sic credebat fortè.

e ¶ Praeiudicare. non ergo valet confessio extra ius, & sic subaudi facit ff. de interrogatoriis, add. l. fi. in fin.

f ¶ Substantia. vt & T. de iuris. & facti ignoran. l. eum falsa.

g ¶ Inscripserit. sic ergo non b audiuit probatio in contrarium: vt T. ad Velleianum Lantigna §. fi. & in auctent. vt licitat. ma. & aliis §. ad hoc. cod. vsq. conf. vsq.

h ¶ Sed contra T. de probation. Libon pecuniam. Solutis in patrimonio, & volente, vel ipsamet scribente sic scripturam est: ibi eo ignorante quid scribere tut. 1. Vel speciale est: quia cum magna solemnitate fit inuentarium. & hoc etiam modo solitur T. plus valere quod agi. l. i. & T. fi quis al. vel fide. l. cum propria. quae sunt contra.

i ¶ Patiatur. sibi ergo praeiudicat, si patitur: vt hic, & ff. de hered. tutor l. cum offendimus §. fi. & facit T. de hoc iudic. l. fina.

k ¶ Vindicare. nisi res perituras: vt ff. de administr. tutor. l. tutor, qui reperiuntur. l. i.

l ¶ Nolentem. quo ipso praesumitur dolo fecerit nisi febit aliquo causa necessaria: vt d. l. tutor. in principio.

m ¶ Suspecti. violenta b est hac praesumptio: vt ff. de suspect. tutoribus l. ij. §. tutor. & poenas alias habent, vt subiicit: quia in vinculis detrudunturvt d. l. ij. §. tutores. & hoc nisi c aliquo vinculo necessitudinis, vel affinitatis sint pupillo contutrices ff. de suspect. tut. l. ij. tutor. Vel illud intelligo cùm ob aliam causam remouentur vt suspectus. Vel die vt ibi. Accvas.

DE DIVIDENDA TVTELA, ET PRO quas parte quisque tutorum conueniatur.

TITVLVS LII.

Hic vir. est de diuisione administrationis, & actione tutelae, & pro quae parte actio diuidatur inter tutores: & diuidere trahit etiam secum non diuidere: sicut facere non facere: id est, vbi de vno traditur, necesse est eiusdem tradari de altero. Igitur quoties omnes hae ab portiere, vt fratrum cum plures tutores sint, aut curatores (nam & tutores ad se pertinebunt curatores) pro qua parte in singulos agi possint, aut quando in vnum ex pluribus in solidum Diuidere est agere pro parte in singulos Non diuidere est agere in solidum in vnum? multis. Sic autem distinguendum. Aut diuisa est administratio in partes, vel in regiones, sive prouincias: aut indiuisa. Si diuisa à testatore, vel à iudice: adhuc etiam tutela diuidetur, vt pro ea tantum parte quisque conueniatur, qua ei attributa est, non pro parte collegarum, nisi dolus eius, aut culpa arguatur, quod collegam suspectum non fecerit, aut tardius excusse sum fuerit, aut inferior fuerit, l. i. §. i. hoc tit. l. fi duo T. de admin. tut. Iuliano interrogatus in collatione, quam fecit Iudaeis, & synagogis quaestionem hanc: Nisi aut cum aperiebat contutorem remouere, vt suspectum: omnino non remouit aut tardius remouit. Sin autem diuisa sit tutorum conuentione sine iudice singula tenentur in solidum cum hac conditione, vt quem pupillus elegerit, eiusdem adiunctus fuit administrat alius. l. 2. in fi. hoc tit. quia conuentio tutorum non potest in fundum pupilli diuidere officium tutelae, periculumque commune. l. 3. hoc tit. Denique pertinet omnia formantur diuisione facta ex tutorum conuentione: atque si pro indiuisa omnes tutelam administrassent: qua omni diligentia explicabo. Si diuisa sit administratio tutorum conuentione: vel omnino indiuisa: aut communiter omnes tutelam gesserunt pro diuisa ex conuentione: vel pro indiuisa: aut nulli, aut quidam gesserunt, quidam cessauerunt. Si omnes pariter pro indiuisa sine conuentione, vel pro diuisa ex conuentione, vel nulli, eligere pupillus potest cum qua expetatur in solidum esse adiunctus adiunctus alius. l. 2. in pr. hoc tit. l. 6. l. 11. pro. nisi omnes solidum fuerunt litis contestata tempore. hoc enim casu ii, quem eligit pupillus, possit exceptione defendere petit adiunctum diuisi inter omnes, exemplo epistola. Adriani pro vicinibus pertinebat aut pro tutia eius quod quisque gesserit. l. 2. §. nunc tradetur. D. de tut. & rat. distr. Vel si omnes electo pupillus agat cum omnibus, & condemnet omnes, aequa pertinebunt sententia diuidatur inter eos pro portionibus virilibus, l. 3. §. fi pl. vn. Ien. Sed si tempore litis contestata omnes solidum non fuerunt, si omnes fuerit solidum pateri non solendo, sic solum conuenitur in solidum: vel l. 2. D. de quib. tut. ad eund. iud. cat. cessa adiunctus adiunctus collegae. l. ex plurib. D. de adm. tut. vel sine cessione datae tutelae, d. §. nunc tradetur. l. 2. tit. 38. & hoc vbi omnes conuenitur ex culpa communi. nam si ex propria culpa. l. 3. ff. de cond. ind. quisque ex dolo communi, ex communitate communi: id est, cessationem omnium improba: quia dolo nulla est fraudem, ut neque cedantur directa, neque dentur utiles, l. 1. §. plane. D. de tut. & rat. distr. l. fi plures D. de adm. tut. Ad hae solendum non fiunt omnari idoneum propter non idoneum. prius obiectum existimabam esse, qui dicitur non esse idoneus, & fideiussor, & magistratus municipalis, qui non dedit non exactis satisdationem. l. 1. cetes. §. pen. D. cod. & si ab hac rem pupillus seruare non potest, tum demum id ad contutorem idoneum: & tamen tutelam cessa est, quae idoneus factum in solidum conuenitur inconcusso magistratu, si ob id conuenitur, quod contutorem suspectum fecere, aut satis exigere superfedit, l. 1. & 2. D. de mag. con. l. 1. §. vltimo ad eb. D. de tut. & rat. distr. in quo ipsum fuit solendo contutori, perfidiae reddito: sic ipsi Graci, Latinique, quibus in Vlr. & in illo Iuliani collatione discretio negotium, mali in eodem exemplari Vlr. tranctio in fidelitate illo loco, vt & ipse Iuliano legit, & Graci. Si contutor ob hoc conuenitur, &c. Quid autem si quidam tamen perfecit, alq cessauerint? Prius: contutorum, qui gesserunt, si solendo fuit tempore finis tutelae, l. 4. §. tit. proxi. l. 3. hoc tit. l. 2. §. de hered. act. l. 1. §. fi tut. Reip. cum abf. Sane est fuisse solendo ex tempore: nam si potest fuit non solendo, hoc euenire, ab curatorum: non contutorum, qui cessauerunt, periculo cedit. l. 1. hoc tit. Si non solendo ex tempore non fuit, neque diuisionis eorum, neque magistratus: non conuenitur nisi adiunctus tutelae, qui non gesserunt: quia sic periculo cessauerunt, l. 4. §. 1. D. rem pup. fal. fol. tres tutores. D. de adm. tut. Verum hic ordo non feruatur in re, quod dolo communi peritit, l. 1. §. fi tut. non gesti. tutores. §. in eum. D. de adm. tut. Cviac.

Si tutor, qui tenebatur per prius, tempore officij depositi est solendo: collega non tenetur. Bald. Vel sic: *Tutor non tenetur ex delicto contutoris, qui fuit solendo tempore depositae, sive finita administrationis.* Salvc.

1. Imp. Gordianvs A. Cipriano.

Si post finitum administrationis officium collegae tui indemnitati praestandae idonei fuerint*; posteaque dum non conueniuntur, minus idonei effecti sunt: vicium alienae cessationis ad dispendium tuum pertinere, iuris ratio non patitur*. PP. VI. Id. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Cos.

Vbi administratio non est diuisa, omnes tutores tenentur aequi principaliter, & per primo sed vbi est diuisa à testatore,

480/C.IV.K.5-4, 1339-1340
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Iun: & ff. eum pu. fal. fo. l. fin. & T. in quib. cau. hab. tut. l. fin.

Si diuisa.] CAYVS. Si pupillus plures habeat tutores: aut facta est diuisio inter eos à iudice, vel à testatore: aut non: si non electionē habet pupillus facta tutela quem velit conuenire, & in solidum: cessione tamen consentionis, & exactionis sibi competentia adiuersus alios contutores suos facta. & hoc in prima. Si facta est à iudice, aut à testatore, aut à fe: ipsis duab. primis casibus vnus ex alterius administratione non tenebitur: nisi per dolum alium suspectum remouerit non fecerit: vel tardē remouerit, cūm alter factus fuerit non soluendo: vel si accusauerit de suspecto, & collusit patiendo le superari propter aliquam pecuniā quantitatem: & si dicat curatorem non administrasse: quia per hoc non excusabitur: quia & de non administratis tenebitur, & hoc in secunda. Si verò ipsi inter se diuiserunt, perinde est quasi diuisio facta non esset: & quilibet in solidum conuenietur: & vno nomine, & exacto eadem sibi pu. actio adiuersus alium. & hoc in tertia. VIVEAN.

a ¶ *Eos prouincia.* Sicut ergo vbi diuersarū prouinciarum fuerint: vt *T. de pupil. tutel. & ff. vnus ex plur. tu. l. 4. & ff. de cur. bo. dan. l. 5. §. 1.*

b ¶ *Eligere.* vt *T. tit. 1. l. cum interdictis. & arg. ff. de co. fu. dan. l. 19.* Vel à die, si omnes administrarit, aut nullus: habet electionem pupillus: si vnus administrauit, & alius non: in administratio primò educatus, qui gessit: secundò magistratus: deinde alius: at in non gestis omnes teneatur: vt *ff. de nat. mag. l. fin. & ff. de administ. tut. l. 1. §. item in ea. & T. de hered. tut. l. pater.*

c ¶ *Facienda.* Item alia duo beneficia habet: scilicet vt actio diuidatur: & vetis (etiam non cessa) detur: vt *ff. de tut. & ra. dist. l. 5. nam tralatitium. & T. de iudic. in tut. l. 5.* sed fideiussoribus tutoris detur, statuit vt *ff. eum pu. fal. fo. l. 5. §. 1.* sed à cessione pluries fideiussores: alter vnius tutoris, alter alterius tutoris: non denegatur ei hoc beneficium: vt *ff. de hered. tut. l. pupillus.* nec obstat lex sequens, *ff. fideiussores*: quia pupillus accepit nouum cautionem: & se sibi fecit praiudicium.

¶ Et nota quòd primum, & vltimum beneficium non dantur dolosè: sed medium de diuidenda actione sic: vt *ff. de tut. & ra. dist. l. 5. §. nam tralatitium. & de administ. tut. l. si plures.* secundùm H. licēt Azo non concessit.

d ¶ *Diuidulta.* ablatiui absoluti.

e ¶ *Prodiderunt.* idem si vnus non instruat alterum super eo, quod alter nescit ad suā petitionem pertinere: vt *ff. de administr. tut. l. Titium. §. tutores.* Idem si non curgit satisdationem tem pupil. fal. fo. cūm videret eum fori non soluendo: vt *ff. de administ. tut. l. res tutoris. §. fin.*

f ¶ *Non administrasse.* nam aliquando possunt accusari de suspecto: vt *Instit. de satisdat. tut. §. suspectus autem est.*

g ¶ *In solidum.* aliud in plurimis administrationibus reipub. vt *instit. de cens. l. 1. & l. quoniam. lib. x. & qui gessiquo ex. can. l. 1. & 3. & fin. lib. 10.* & facit *ff. de neg. gest. l. cum alicui. & ff. de administ. tut. l. Lucius. §. Sempronij. & §. maximè. in fin. & ff. ad municip. l. imperatores. & arg. ff. de administr. tut. l. si pupillus alienum.*

¶ Ex prædictis colligi: quia *aqua est diuisa à testatore, vel à iudice: & tunc non teneretur vnus pro altero, nisi in tribus casibus hic posita, & duobus additis. Si à nullo, vel à se ipsis est diuisa: omnes administrent, sic nullus, omnes teneantur in solidum: vt in pluribus locis. l. ff. in principio.* si vnus gessit, alter non: tunc primò gerens, secundò magistratus, tertiò non gerens: nisi quòdo debuit non gerens facere aliam suspectam: vel tardè fecit, vel collusit: vt *T. si tutor non pe. l. 1. & ff. de cessis, & rationibus distrahend. l. 3. vsque adeò. & T. de cessis pupillorum. l. 3.* Aliud in concursu bonorum: vt *ff. de curat. bo. dando. l. 3. §. 3.* quia voluntariè constituit: vt *in eod. l. 3. quatenus.* vbi tunc quo dici non in solidum teneri. Triplex igitur remedū aliis: sed delicta vnum tantum: secundùm Azo. sed nec vnum quidem: vt modò no. & de hac materia dic. *T. de rem. iudicatum. l. 1. & ff. §. nam tralatitium.* & facit *T. de locat. & cond. l. 3. diuisa. in fin.*

Tit.] CAYVS. Contenit inter duos tutores, vt vnus administrarit, alius nō. Pacto illud non prædicat, quōminus quē velit, conuenias pupillus, vel quōminùs periculum ad vtrūque pertineat: nisi quōd prius conueniatur, qui administrauit, si solatio fit: vel eius heres.

h ¶ *Licet iuramento conuenisse.* Sic *T. de pact. l. debitorem. & l. pacta. & ff. de ad. vt. ad ci. parti. l. 3. §. ius reip.*

i ¶ *Non ambiguo.* vt *instit*

a Tutores pupillo obligati, quo ordine conuenientur.

b Tutela diuisa à testatore, vel à iudice, vnus tutor nō teneatur pro altero, nisi certis casibus, & triplex diuisa, nulla: vel omnib. administrantibus, omnes in solidum teneantur: vno gerente, primò gerendo: secundò magistratus: tertiò non gerens: vbi non gerens debuit collegam suspectū postulare. idque vel tardè, vel omnino non fecit. Hic enim casus, si omnia iuxta, qui non gessit, conuenendus est.

c Curatores bonorum, & tutores, concursus pupilli differentia.

DE IN LITEM IVRANDO.

TITVLVS LIII.

Hæc titulus est de iureiurando in litem arbitrio tutelæ à iudice dilato adolescentis vel curatoris eius: quod nihil aliud est, quàm æstimatio religiosa eorum, de quo agit adolescens, vel pupilli, adolescentis vnus, aut curator aduersus tutorem, aut curatorem. Vel pretium, quod pauit res sua, iurans quanti eam rem faciat: aut tutela agit, vel vtili negotiorum gestorum ex curatione causa. Rem enim, & litem, & id, quod interest promittit dicimus. Hæc verò aut à iudice æstimatur iusta pretia: si dolus abest, & lata culpa eius, qui id agitur. l. 1. in fi. hoc tit. vel ab altero iurato: si dolus, aut lata culpa aduersarij rei, de qua agitur, non reprehendatur, vel non exhibeatur: & vtraque genere sit vera vendicatio rei, sine litis: primo iusto pretio, secundò eiusdem simplo, & omnimodo condendi aduersarij causa ob dolum eius, vel latam culpam. Nec enim iudex id deferet ob lauam culpam, l. vilicanus. in fin. D. eod. l. 4. huius tit. nondum percepto metu hac ob in cuiusmodi iurari in litem, si commodatum, aut aliquo instrumento, aut pabulum exhibere nolit: quia non potest hoc non dolo malo facere: vt l. 1. §. 1. D. de adm. tut. l. 6. tutor. D. eod. Rem ex dolo tutoris, vel lata culpa, quæ vulgò præsumitur esse dolus, adhiri in iureum iusiurandum in litem deferri: in heredem autem tutoris omnimodo adhiri tutelæ ex dolo tutoris non deferri iusiurandum in litem nisi in fuerit constitutum cum defuncto, sed ex dolo proprio tantum, vel ex lata culpa, l. 1. §. 1. hoc tit. l. 4. §. 1. D. de hd. tut. & hæc est sententia l. 4. huius tit. Dico in heredem ex dolo defuncti non iurari in litem. Non dico heredem tutelæ non teneri ex dolo defuncti: teneatur enim in solidum, eiusque sibi ad eum pertinuerit, l. ex deposito. D. de obl. & act. maximè ex eo dolo, quo res tutoris demonstrat, & obligandæ, sententiam teneri ex alio quolibet, nisi in fuerit constitutum cum defuncto, quæ est sententia l. 1. tit. fin. & ita latius explicata, & correcta fuisse ex Basil. Obj. C. XIII. contra negantem, quam in eam sententiam, atque in l. 1. D. de mag. con. innuerunt commentatores, qui dixerunt imperitorum opinatu, ex lata culpa defuncti heredem tutelæ non teneri, qui teneatur ex delicto quod patrato est, ne si dicerem ex contractu defuncti heredem non teneri: nisi ob delictum defuncti, ac prius de delicti successorem non tenetur esse: non obligationes, atque contractus: ex ea l. 1. adiudicanda est interpretatio ad §. aliquando. Instit. de perp. & temp. act. non dicto exemplo ex §. planè. Instit. de act. quia ex speciali actio depositi, iam si panelus, magis ex delicto videtur esse: non ex Iquitatum. in fin. D. de pecc. Nam quod ibi de contractibus de peccunia: idem l. 4. tit. fin. de actione tutelæ, quæ tamen ex id id quod ad eum non peruenit, heredem teneri confiteri: vbi de lata defuncti damnum pupilli rebus attulit, & argumentum à contrario sensu non valet. CVIAC.

Contra heredem tutoris ob dolum, vel latam culpam instrumentis non restituentem, iurari in litem. SALYC.

cusso, si tut. nub. poss. l. 4. & l. sic.] l. cum tutor dicitur. & ff. admin. tut. l. cum tutores. &] ff. tut. resp. l.]. & quod non ab. ligerum.

DE IN LITEM IVRANDO.

Quia in actione tutelæ culpam specialiter agitur in litem : vel]. cod. l. actio. quod aliter non est : vt ff. eod. l. fin. & l. videamus. §. fin. & l. in actionibus. §. l. idem pertinet ad titulum.

1. Imp. ALEXANDER, & ANTONINVS A. Aristoni.

DIVERSVS * heredes tutoris ad transferendam tutelam * iudicem accipiens, tenore litis [b] instrumenta ad puberem pertinentia [c] restitui desiderabis [d]. Quòd si dolo * non exhibentur : in litem iurandi tibi facultas erit, modò si quondam [f] pupillo debitam adfectionem ad vincula quoque religionis extendere voluerit [g]. PP. Kalend. Aug. Antonino II. & Geta II. Coss.

Nemo invitus iurat in litem : & contra heredem tutoris, etiamsi sit heres heredis, ob dolum, vel latam culpam non restituentem iuratur in litem : & ubi dolus, & lata culpa cessant, aliter per iudicem de veritate inquiritur. SALYC.

II. Imp. ANTONIN. A. Iuaro.

IS, qui rationem tutelæ, seu curæ reposcit [h], inuitus in litem iurare compelli non potest : sed volens ita ijrenium [i] audiendus est, si heres per longam successionem [k] tutoris instrumenta pupillaria dolo, vel circumueniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin verò neque dolus [l], neque lata culpa [m], neque fraus heredis comminiciturque sa iusiiurandi facultate, iudex de veritate cognoscere quae etiam argumentis * liquidis investigari potest. PP. XI. Kal. Octobr. Duobus, & Afpris Coss.

Pupillus, vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. BALD. Vel sic : *Minor non potest remittere pallo condemnationem fi-*

a Hanc constitutionem citat Vivian. l. 4. ff. eod. tit.

b ¶ *Diuersus.*] CARVS. Si heres tutoris res, vel instrumenta minoris deuenerit finita tutela, & dicat esse eaemque aduersus eum, vt restituat. Si verò dolo, vel culpa lata instrumenta non exhibeat : poterit curator aduersus eum iurare in litem, pro quanto nollet instrumentis carere, vel sibi non exhibita fuisse. VIVIAN.

a ¶ *Tutelam.* id est, tutelarem administrationem in te curatorem, qui & quondam cum alio fuisti tutor.

b ¶ *Litis.* & sententiæ, ne sit contra *ff. ad exhibendum Legis. §. fin.* Vel illud in actibus, vel in rem scriptis : hoc in personalibus, vt tempus litis sufficiat : vt *ibi not.*

c ¶ *Pertinentia.* vel quia sua, vel sibi debita, vel ab eo possessa : vt *ff. de verb. signif. l. verbum pertinere.*

d ¶ *Desiderabis.* tu curator.

e ¶ *Dolo.* vel culpa, licèt finita sit tutela. vt *ff. eod. l. actio.* maximè post litis contest. commissa : vt *ff. de pecu. l. quæsitum. §. si fructuarius.*

f ¶ *Quondam.* cuius & tutor fuisti, & nunc curator es.

g ¶ *Voluerit.* non enim cogeris & mater : non admittitur etiam volens : sed ipse adulum, & vult, potest : vt *ff. eodem l. videamus in principio.* & facit *ad principio. l. 2. arbit. tut. l. secula.*

I. 5. qui.] CARVS. Cuiusut reposcent rationem tutoris ab heredes tutoris, non compellitur iurare in litem : sed si vult, potest, si heres, aut heres heredis instrumenta pupilli quondam dolo, vel lata culpa exhibere detrectat. & hoc in prima. Si verò dolus, vel culpa non interuenit, non iurabitur in litem : sed iudex de veritate inquirit.

h ¶ *Reposcit.* nomine minoris, fiue curat. fiue curatore fit, & contra curatorem, vel curatorem, vel eorum heredes agit : & idem si ipsemet agerit authoritate minoris, vel curatoris.

i ¶ *Ita demum.* hoc verbo, *ita demum*, determinatur verbum *dolo*, quod est infra : & *subaudis*, vel lata culpa : & similis remota determinatio est *ff. de fur. l. si vendidero. §. fi Tritan. 2.* Vel *subaudi*, maximè heres remotus, nam idem si est primus, & est simile subaudium. *ff. pro suo l. si non fuerit. §.].*

k ¶ *Per longam successionem.* fortè quia est heres heredis tutoris.

l ¶ *Neque dolus.* dolus palam, & etiam committitur : sed fraus palam : vt *ff. de pacti l. transigentium. §. dolo.*

m ¶ *Culpa.* Tutoris secundùm quosdam, vel veritas heredis.

¶ Et no quòd ex * lata culpa etiam heredis, secundùm non iuratur in litem vt *ff. de Agram. à contra.* fumitur : sed adversus tutorem eiusdem de lesi [b]. & fic non ob.] *eod. l. actio.* quæ est contra.

1. Alii dicunt ex dolo, & lata culpa tutoris iurari in litem : sed ex dolo tantum heredis per hoc, quod modò dixit, dolo. Et quod

ble subiacit de lata culpa. sentiendum non ando inter dolum, & latam culpam : dicit idem, vtinotat vt tunc iuretur, si lata culpa committatur ab herede : sic *ff. fideiuss. mandat. l. 4. §.].* Sed prima placet.

a ¶ *Argumentis.* non solùm iureiurando, quod est species * probationis : quod tamen aliter, & poli potest tantum. licet quidam dicant hodie contra : vt not. *ff. eod. l. videamus. §. pen. & l. de iud. motiuum poli iusiurandum.*

¶ *Vinum.*] CARVS. Duobus administratione rerum iuuenis, vnus administrasse, alius cessauit : qui gessit, dicebat minorem damnificatum fuisse in centum per hoc, quòd alius non gessit : & iurauit adversus eum in litem : & iudex condemnauit eum in centum : minor cùm centenas fortè sciis ei pactum de non petendo : nunquid ei nocent, quæritur? Dicitur quòd non : eò quòd non interuenit curatoris authoritas. Vel sic : Petit socius, vt transfigeretur super praedicta summa an possit fieri transactio, quæritur? Dicitur quòd non. prima pactio verior est.

o ¶ *Summa.* id est, quantitas.

p ¶ *Confessus.* scilicet in restituendis rebus adulti.

q ¶ *Pacto.* quia gratis non valet, cùm sit minor : vt *supra de pacti. l. pactum conuentum.* nec transigendo [c], cùm sit res certa : vt *supra de transact. l. ff. de certa. & l. ff. cum fa cognita. & ff. de transact. l. & pact. §. final. & ff. de condict. indeb. l. elegantiores. §. ff. quæ pact.* sed & effet maior, valeret pactum, & notatur : vt *ff. de re iudic. l. 10. §. si ex conuentione.*

ALio iure.] CARVS. Alio iure teneret tutor, alio iure heres eius : quia adversus tutorem, si instrumenta non exhibeat dolo, lata culpa, vel leui, iuratur in litem : adversus heredem non : nisi in. dolo, vel lata culpa non exhibeat. & hoc in prima. Si verò lis cum tutore fuerit contestata : in transferenda actione in heredem, præfes partibus fuis fungetur : & nisi instrumenta exhibeantur, non ignorabit qualiter procedet. sed non aperit qua actione. Tu dic quòd deferet iuramentum heredi : sicut poterat deferre defuncto : vt *ff. de iured. iuris. l. cum affirmamus. & l. vii.*

r ¶ *Alio iure est.* id est, teneretur.

s ¶ *Non prefertur.* dolo, vel lata culpa, vel leui : alioquin, id est, si non per leuem, non esset aliud in tutore, quàm in herede, pro cuius lata culpa iuratur : & sic est speciale, vt propter culpam iuretur : aliàs contra : vt *ff. eo. l. videamus. §. fin.*

t ¶ *Dolo malo.* fapple vel lata culpam : *l. eod. l. ut. qui.* Vel legent ibi aut. Item de dolo ipsius heredis dicit : non defuncti : quia tunc non iuratur in litem contra heredem pro dolo defuncti sed communiter interesse petiturve] *l. proxima.*

¶ Sed cùm * propter latam culpam, vel leuem iuratur, an veniat singulare interesse in facti cognitione indifaria sine alia probatione fieri & quando propter dolum iuratur? Refpond. commune interesse venire : vt *ff. eod. l. 1. §. 1.* secundùm Azo. & facia est à probatione relevari.

v ¶ *Moderari.* ita deferendo iuramentum contra heredem, vt petatur contra defunctum deferri : vt *ff. de fideiuss. & nomin. & iur. l. cum affirmamus. & l. fin.*

a Iuraturus in litem ex lata culpa heredis.

b Iuratur in litem adversus tutorem etiam ex lata culpa.

a Iuraturus in litem ob dolum heredis.

b Iuratur in litem ob dolum heredis.

c Iuratur in litem ob lata culpa.

d Iurat in litem adversus heredem ex dolo defuncti nò potest : sed continuare interesse petitur.

e Iurat in litem ob latam culpam, vel leuem, interesse continuare conquirere non licet.

Licèt.

480/C.IV.K.5-4, 1343-1344
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Licet.] CAVTA. Si tutor inventarium non fecit, & decessit: adversus heredem in litem non tenebitur, sed conveniri potest de dolo defuncti ad commune interesse.

a ¶ *Placuerit.* Apparet * hic quòd propter dolū defuncti non intratur adversus heredem in litem: sed ob suam heredis: vt *l. ut. l. si quis, & l. alia* litem adversus * tutorem ipsum ex tali dolo intentare: *vel reprehensum. in princ.* 1. Alii dicunt tamen defunctum in culpa fuisse. nam & si in dolo, etiam adversus heredem ob dolum defuncti intratur.

DE HEREDIBVS tutorum, vel curatorum.

Rogo.] CAVTA. De negligentia tutoris, quæ dolo non comparatur: an heredes eius conveniri possint, quæritur? Respon. quòd ob id nisi lis fuerit contestata cum defuncto, vel aliquid ad eum pervenerit ex bonis pup. vel cùm pupillo acquirere potuitatis esset: vt *l. mand. l. si procurator. §. vlt.*

b ¶ Ob negligentiam. filiæ defuncti.

c ¶ *Non oportet.* ex * dolo ergo defuncti, & lata culpa heres tenetur: nō leui: vt *hic, & supra de neg. gest. Curatorio. & ff. eod. l. fin. §. 1. & de act. & obligat. Lex duplex. & l. ex contractibus & arg. ff. de non. conse. l. non simplicitur & infra de non. conse. l. in heredem.* nisi in tribus casibus vt subiicit.

d ¶ *Inchoata. vt supr. tit. l. alia. in fin. & ff. eod. l. fin.*

e ¶ *Lucrum.* vt T. *eod. l. fin. & ff. de calum. l. in heredem.*

f ¶ *Profitum sit.* vt quod potuit pupilli quærere tutor, alii permisit: vt *ff. mand. l. si procurator. §. fin.* Lucrum d enim est ex alieno. &c. vt *ff. de fur. l. si pignora. §. 1.*

Deinde.] CAVTA. Si plures dati sint tutores alicui & quidam gesserunt, & quidam non. Non gerens, vel eorum heredes tenentur: prout tamen consuetudo fūr. qui gesserunt.

g ¶ *Vel velli. vel* e non id est, nam velli f non directa teneretur, qui non gesserit *ff. vt pup. fal. fol. l. non quæ. §. 1.* Vel dic tutela: scilicet velli. Vel velli: scilicet negotiorū gestorum contra heredem contraxerit. *T. de neg. gest. Curatori.*

h ¶ *Postea.* eiam ex dolo, vel lata culpa tantū defuncti heres tenetur: vt *l. 1. proc.* apparet quòd cessatio g est dolus, vel lata culpa: vt *hic, & T. tit. §. 4.*

i ¶ *Responsum est.* vt T. *tit 4. l. Licet. & l. arb. tut. l. cum interdicta. & T. de administ. tut. l. & ff. sof-*

a Tutori in litē adversus heredē non potest propter dolū defuncti: sed ob sui heredis tantum. b Tutori in litē adversus nō eorum poterit ob eorum dolo.

c Heres tenetur ex dolo, & lata culpa defuncti non nisi, nisi tribus casibus.

e ¶ Hanc negotiorum gestorum dicit esse actionem, vel Cuiac. vel. ex l. 1. ff. de negotiorum. g al. gratis.

e al. Velvi. d Lucrum est ex alieno largiri.

e al. gro. id est. f Tutor, qui non gessit, tenetur tutelæ actione velli non directa.

g Cessatio est dolus, vel lata culpa.

v. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Arthemidoro.*

Licet adversus heredes ob non factum inventarium iusiurandum in actione tutelæ præterminti placuerit * : iudicem tamen datum * velut ex dolo tutoris aliis iudiciis instructum, adversus eos ferre sententiam convenit. S. VIII. Kalend. Ianuar. Nicomediæ, CC. Coss.

DE HEREDIBVS TVTORVM, vel curatorum.

TITVLVS LIIII.

Quod dicit supra titulo generali Arb. tut. tutelæ actionem dari heredi, & in heredem.] pro id specialiter exequitur in hoc tit. quod actio tutelæ, qua heredi, vel in heredi datur, ita iure sit, quam qua datur tutori, cui in tutori. Nā ut iam occupanti dicere titulo superiori proximo.] pro. ex dolo in tutorem iuratur in litis fed non in heredem tutoris ex eodem tutoris dolo. & actio tutelæ, qua pupilli heredi competit, non est principialis. Lex pluribus D. de adm. tut. l. dabimus D. de reb. auct. iud. poss. l. 1. §. idem principes. D. ad leg. Cornel. de sal. *& in heredem tutoris non est famosa.* l. furti. §. fi quis alieno. & §. pen. D. de his, qui not. inf. *Heredum nomine intelliguntur etiam heredes heredum.* l. 1. T. tit. proxim. CVIAC.

Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa tutoris, hoc dicit totum esse sic. BALD. Vel sic: *Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa defuncti: nisi in tribus casibus hic expressis. h. d.* SALYC.

1. *Impp.* SEVERVS, & ANTONINVS AA. *Fusiano.*

HEREDES tutorum ob negligentiam [b], quæ [non] † latæ culpæ cōparari possit, condemnari non oportet: si non contra tutorem lis inchoata [d] est, neque ex damno pupilli locum [e] captatum, aut gratia [f] præstitum sit [g]. PP. VI. Id. Mart. Lucerano, & Rufino Coss.

De non posse à tutore teneri eius heres. h. d. SALYCET.

II. *Imp.* ANTONINVS A. *Valentino, & Maximo.*

PAter vester tutor, vel curator datus, si se non excusavit, non idcō vos minus heredes eius tutelæ vel velli [a] iudicio convenire potestis [b], quōd cum tutelam, seu curam non administrasse dicitis, nam & cessationis ratio reddenda est. Pisis

sit. & ff. sus. crimp. cum. l.

Deinde.] CAVTA. Si tutor in causa pupilli contraxit & fideiussorem non idoneum accepit: putā quia minuatur pecunia pupil. an teneatur eo nomine, quæritur? Dicitur quod hic. Vel dic Aliquis fideiussit pro Titio apud Seium. Seius filio suo fideiussoré dedit: nouerit si a sospito non exegerit Titio facto non solacado, vel Titium non cōuenit: potest pupillus ex causa fideiussioris actione tutelæ cum conuenire, eō quōd conuenire si sit prima actio in actionem tutelæ.

k ¶ *Adversus heredes.* qui si nostri sint, & legitimæ matris debent explicare quæ per defunctum inchoata sunt: vt *ff. eod. l. 1.*

l ¶ *Fideiussione.* putā quia malum fideiussorem accepit in causam pupilli: nam teneatur eo nomine. 1. Vel aliter: quia cūm * debuit exigere alios debitores pupilli, & seipsum debet exigere: & si non fecit, desolatior in actionem tutelæ prima actione *ff. de admin. tut. l. quotiens. §. 1.* etiam si prima erat finita tempore: vt *d. quotiens. & ff. de fideiuss. tut. l. tutor datus. & ff. de neg. gest. l. dominus. §. pen. & §. fin. & l. qui sine.* ACVTVS.

Heredes.] CAVTA. Si ad tutoris heredes, vel curatores aliquid ex re pupilli vel adulti pervenisset id restituere debeant, quæritur? Dicitur quōd sic: & sine administratore tutore vel curatore fit, non tenetur. VIVIAN.

m ¶ *Cognatur.* vt T. *eod. l. 1.*

n ¶ *Ambigendum.* vt T. *eod. l. pater.* & facit T. *arb. tut. l. tutela.*

SI TVTOR, VEL CVRATOR NON GESSERIT.

TITVLVS LV.

De hac titulum, vere sumpsit quod dicit titulo generali, l. 6. etiam eum qui nihil gessit actionem tutelæ tenere: vtrō fideiussit, non directe, & excusse petitio ex qui gessit. l. 1. hoc est in prima parte. l. 8. l. de admin. tut. l. 1. §. 2. tit. proxim. *Si nemo gessit quem non apparet quis prior, quis posterior sit: quia ff. eodē d. tutem acta par, vel culpa Lata, perinde omnes tenentur, ac si communiter tutelam indistincte gessissent.* l. 1. vt secundo parte. *Si hi autē alij gesserunt, alij vel gesserūt post eos, qui gesserunt, si solvendo, aut minus solvendo inventi fuerint, conveniuntur, qui non gesserunt vel culpa nomine, quōd suspectos contuerunt non fecerunt,* l. 1. §. fin. *Vel si forte contrarii tutorum parentes fuerint, qui solus tutelam gessit, quōd non ei postulaverint tutorem adiungi, aliis ex qua ratione professuerint rebus pupilli.* l. 1. CVIACIVS.

Qui non admittitur ad accusandū, potest esse procurator inquisitionis, & potest implorare officium iudicis in locū deficientis accusatoris, quand est notorū dignū. BALD. Vel sic: *Tutores etiā nō gerenti imputantur, si concurratorem suspectū nō fecit: & liberius, qui nō potest patronū de suspecto accusare nō prohibetur iudicis officiū implorare.* SAL.

Vo

*Tutori à se vel ab alio debent exigere.

b Contiuatio.

a ¶ *Debuerunt.*

480/C.IV.K.5-4, 1345-1346
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Debuerunt.* vt [illegible] tutor. l. si tibi pater. & ff. de [illegible] licet enim gessisse [a] videtur & qui per alium gerit: vt ff. de admin. tut. l. ita autem. §. [illegible] nihilominus tamen [illegible] ff. mand. l. si procuratorem. §. si tutores.

b ¶ *Non potuerunt.* dic, vt dixi suprà de probat. l. ex persona & [illegible]. Vide l. [illegible] de fideiuss. tut. vbi similia verba habentur.

c ¶ *Omiserunt.* hic dic, sicut dixi [illegible].

d ¶ *Patronum tuum.* qui & contutor erat.

e ¶ *Actionem.* id [b] est, accusationem de suspecto: nam actionem pecuniariam etiam famosam pupilli nomine potest intendere: vt ff. de in ius vocand. l. quæsitum. quæ est contra. 2. Vel dic propriè: & non potest scilicet suo nomine intendere: nisi ex magna causa: vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. fin. sed nomine pupilli benè in contrarium. 3. Vel dic: non potest accusare: scilicet per libellum: sed implorando officium iudicis, sic, vt subiicit: quod dic vt in famosam actionem [illegible].

f ¶ *Potuisti.* implorando per officium iudicis, vt ille remoueatur, & alius detur: [c] sine accusatione hoc fieri possit: vt ff. de suspe. tut. l. 1. §. [illegible]. Sed quidam dicunt hic peti curatorem: non eum remoueri, cùm sit coniunctus pupillo necessitudinis vinculo: vt ff. de suspe. tut. l. si tutor. in princ. quòd non placet: quia non pupilli, sed contutoris erat patronus: satis tamen potest legi in patrono pupilli.

QVidam] Casvs. Quidam tutores dati sunt pupillo, & vnus gerat, alius non. ille, qui non gerit, non tenetur, si alter, qui gessit, idoneus est. Si verò aliqua sunt, quæ à nullo eorum gesta sunt, ad vtrumque periculum communiter pertinet. Vivianus.

g ¶ *Tenet* [illegible] [illegible] ff. de admin. tut. [illegible] [illegible]. & facit [illegible] ff. de diuid. tut. l. fin. [illegible] ¶ Et nota cùm [d] quis ad tutelam vocatur [illegible], & non tenetur, si se non immiscuit: aliàs sic, negotiorum gestorum [illegible]. de suspe. tut. l. 3. [illegible] & tunc si non habet excusationem, tenetur ex quo scit se nominatum, nisi alius gerat, vt ff. de admin. tut. l. & si suspe. si habet tamen excusationem, [illegible] intra legitimum tempus: & tunc non tenetur: aut non exequitur eam intra legitimum tempus: & tunc pro toto tempore tenetur, si iussus est administrare: vt ff. de excus. tut. l. si is, qui tres.

[a] Gessisse videtur & qui per alium gerit.

[a] l. rubr. [illegible]

[b] Actio pro suspecti accusatione.

[c] Tutor suspectus quibusq; sine accusatione remouetur.

[a] al. Prafinio.

[d] Tutor datus pupillo, [illegible] quando [illegible] non.

[e] Tutor [illegible] [illegible] [illegible]

[f] Tutor vel [illegible] [illegible] [illegible]

I. Imp. Alexander A. Zetico.

CERTVM est non solùm eos, qui gesserunt: sed etiam qui gerere debuerunt [a], tutelæ [b] teneri, etiam in ea, quæ à contutoribus seruari non potuerunt [b]: si modò cũ eos suspectos facere deberent, id officium omiserunt [c]. Tu autem etsi contra patronum tuum [d] famosam actionem [e] instituere non potuisti: prouidere tamen, ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum, cuius de ea re iurisdictio fuit, potuisti [f]. PP. II. Id. Decemb. Maximo II. & Æliano Coss.

Contutor pro gestis à contutore idoneo non tenetur in subsidium: pro neglectis ab vtroque pariter tenetur cum illis. Salyc.

II. Idem A. Iusto.

QVi se non immiscuerunt tutelæ, vel curæ ex persona eorum, qui gesserunt, & idonei sunt, non onerantur. Si qua verò sunt, quæ cùm geri debuerint omissa sunt: latæ culpæ ratio omnes æqualiter onerat. PP. VIII. Kalend. Maij, Iuliano II. & Crispino Coss.

DE VSVRIS PVPILLARIBVS [h].

TITVLVS LVI.

Etiam hoc titulo specialiter resumit, quod attigit generali l. 3. in tutela arbitrij venire vsuras consuetas, vel ex constitutione Iustiniani [illegible], si pecuniam pupillarem tutor in suos vsus conuerterit, l. 1. & ex causa [illegible] *l. 7. §. quæ* [illegible] *D. de admin. tut.* [illegible] [illegible] [illegible] *Et ea sunt vsuræ pupillares, quas tutor debet,* [illegible] *hoc tit. Verum* [illegible] *l. cùm plures. §. vlt. D. de admin. tut.* [illegible] *l. in fin. D. de vsur. l. 48. §. 1. D. de administ. tut.* [illegible] *facta* [illegible] *paratum esse parem rationem cum pupillo facere,* [illegible] *l. 4. hoc tit.* Cvias.

Si tutor pecuniam pupilli in vsus suos conuertit, ad vsuras tenetur. Salyc.

I. Imp. Antoninus A. Crescentino [a].

TVTOREM, vel curatorem pecuniæ, quam in vsus suos conuertit, legitimas [i] vsuras præstare debere, olim placuit. PP. Non. Iun. Antonino A. IV. & Balbino Coss.

Tutor tenetur ad vsuras, etiam eius, quod à contutore debetur, vel pro contutore debet. Sal.

II. Imp. Alexand. A. Ampliato.

EIus, quod ex causa tutelæ debetur, vsuras præstari oportere, dubium non est [k]: quamuis aliis pro participe muneris [l] necessitas solutionis [m] irrogetur: quia non [n] id aliàs contingit, quàm si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit [o]. PP. XIII. Kalen. Iul. Iuliano II. & Crispino Coss.

Non imputatur tutori, si non potuit negotiari cum pecunia pupillari: sed tenetur eam [illegible]. Bal. Vel sic: *Si tutori non potest culpa imputari, ad vsuras non tenetur.* Sal.

III. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus [a] credere, neque in emptionem possessionum conuertere potuisti: [illegible] ignorabit iudex vsuras eius à te exigi non oportere. PP. Id. April. Modesto, & Probo Coss.

Obligatus ad rationem reddendam, aduersa parte nolente agere, potest petere testes recipi ad æternam rei memoriam: per quos sit probaturus iura. h. d. secundum [illegible]. *Et item quod assignatur aduersario terminus ad agendum hoc dicit secundum aliam sed*

Quia [a] *in actione tutelæ vsurarum fit condemnatio: de vsuris pupillaribus supponit.* Azo.

h ¶ *Pupillaribus.* Pupillares dicuntur, quas [b] pro conditione suæ personæ potest pupillus stipulari secundùm modum, qui est suprà de vsur. l. eos.

PErum.] Casvs. Aut tutor, vel curator, qui pecuniam pupilli, vel adulti in vsus suos conuertit, ad legitimas tenetur vsuras, quæritur? Dicitur quòd sic. Vivian.

i ¶ *Legitimas.* id [c] est, pupillares, nō minuendas more regionis: & hoc si palam conuertit: & sic loquitur ff. de adm. tut. l. [illegible] §. quæ [illegible] 2. Vel dic *legitimas.* i. centesimas: vt quādo conuertit clā: vt ff. de adm. tut. l. non existimo. & ff. de neg. gest. l. si fine. 3. Et omnes dicuntur legitimæ: quia est à lege statuere & facit [illegible] & depositi. l. si depositi. ¶ Et nota: quòd quandoque præstatur centesima, quandoque pupillares, ita vt nō minuatur per consuetudinē regionis: vt patet per d. l. ff. de adm. tu. l. tutor, qui repertorio. §. si post. vsq; ad f.

EIus.] Casvs. Si plures sunt tutores, & vnus vel ex persona sua quia gessit, & malè: vel omisit, cū gerere debuit: vel ex alterius persona, qui soluendo nō est, cōuenitur, & nō soluat, an teneatur ad vsuras, quæritur? Dicitur quòd sic. Sic ergo videtur quòd ex persona alterius vsuras soluere nō debeat: quia euenit vt ab alio vsuræ præstentur, si cōtutorē suū suspectū non fecerit, cū facere potuit. Vivia.

k ¶ *Dubium non est.* vt ff. [illegible] l. si postea.

l ¶ *Muneris.* qui, cùm suspectus remoueri debuit, remotus non est.

m ¶ *Solutionis.* sortis, & vsurarum.

n ¶ *Quia non.* id scilicet, vt vsuræ præstentur pro alio, &c. vt hic, & ff. de adm. tut. l. tutor. qui repertorium. §. pen. Accurs.

o ¶ *Imputari possit.* hoc potest admini diuisa tutela à testatore, vel iudice: vt ff. de diuid. tut. l. 3. Si autē nō erat diuisa, & omnes gesserunt, vt hic erat omnes tenentur in solidum, etiam si nō debuit, vel potuit remouere vt suspectum.

SI pecuniam.] Casvs. Si tutor pecuniā pupilli fœnerare, vel in emptionē prædiorū idoneē collocare nō potuit: an ad vsuras pecuniæ, si eā deposuit, tenetur, quæritur? Dicitur quòd non. Vivianvs.

a ¶ *Idoneis hominibus.* Leg. idoneis nominib. Sic in l. creditor. ff. de solut. & l. D. Seuerus. ff. ad leg. Falc. Vide scripta ad tit. C. ad S. C. Macedonianum. Cvi.

p ¶ *Cùm verò pecunia* quod [d] creditū nō est, si nemini sub dedisset ff. de admin. tu. l. cū plures. §. 5. & l. si eq. §. nō est. & [illegible] l. ita aut depositum in [illegible] vt hic, quod. §. quod si nobilia. col. vij. *Papinian.*]

[a] Continuatio.

[b] Pupillares vsuræ quæ dicantur.

[c] Legitimæ vsuræ pro pupillaribus, vel centesimis, vel his, quæ à lege constituuntur.

[d] Præsumitur pupillaris pecunia [illegible] non [illegible] dolo [illegible].

480/C.IV.K.5-4, 1347-1348
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Pupillum.] Catvs. Si tutor finita tutela credat se debere pupillo pecuniā, & pupillus noluit eum conuenire, vel rationes audire administrationis propter cursum vsurarum, vt possit adalium compellere, vel facere compelli, vt eum conueniat, quaeritur? Dicitur quòd non: sed sapiùs debet facere pupillum ad iudicium citari, vt sic magis contumax praesumatur, & sic ei securius possit prouideri: qualiter autem hoc fieri debeat, non apparet. [illegible] Vivianus.

Primam notabiliorem puto. Bal. Vel sic: Tutor non potest pupillum suum quandam compellere, vt agat contra eū: sed denūciationibus factis potest coram praeside ea ad quae tenetur, deponere: & pro depositis nō current vsurae. hoc dicit secundam aliam litteram: & hoc intendit. Reus nō potest compellere eum, qui fuit se dicit creditorem, vt agat: sed potest eius testes facere examinari ad perpetuam rei memoriā, vel potest petere, vt ei praefigatur tempus, vltra quod non audiatur. Sal.

IIII. Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Dicario, & Aurelio.

PVpillus agere vobiscum actione tutelae compelli non potest [a]. Verùm aduersus futuram calumniam, vt & si quid ei debetis, cursus inhibeatur vsurarum denunciationibus frequenter [b] interpositis, ad iudicium eum prouocate: ac si rem dissimulatione proferat [c], actis apud praesidem prouinciae factis †, voluntatis [d] vestrae rationem declarate: quo facto tam vobis ipsis, quàm securitati filiorum vestrorum consuletis. Quod & in curatoribus locum habet. PP. III. Kalend. Septemb. Sirmij, CC. Coss.

DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM, vel curatorum.

Titvlvs LVII.

Hic titulus ostendit de tutela, vel cura nō tantum agi cum tutore arbitrio tutelae, vel vtili negotiorum gestorum cum curatore: sed etiam cum fideiussoribus eorum actione ex stipulatu, qui & ipsi vsurarum pupillarium nomine tenētur, l. 10. rem pup. sal. fo. Et electionem adolescenti esse cum ipso tutore agere velit: an cum fideiussore eius, vel diuisis actionibus partim cum tutore, partim cum fideiussore, aut in solidum cum vtroque, ut hic idem consequatur, l. 1. hoc tit. l. 7. §. 1. D. de duob. reis. l. grege. §. etiam. D. de pig. quam electionem omnibus creditoribus ademit Iustiniani No. 4. quae de constitutione in Basil. non extat Constitutiones huius tituli quae sunt de electione, & notanda est illa l. 2. in quaestione illa, An electo tutore fideiussor liberetur. Multū enim interest simpliciter acceptus sit, an in omnē causam. Cviac.

Cum tutore, & cum fideiussore non potest pupillus in solidum agere. Sal.

I. Imp. Alexander A. Felici.

ELIGERE debes [a] vtrum cum ipsis tutoribus, vel curatoribus, seu heredibus eorum an cum his qui pro ipsis se obligauerunt, agere debeas, vel (si ita malis) diuidere [f] actionem. Nam in solidum & cum reo, & cum fideiussoribus agi iure non potest. PP. X. Kalend. Febr. Iuliano II. & Crispino Coss.

Illa lex probat, quòd fideiussor tutoris potest se obligare sub duabus formis: scilicet simpliciter & in defectū tutoris: & vtraque forma bona est, licet prima sit pura, secūda conditionalis: quod est notabile, & ideò dicitur instrumentum: & si distinctus tutor non soluerit, talis fideiussor promisit de suo soluere, & adimplere. Bal. Vel sic: *Pro ea parte, quā tutor soluit, liberatur fideiussor suus: siue sit simpliciter acceptus, siue rem pupilli saluam fore, vel indemnitatem promisit.* Sal.

II. Idem A. Prisco.

NOn est ambigui iuris, electo reo, & soluente, fideiussorem liberari [h]: & ideò si simpliciter [i] acceptus est fideiussor in id, quod tutor, seu curator debiturus esset: cùm proponas tutorem seu curatorem condemnatum soluisse, quid dubium est, fideiussorem liberatum esse? Planè [k] si stipulatio a rem saluam pupillo fore, interposita est: vel cautum est in id, quòd à tutore, vel curatore seruari non potest, manet fideiussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem. PP. VII. Kal. August. Fusco II. & Dextro Coss.

DE CONTRARIO IVDICIO TVTELAE.

Titvlvs LVIII.

Diceretis l surdo, & muto: quia nō semper huiusmodi vitia sibi concurrunt m: fancimus, si quis vtroq; morbo simul laboret: id est, vt neq; audire, neque loqui possit, & hoc ex ipsa natura habeat n: neq; testamentum facere, neq; codicillos, neque fideicōmissum relinquere, neque mortis causa donationē celebrare concedatur, nec libertatem o siue vindicta, siue alio modo imponere *, eidē legi tam masculos, quā fœminas obedire imperantes. Vbi autem & † huiusmodi vitij non naturalis, siue masculo, siue fœminæ accidit calamitas: sed morbus postèà superueniens & vocem abstulit p, & aures cōclusitis ponamus huiusmodi personam literas scientem: omnia, quę priori interdiximus, hæc ei sua manu scribenti permittimus q. Sin autem infuentanium discretum est, quod ita rarò r contingit: & surdus, licèt naturaliter huiusmodi sēsus varius est, tamē omnia facere: & in testamētis, & in codicillis, & in mortis causa donationibus, & in libertatibus, & in omnibus aliis * permittimus. Si enim vox articulata ei à natura t concessa est: nihil prohibet eū omnia, quę voluerit, facere: quia scimus quosdā inuisperiores & hoc subtilius cogitasse u, & nullū * esse exposuisse, qui penitùs * nō audiat: si quis supra cerebrū illius loquatur, secundū quod habētio Celso placuit. In eo autē, cui morbus postèà superuenīēs auditū tanēmodò abstulit: nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere.

Sin verò aures quidem apertæ sint, & vocem recipientes: lingua autem eius penitùs præpedita: licèt à veterib. auctoribus

Discretio.] Cassv. An surdus, & mutus possint condere testamentum, distinguitur, aut sunt coniuncta vitia, aut distincta. si coniuncta, quia sit, scilicet surdus, & mutus à natura, id est, à nativitate potè, aut ex morbo superueniente: primo casu nec facit testamentum, nec codicillos, &c. Secundo casu facere potest, si scribere sciat. Si autem fuerit surdus, & non mutus, quod rarò contingit: aut à natura, aut morbo superueniente, in primo casu fuit distinctio: & alterationis secundo non. Si fuerit mutus, & non surdus, & scribere sciat: testamentum facere potest, sive mutus fuit à natura, sive superueniente morbo. & illa non solùm habet locum in masculis, sed etiam in fœminis.

l ¶ *Discretio.* id est, separatio.

m ¶ *Concurrunt.* licèt videatur statim velle dicere quando sunt vitia separata: præmittit tamen duos casus, quando sunt coniuncta.

n ¶ *Natura habet.* Lab origine, vel à nativitate, nam quilibet homo de natura habet, vt audiat, & loquatur.

o ¶ *Libertatem.* Contra *§ qui, & à quibus. l. §.* Sed ibi * erat separatim.

p ¶ *Abstulit.* scilicet morbus.

q ¶ *Permittimus.* sed in superiori casu nullo modo potuit dicere. Sed & per aliam potest scribere, si hoc à principe impetrat: vt *§ sed. l. si mutus.* loquitur autem de eo muto, & surdo, qui prorsus non audiant, nec loquuntur: aliàs enim omnia facere possunt: vt *instit. eo. §. item surdus, & mutus.*

r ¶ *Rarò* non. quòd rarò s contingit, quòd sit aliquis surdus, qui mutus sit: & econtra.

s ¶ *Contingit.* Schaudi, & exposuisse.

t ¶ *Natura.* id est, ab origine.

u ¶ *Nullum.* scilicet surdum.

v ¶ *Qui penitùs.* scilicet cui vox articulata fuit concessa.

¶ Sed videtur surdum d nullo modo posse testari: vt *§. unde cog. l. actiones. §. fratres.* Respon. illud secundùm ius vetus, secùs cùm quod non poterat testari, nisi impetrasset à principe: vt *§. eo. l. si mutus.* Vel loquitur ibi de surdo, & muto à nativitate, vel ex accidenti: sed ignorabat literas.

480/C.IV.K.5-4, 1483-1484
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Si hunc peritum. * non ergo aliàs: ar. sumpto à contrario [b] [illegible]

b ¶ Differentia. id est, differentia.

c ¶ In masculis. nisi in militibus: vt Instit. de testa. mili. § quibus [illegible] qui non possunt facere testamentum, vt dicitur Instit. eo. § fin.

Nemo.] Casvs. In rebus acquisitis per filiumfam. putà in profectitiis, vel aduentitiis, quia proprietatem habet filiusfamil. pater vsumfruct. testandi non habeat licentiã filiusfa. nisi tantùm in his casibus, in quibus ei à veteribus legibus permissum est: hoc autem est in castrensibus, vel quasi: [illegible] querelæ inofficiosi subiacebit. & hoc dicit cum l. seq.

d ¶ Promulgauimus. [illegible]

e ¶ Permittimus. scilicet vt possit facere testamentum [d] in aduentitiis.

f ¶ Antiqua lex. [illegible]

g ¶ Certis. in castrensi, vel quasi: [illegible]

h ¶ Personis. [illegible]

i ¶ Facultatem, capacem, scil.

k ¶ Concessæ sunt. q. d. non relinquitur concepti in illis casibus, in quibus possunt facere testamentum.

Additio. An autem filiusfamilias possit testari in his aduentitiis, in quibus pater nõ quæritur vsumfructum [illegible]

l Omnes.] Ex legibus. permittitur enim ex diuersis legibus [illegible]

m ¶ Constitutionis. [illegible]

n ¶ Præstitit. [illegible]

sæpiùs de hoc variatum est: attamen si hunc peritum * literarum esse * proponamus, nihil prohibet eum scribentem hæc † omnia facere, siue naturaliter, siue per interuentum morbi huiusmodi infortunium ei accesserit: nullo discrimine [b] neque in masculis [c], neque in fœminis in omni ista constitutione seruando. Dat. XV. Kalend. Martij, Constantinopoli post consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC.

Filiusfamilias nõ potest testari, vel codicillari in aduentitiis; sed in castrensibus, vel quasi bene potest. h. d. cum l. sequenti. Alex.

X. *Idem A. Ioanni P.P.*

Nemo ex lege, quam nuper promulgauimus [d], in rebus, quæ parentibus acquiri nõ possunt, existimet aliquid esse innouandum, aut permissum esse filiisfamilias cuiuscumque gradus vel sexus testamenta facere: siue sine patris consensu bona possideant secundùm nostræ legis distinctionem, siue cum eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus [e]: sed antiqua lex [f] per omnia conseruetur, quæ filiisfamilias, nisi in certis [g] casibus, testamenta facere nullo modo concedit, & in his personis, [h] quæ huiusmodi facultatem [i] habere iam concessæ sunt [k]. S. Dat. Kalend. Septemb. Constantinopol. post consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC.

XI. *Idem A. Ioanni P.P.*

Omnes omnino, quib. quasi castrensia peculia habere ex legibus [l] concessum est, habeant licentiam in ea tantummodò vltimas voluntates condere secundùm nostræ constitutionis [m] tenorem, quæ talibus testamentis de inofficiosi querela immunitatem præstitit [n] †. Dat. III. Non. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC.

DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODVM testamenta ordinentur.

Titvlvs XXIII.

De testamentis *id est, de variis generibus testamentorum, deque eis aperiendis, & apud acta publicandis ab ipso testatore, vt si quando interciderint, sit vnde fides eorum peti possit.* Et quemadmodum testamenta ordinantur: *id est, de solennitatibus, & regulis certis, quæ in testamentis seruari oportet* [illegible] *Et est quidem aliud genus testamenti, quod mysticum dicitur,* [illegible] l. 21. *Aliud, quod fit per nuncupationem,* d. l. 21. § per nuncupationem. *quorum in vtroque septem classici testes exiguntur. Est & aliud, quod fit precibus principi oblatis,* [illegible] l. 19. *aliud municipalibus gestis,* d. l. 19. & Nov. Valentiniani de testamentis. *Alia genera testamentorum antiqua obsoleuerunt: & nominatim id quoque, quod per æs, & libram fiebat, abolitur* l. 15. Cvracivs.

Conditio testis spectatur secundùm tempus, quo testamentum signatur: & error communis pro veritate habetur. hoc dicit. Bal. *Vel sic: Sufficit habilitas vera, vel communiter putatiua testis testamentarii, secundùm tempus signationis testamenti.* h. d. Sal. *Vel sic: Valet testamentum, ad quod testis seruus communi opinione reputatus tunc liber, fuit adhibitus.* Alexan.

I. *Imp.* Hadrian. *A. Catonio Vero* [*].

Testes serui [a] an liberi fuerint, non in hac causa [o] tractari oportet: cùm eo tempore, quo testamentum signabatur [p], omnium [q] consensu liberorum loco habiti sint, nec quisquam eis vsque adhuc [r] status controuersiam mouerit. Sine die, & consule †.

Scriptura testamenti publicata fidem facit, etiamsi originalis scriptura sit deperdita. h. d. Alexa. *concord.* Bal. & Sal.

II. *Imp.* Alexander *A. Exspedito.*

Publicari [s] semel testamenti

o ¶ Testes serui. Huius rescripti mentio fit in § sed cùm aliquid. Instit. eod. Cvracivs.

o ¶ In hac causa. id est, in casu primo huius legis.

p ¶ Signabatur. quo tempore consideratur conditio vera, vel putatiua, vt valeat testamentum. vt hic, & ff. eod. l. ad testium. § conditio.

q ¶ Omnium. Error * communis aliquid facit: vt ff. de officio præs. l. Barbarius. & [illegible] sed & qui dominii. & ff. ad Macedon. l. 3. & [illegible] de sentent. & interlocut. om. iudic. l. si arbiter.

r ¶ Vsque adhuc. scilic. quando fuit adhibitus.

¶ Et non quid licet valeat testamentum: non tamen in iudicio potest hic testis produci: vt [illegible] de test. l. quoniam liberi. Et si dicas, quid ergo prodest, quod valeat testamentum? Resp. multum: quia potest [b] probari per publicam scripturam. Vel fortè confitetur aduersarius talibus editum esse testamentum. Nam & per eos, qui mortui sunt, vel infames facti, vel absentes, non potest probari: vt ff. de Carbo. edict. l. 3. § ex causa. & tamen valet sic ergo & in nuncupatiuo potest hac lex loqui, quòd vel per publicam scripturam, vel per confessionem probetur: & sic habet se consuetudo: & facit ad hoc [illegible] de dona. l. in donationibus. & [illegible] de edic. diui Hadriani toll. l. fin. a. Alij dicunt eum loqui tantùm [c] quando fit in scriptis: & sic intelligitur quod est Instit. de testam. § testes. Et nuncupatiuum [d] dicunt non posse probari per scripturam publicã [e], cùm illa tantùm ducat testium vim obtineat: vt [illegible] de fide instru. l. in exercendo. & sic oportet hodie viuentes esse septem vt [illegible] de fidei. [illegible] hoc dixi.

Publicari.] Casvs. Fecit quis testamentum non in scriptis, vel in scriptis sed à primato confectum: heres de morte testium timens, vel quia fuit corrosum, vel membrana in breui peritura fecit illud publicari coram iudice, & testes fecit iurare omnia esse vera, quæ in eo continebantur, & publica charta confecta est: an valeat publicatio, quæritur? Resp. quòd sic: si in casu amissum fuerit: quod probare debet heres: quia qui casum allegat, ipsum probare debet. Vivian.

s ¶ Publicari. Hæc publicatio sic fieri debet, vt coram iudice ordinario [t] vt [illegible] eodem l. testamenta omnia. & testamentum aperiatur, & testes iurent, ita esse verum sicut scriptum est: & postea in publica charta conscribetur secundùm eo. vel etiã in eadem, vbi prius erat scriptum sed si scriptũ non erat, publicabitur hæc voluntas,

b ¶ Professis. in casu contrario vt [illegible] de episc. & cler. authent. presbyteros. l. super l. cùm lege. Sed dic vt ibi.

Additio. Imò dic quòd hodie testamenta filiorum testantium de castrensibus vel quasi, possunt expugnari per querelam. Pavl. Alexand. & Ias.

DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODVM testamenta ordinentur.

Dixit de vtilitate: nunc de testamentis.

Testes.] Casvs. Siue testamentum in scriptis fiat, siue non, septem testes sunt necessarij. Vel dic contra, quod hic loquatur de testamentis in scriptis factis. Si ergo quis fecit testamentum, & habuerit septem testes, & credebantur omnes esse liberi, cùm duo essent serui: an hoc comperto postea valeat tale testamentum, quæritur? Respond. quòd non: cùm eo tempore, quo adhibiti fuerunt, eis status quæstio non mouebatur. Vivian.

a Surdus, & mutus [illegible]

a Etiam si in illis patri non quæratur vsus fructus. [illegible]

a Catonius Verus [illegible]

a Testatoris [illegible]

b Testamentũ probatur per publicam scripturam [illegible]

c Testamentũ nuncupatiuũ [illegible]

d [illegible]

f Etiam coram iudice delegato [illegible]

Codic.

AA a 4 voluntas,

480/C.IV.K.5-4, 1485-1486
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

voluntas. & prodesse, vt licèt amodò testimonio aliquis destitutus, probatus per scripturam, quæ prius non erat: vel erat primata. Alij dicunt, quòd hic si publicatio etiam vivente testatore quod non placeri. ADDITIO. Tu dic hoc verum, nisi fieret de consensu testatoris. CY. FULGO. & IAS.

a ¶ *Fides.* Fides, quæ haberur publicato testamento.

b ¶ *Materia.* fuliteri originale.

c ¶ *Qui probatur.* id est, probandus est.

¶ Nota ergo quòd qui casum dicit, eum probat vt *infra eod. l. confulta. & ff. l. principes. & infra quemadmodum testamenta. aperi. l. ante diem.* melius facit *l. sciat. supra de fide instrum.* & dici *ff. de adm. de l. ff. quæres argentar. in. §. fi.* & facit ad hanc l. *l. eod. l. confulta.*

d ¶ *Pafit.* exemplo erroris. sed dic vt diximus *supra de edend. auch. fi quis.*

e ¶ *Constitutum est vt T. tit. l. fi quis & l. fi quem. & ff. de lege. iq. l. ex imperfecto. & l. eod. l. nolumus. & Instit. quibus fant: in alio nec testa in §. fin.*

f ¶ *Lex regia.* id est, lex regia *dando superiorem potestatem principi: vt Instit. de iure nat. gent. tit. 2. vt ff. fed & quod principi.* & *eximit eos à solemnitatibus iuris:* licèt non observentur in testamentis, & in alijs solemnitatibus iuris: tamen nemo fit, qui ea dicerem, cum Cicero, & Scipione Chartagineo vtiliter, & cuoni vtrum.

g ¶ *Vivere. vt T. de legi. & confit. l. signa.*

h ¶ *Si in nomine.* e proprio d, facio & appellatione: pronomine, vt Marcus Tullius cognomine, affinitate cognomine, ab eodem.

i ¶ *Cognomine.* quòd hic dicit de errore nominis hæredis: vt *ff. de hæred. secundum rabul. l. fi ita. & fed & cum.* idem de errore nominis legatarij: vt *Instit. de leg. §. fi quæ in nomine. & exposuit hæc verba* id. *Item in errore vt legatarius l. de leg. l. fi Titiodinum.* vel promissi: vt *ff. de contrah. stipu. l. fi in nomine.* vel repetitur *ff. de rei vindic. l. fi frumentum. §. fin.*

N *Regus professus.*] CASVS. Si Titium filium eum adiuvarit, ut fi, nec erat, & eum tanquàm filium in testamento instituit: an valet testamentum, quæritur? Resp. quòd non cum hæredis institutio. VIVIAN.

k ¶ *Neque professus.* scilicet patris.

l ¶ *Præiudicat.* vt pei hoc probentur filij: vt *Instit. de adopt. §. fin. de legitim. in 1. & T. de prob. l. non epistolis. & l. non mediocrem. ff. de liber. ag. l. 1. §. 1. si quis ex. fanti. fanum.* Sed contra *ff. de probat. l. fin.* sed præsumptionem facitat, vt ibi dicimus.

a ¶ *Principib.* Seuero, Antonino, & Gordiano *d. 4. T. sit pro.* CVI.

fides e, quamuis ipsa materia b, in qua primùm à testatore scriptum relictũ fuit, casu, qui probatur c, intercidit: nihilominùs valet d. PP. Kalend. Iunij, Fusco II. & Dextro COSS.

Licèt Imperator legibus sit solutus: tamen vivere tuit legibus: & ideò non admittitur ex imperfecto testamento, l. d. SAL. Vel fic: *Si testamentum est imperfectum, non valet: etiam si princeps in eo sit institutus.* ALEXAND.

III. *Idem A. Antigono.*

EX imperfecto testamento nec Imperatorem hereditatem vindicare posse, sæpè constitutũ est e †. Licèt enim lex imperij f solennibus iuris Imperatorem soluerit: nihil tamẽ tam proprium imperij est, quàm legibus viuere g. PP. XI. Kal. Ianu. Lupo, & Maximo COSS.

Error in nomine proprio, vel appellatione, siu designatione singularis rei vel persone, non officit testamento, nisi reddat dispositionem omnino incertam. l. d. BALD. Vel fic: *Falsa demonstratio non vitiat, si de corpore constat.* ALEX.

IIII. *Imp.* GORDIAN. *A. Rufino.*

SI in nomine h, vel prænomine, seu cognomine i, [seu † agnomine] testator erraverit, nec tamen de quo senserit, incertum sit: error huiusmodi nihil officit veritati. PP. XII. Kal. Ianuar. Gordiano A. & Auiola COSS.

Adiuvatio alterius non facit filium eum, qui non est: & quod relinquitur alicui vt filio, non debetur, si appareat illum non fuisse filium. ALEX.

V. *Imp.* VALERIAN. & GALLIENVS AA. *Lucilio.*

NEque professio k *, neque adiuvatio † nuncupantium filios, qui non sunt, veritati præiudicat l: & quæ vt filiis testamento relinquantur, iuxta ea, quæ à principibus m statuta sunt, non deberi n, certi iuris est. Accepta VI. Nonas Iulij, Valeriano, & Gallien. AA. III. & II. COSS.

Verba enunciativa testatoris non inducunt dispositionem in præiudicium eorum, quos gravare non poterat. ALEX.

VI. *Imp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. *Termio.*

VERba testamenti, quibus mater vestra decedens nihil se cuiquam donasse o significauit: si res se aliter p habeat, fidem veri nũ perstringunt q. PP. III. Nonas Nouemb. Diocletia. A. * & Asiphobolo COSS.

Error scribentis, veritatem non nocet: idèo si apparet de voluntate testatoris, licet per errorem scribentis scripta non fuerit, habetur pro scripta. ALEX.

VII. *Idem AA. Rufino.*

ERrore scribentis testamentum iuris solennitas mutari r nequaquam potest s, quando t nimis scriptum, plus nuncupatum † videtur: & ideò rectè testamento condito quinquam desit, heres esto u *, consequens est, existente herede legata, seu fideicommissa iuxta voluntatem testatoris oportere dari. PP. XVII. Kal. Febr. ipsis AA. IIII. & III. COSS.

Propter necessitatem dispositionis interdum suspenditur: non autem in totum tollitur. l. d. SAL. & ALEXAND.

VIII. *Idem AA. Marcellino.*

CAsus maioris, ac nonnũquam contingentis ratione, adiuvatus

m ¶ *Non deberi.* vt *T. eius. l. fi pater. & ff. de hæredi. instit. l. quæsiuit in principio.*

¶ Sed contra, *ff. de hæredib. instit. l. nemo. §. qui frater non est.* Sed ibi scienti non fratrem, diligens vt fratrem, instituit hæredem. & sic respon. *J. eius. prous. Eiusn. idem.*

V *Erba.*] CASVS. Si mater tua donationem inter viuos fecit: & in testamento se non donasse affirmauit: an veritati præiudicetur, scilicet quòd magis reuocetur donatio? Respondeo quòd non. VINIA.

n ¶ *Donasse.* & in veritate donauerat: scilicet inter viuos: & tunc nullo modo veritas perstringitur. l. Vel fic, causa mortis: & tunc licet ablo fit, vade veritas non perstringitur: obstantibus exceptis: quia se heredem velle libere offendit: vt *J. de falsa causa adier. l. fi.* sicut dum lon. Sed contra ibi: donasse dicere aliquid certum. vm habet ibi: vt *ff. de donat. l. ex hoc scriptura.*

o ¶ *Se aliter.* quia donasse. ACCVR.

p ¶ *Non perstringunt.* testatorem non enim obtemperatur non etiam credetur: vt *ff. ad Silan. l. fi quis in grauis. §. 1.* Sed idonæ volunteres defunctorum fare firmandæ: vt *in auth. de nupt. §. dispensat. colla. iny.* Respond. hæ, voluntates dispositiuæ, sed hic dixit enunciando, non disponendo: fic *T. de probat. l. testiuo. & commune. vtrisq. quæ. l. fi scriptura. & in auth. de iuratur. à mon. §. 1. eod. l.*

E *Rrore.*] * CASVS. Si in testamẽto duo prænominibus septem testibus dixerit: Titius heres esto: & talis subsellio scripto tantum, Titius: an infirmetur testamentum, quæritur? Respond. quòd non: sed valebit instituto hæredis: & ex eo testamento legata debentur, & petij possunt.

q ¶ *Mentiri.* id est, non valere.

r ¶ *Possit.* vt *J. eu. l. legatorum.*

s ¶ *Quando.* aliàs quamuis.

t ¶ *Heres esto.* non quòd hoc tantum desit: sed deest, *heres: aut deest, esto.* Sufficit eum scribere, Titius heres, vel Titius esto. Nũ autem sicut dixit Paul. sufficit scribere solũm heredis nomen x, putà Titius, licèt hoc voluerit dicere per Titium. Sed contra eum *ff. de hæred. institu. l. §. fin. eodem.* Vel dic, quòd ibi deerat hoc totum: sed appositus tunc alia equipollentia verba y, quia hereditatis meæ dominus esto: vt *ff. de hæred. institu. l. Liber. verbis. in principio.* vel ita continebatur: Titius heredi tuo meo z & ita deerat, heres esto: & pro hoc facit *ff. de lege. q. l. vnum ex familia. §. fin. & Liber. pater §. item imperfecta. & J. eod. l. testamentum.* ¶ Nota ergo ex hac l. plus dici, quàm scribi, vel aliter: vt *ff. de hæred. institu. l. quæsiuit. §. 1.* Sed contra *ff. de iur. eod. l. fin.* Solubi fuit omissa testatoris voluntate: ibi scribentis errore. ACCVRSIVS.

C *Asus.*] CASVS. Si testamentum septem testibus præsentibus commodè inchoatũ, & nondum completo voluntatis mortuus cadaueris, & eo postea restituto redit: & eorum eo, vel alio eius loco supposito testator protestatur: an obstiterit illo interuallo valeat minùs testamenti, quæritur? Resp. quòd

* *Id. ad. l. 12.*

† *Testatum. l. 12. ff. de iure. & ff. de hæredi. instit.*

* *Lex ff. de hæredi. instit.*

x Quod sufficiat probari possit ille error, sine testatorum conscientia, & ne iuris. Ita Gothofred. Papa A. C. 1. 1.

y Ita Gloria est omnes illi iuri. sed Paul. *Alex. & Inf. Alex. & Inf.*

z Ita facit diuinatio ad vtrum est tamen vera in fin. Inf. Pan. *Alexan. & Inf.*

d Ita etiam est diuinatio *Bar. Bald. Alex. & Inf.*

480/C.IV.K.5-4, 1487-1488
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

quòd non: solet enim ob talem necessitatem remissum sit eis, vt conuenian[t]: non tamen est eis remissum ne redeant: sed redire debent: quia necesse est, vt sufficiens numerus testium adhibeatur. VIVIAN.

ADDITIO. Et Non. Valent de testam. generaliter testes diuersis horis obsignare poterunt. CVIAC.

a ¶ Aduersus. i. propter.
b ¶ Quæ. i. contagio.
c ¶ Testes deterret. timorem infert aliis.
d ¶ Penitus. quia valeat testamentum.
e ¶ Reliqua. præcedens, alias reliqua: id est, facienda.
f ¶ Iungi. i. adiungi.
g ¶ Sociari. id est, dissociari.
h ¶ Remissum est. id est, concessum est eis dissociari dum tamen statim vel ipsi iidem redeant: vt ff. eod. l. qui testamento. § fin. & l. heredes. § fin. vel si necesse erit, alij supponantur, qui antè rogabant testatorem an habeat rata præcedentia: & sic procedetur in testamento: vt ¶ an. l. cum antiquitas. § fin autem.

ADDITIO. Ex hac l. not. secundùm Baldum quid faciendum propter superuenientem excommunicatorum officiû. Mod. sic potest suspendere.

* al. Carnabio. [margin]

SI non.] CASVS. Heres Titius instituens dicebat testamentum esse validum, & producebat testes: qui tamen non fuerant præsentes, quando factum fuit testamentum: sed tantùm recitari audierunt: & ex animo sui iudicio hæc disposita esse dixerunt, recitato tamen prius testamento: an valeat tale testamentum? Dicitur quòd non. VIVIAN.

i ¶ Si non speciali priuilegio. ab Imperatore concesso, in quo dicatur, non obstante *, suprà de inoffic. testam. l. si quando. in princ.
k ¶ In conspectu. testes conuenire eodem tempore.
l ¶ Testatoris *. dicit hoc, vt ¶. eod. l. si vnus. ACCVRS.
m ¶ Officio. scilicet audiendo testatorem, sigillando, & signando.
n ¶ Nullo iure. speciali, vel communi: vt hic, & ¶. eo. l. si vnus. & ff. eo. l. pen.

SI testamentum.] CASVS. Fecisti testamentum, & in eo extraneum filio ex causa exheredato, instituisti, non obstante principis rescripto valebit testamentum: nec rescindi[tur] à filio. VIVIA.

o ¶ Rescripti nostri. etiam si concedatur: vt suprà de prec. Imper. offer. l. rescripta.

NOn idcircò.] CASVS. Testamentum fecisti, & deinde [illegible]: subtractum est testamentum: an ob hoc vitiosum sit, quòd factum sit factum, quæritur? Respond. quòd non. ratio dubitationis erat: quia videbatur vitiosum: quia furtiuum: sed tale furtum non facit ipsum non valere: sed tantùm fallitas: vel si sit minus solenne. VIVIA.

p ¶ Subtractum. vnde videbatur vitiosum: vt Instit. de vsucap. §. furtum. sed hoc vitium non nocet, quò minùs valeat: vt hic, & ff. de bon. poss. secundum tab. l. j. §. sufficit.

[left margin notes:]
† al. Menophilo. [illegible]
a Notabilis Glo. secundum Ludouic. & Corn. quod rescripti [illegible] contrarium debet habere clausulam derogatoriam.
* al. Zephi.
b In testamento necesse est, vt testes videant testatorem, vt [illegible] l. 1. infra eod. [illegible] solo testatore [illegible] [illegible] Gl. in l. 1. [illegible] ff. de aqua pluu. Quidâ dicunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] plenius de hac quæstione apud Capell. [illegible] quærit, & distinguit [illegible] testamento, in matrimonio, [illegible] quasi, [illegible] vel quasi. Adde Mathesil. [illegible]

fus * timore contagionis, quæ b testes deterret c, licèt aliquid de iure laxatû est: non tamen penitus d reliqua e testamentorum solennitas perempta est. Testes enim huiusmodi morbo oppressos eo tempore iungi f, atque sociari g remissum est h: non etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sublata est. Dat. XVI. Kalend. Iul. ipsis IV. & III. AA. Coss.

Testes adhiberi ad testamentum, debere esse in præsentia testatoris, & non, & eodê contextu fungi officio testiû, nisi ex priuilegio patriæ concesso aliud permitteretur: & nô valeret rescriptum, propter quod rescinditur testimonium iure factum: & non vitiatur testamentum, licet per alium fuerit subtractum. h. d. cum duabus ll. seq. ALEX.

IX. Iidem AA. Patroclo *.

SI non speciali priuilegio i patriæ tuæ iuris obseruatio relaxata est, & testes non in conspectu k testatoris l testimoniorum officio m functi sunt: nullo iure n testamentum valet. PP. X. Kalend. Iul. ipsis IV. & III. AA. Coss.

Testamentum iure perfectum non rescinditur per rescriptum. SAL.

X. Iidem AA. & CC. Menophilo †.

SI testamentum iure factum sit, & heres sit capax: auctoritate rescripti nostri o rescindi non oportet. Dat. XV. Kal. Augusti, AA. Coss.

Furtum non vitiat testamentum subtractum. h. d. Vel sic: Vitium furti, vt extrinsecum, non habet vitiare testamentum. SALYC.

XI. Iidem AA. & CC. Zenoni.

NOn idcircò minùs iure factum testamentum suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum p probatur. S. Dat. Prid. Id. Nouem. AA. Coss.

Defectus solennitatis facit ratum testamentum deficere: rasura verò, vel interlineatura, aut cancellatio non dicitur defectus solennitatis: ideò non facit testamentum deficere: & si quæratur an deficere faciat partem illam, quæ cancellata reperitur, distinguitur, an fuerit cancellata à testatore ex proposito: & tunc facit deficere: secus si per inaduertentiam, vel ab alio extraneo. h. d. cum suppletionibus appositis. ALEX.

XII. Iidem AA. & CC. Maroni.

SI vnus de septé testibus defuerit, vel coram † testatore omnes eodé loco testes suo, vel alieno annulo q nô signauerint, iure deficit testamentu r. De his autê, quæ interleta s, siue superscripta dicis, non ad iuris solennitatem; sed ad fidei t pertinent quæstioné: vt appareat u vtrùm testatoris voluntate emendationem meruerint, vel ab altero inconsultè deleta sint, an ab aliquo falsò x hæc fuerint commissa y. S. Dat. Prid. Non. Iulij Philippop. AA. Coss.

Nemo potest facere quò minus leges in suo testamento locum habeant. ALEX.

XIII. Iidem AA. & CC. Eurychide.

TEstandi causa de pecunia sua z, legibus certis a facultas est permissa: non autem iurisdictionis mutare formâ, vel iuri publico derogare cuiquam permissum est.

Qui heredem facit, videtur velle testari. SALY. Vel sic: *Res qualitas agentis intentionem demonstrat.* BAL. Vel sic: *Qui heredem instituit, vel filium exheredat, censetur voluisse testari, & non codicillari: & ideò si talis dispositio non valet vt testamentum, non valebit etiam vt codicilli.* ALEX.

XIV. Iidem AA. & CC. Achilleo.

NOn codicillum b *: sed testamentum auiâ vestram facere voluisse, institutio, & exheredatio facta probant euidenter. Subscri. Idib. Decembr. CC. Coss.

Hodie in institutione heredis non requiritur solennitas verborum: sed sufficiût qualibet verba voluntatem

SI vnus.] CASVS. Si non iure testatur: quia septem testes adhibuit, vel vij. si tamen sigillo suo, vel alienis non signarunt: non valet testamentum. Sin autem iure testatus est, sed aliqua litera in testamento cancellata est, & etiam vel superscriptum, vel additum, an illi testamento adhibenda sit fides, quæritur? Dicitur quòd iudex inspicere debet an aliquid per testatorem fuit emendatû, vel aliquid deletum, &c. quòd autem iuris sit, non dicit. Tu dic, quòd quando testator voluit emendare, non valet quod deletum est: in alijs valet. VIVIAN.

q ¶ Annulo. i. sigillo.
r ¶ Testamentum. vt ¶. eod. l. si non speciali. & ¶. eod. l. hac consultissima in prin. quod de annulo dicit, constat omnes eo[dem] posse signare: vt Instit. eod. §. possunt. similiter & vij. sed an duobus, vel tribus, dubitant aliqui: sed dico quòd possunt.
s ¶ Interleta. id est, cancellata aliàs interspersa. ACCVRS.
t ¶ Fidei. vtrû verbum illud est deletum, super quo erat vis quæstionis, non adhibeant ei fidem: vt ff. de fide instru. l. q. nisi secundùm quòd hic dictum distinguitur: si autem alibi, valet: vt ¶. de transact. l. si ex falsis.
u ¶ Vt appareat. id est, inquiratur ad hoc, vt pateat quid iuris sit: & hoc quando deletum est verbum, de quo est quæstio.
x ¶ Falsò. dic nominaliter, vel aduerbialiter.
y ¶ Commissa. an aliquo casu: vt infrà eod. l. pen. In primo casu quando voluit testator emendare, non valet: aliàs valet: vt hic, & ff. de his, quæ in testamen. delen. l. j. §. j. in princip. & de bono. poss. secundum tab. l. j. §. si vnus. & ff. eo. l. ad testium. §. si ignor. & §. si tab. test. nul. ext. l. j.

† l. 1. ff. signat. [margin]

TEstandi.] CASVS. Licèt pecunia tua sit, in qua testati vis, non ob hoc quocunque modo valeres testandi habes facultatem: sed secundùm formam iuris seruatam, quam mutare non potes, nec iuri publico derogare.

z ¶ De pecunia sua. videbatur quòd posse testari de sua vt vellet: vt ff. ad leg. Falc. l. j. in prin. sed est intelligendum legitimè.
a ¶ Pecunia sua. Idem in l. z. §. Iulia. ff. de adminis. tut. & l. nemo potest ff. de legat. 1. vide notata, & scripta ad d. l. nemo. CVIAC.

* Sic singulari quoq; nomine dicit [illegible] l. 11. infra eod. [illegible] [illegible] semper numero dicat, [illegible] [illegible] [illegible]. [margin]

a ¶ Certis. id est, certis obseruationibus & solennitatibus à legibus inductis: non autem derogare est permissum: vt & ¶. de inoffic. testa. l. si quando. in princ. & ff. de lega. 1. l. nemo potest. & de administr. tut. l. quidam decedens. Sed arg. contra ff. de lega. 1. l. codicillis. §. final.

ADDITIO. Dicas quòd ibi erat solennitas sufficiens ad codicillos: ideò valet iure codicillorum.

b NOn codicillum *. Pone legatarius petebat legatum: heres dicit non valere testamentum: quia tantùm quinque testes fuerunt: replicat legatarius, quòd fuit codicillus: duplicat heres, quòd testator voluit testari, quod patet per institutionem, &

a Adde quod ad hoc legem ex Socin. [illegible] [illegible] [margin]

AAA 3 exhereda-

exheredationes, quæ substantiam in testamento: ff. de iur. codicil. l. illud § traditur, &] de codic. l. si idem §. fin. & Instit. de codicil. ... vnde non valet vt codicillus ... hoc ibi dictum non fuit] de codicil. l. fin. ¶ Item nec quod aliquo modo voluntas scilicet testatoris videtur renunciare codicillis: qui sunt in contrarium: sic & ff. de leg. com. l. post dot. &] de repud. her. l. si §. §. Sed arg. contra ff. de sen. ... l. si tam augusti.

ADDITIO. Ibi verum erat substitutio: hic verò verum erat aliter contrarium. BALD.

QVoniam.] CASVS. Ad hoc, quòd testamentum valeat, non refert an verbis indicatiuis, vel imperatiuis in nominatiuo, vel accusatiuo fuerit heredis institutio facta: tamen vt ex ea testatoris voluntas appareat. Item nec necesse est, vt eodem momento inchoetur, & compleatur: quod olim forte fuit obseruatum: sed quibuscunque verbis, vel in quacunque charta ordinandi testamentum habeat facultatem.

a ¶ *Imaginarius.* quia imagine veritatis habet non veritatem.

a ¶ *Vsus est.* Collatum hoc videtur ad ... quæ per æs, & libram fiebant. CVIAC.

β ¶ *Imperatiuis.* Vlp. frag. tit. 21. & 24. CVIAC.

b ¶ *Directis.* id est, indicatiuis.

c ¶ *Inflexis.* inflexa dicuntur omnia nomina in omnibus suis casibus, præterquam in nominatiuo.

d ¶ *Momenta.* scilicet obseruatio in quibus momentis cœperit, & compleat.

e ¶ *Seminecis.* i. semimortuus: ergo solennitas verborum tollitur vt]. de formul. l. 1. & 9. &] in l. testamentum.

f ¶ *Materia.* membranis, vel chartis: vt hic, & Instit. eod. §. nihil. & ff. de bono. possess. secundum tabul. l. 1. [illegible]

NOn dubium.] Sicut principi relinqui potest in testamento, vel heres institui: ita aliis in dignitate positis potest: & dicitur quod ideo quia diuitibus relinquere non oportet, contrarium tamen videtur verum: an autem heres in minus solenni testamento institutus, ex quo delata non debebatur, si sciens ea soluerit repetat, quæritur? Resp. quod non repetet: quia tamen ... debita iure naturali.

g ¶ *Vsus.* non se videbatur testator sanæ mentis, qui talibus, vel tam diuitibus relinquebat: sed tamen valet vt hic, &] ... l. si quis.

h ¶ *Voluntas.* codicillis declarata, quando intestatus decessit.

i ¶ *Agnouerit.* scilicet soluendo, sciens voluntatem non valere: vt infra de fideicommiss. l. 9. & l. si ... Vel alimenta per triennium, vt in auth. ... l. 1. Vel promittendo, sciens similiter non valere: vt hic, & infra ad leg. Falcid. l. fin. Aliquis si coram iudicium dicat, approbo quod fecit pater meus: non promittendo vel soluendo, non præiudicat sibi: vt supra de iur. & fac. ign. l. si post diuisionem. & l. cum testamentum. ¶ Sed numquid si verum ... sibi præiudicat? Respond. non arg. supra ... l. si & supra de excus. tut. l. voluntaria. Nec obstat ...] ad leg. Falcid. quia loquitur ibi cùm testamentum valuit: licèt nimium esset grauatus heres.

k ¶ *Implendi.* quando non soluit.

TEstamentum.] CASVS. An verborum geminatio infirmet testamentum, quæritur? Respond. quod non: verbi gratia si ordinator dixerit: Valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, cum ... &c. VIVIAN.

l ¶ *Hoc.* scilicet testamentum.

m ¶ *Deficiens.* id est, testator: vt quia dicit, Vel iure testamenti valeat, vel iure codicillorum: vt] de codicil. l. fin.

n ¶ *Prætermissa.* quod si, dum laborandi breuis: vt] de app. l. fin. §. in testamentis.

o ¶ *Contractus.* scil. aliquos: non autem testamentum vocat contractum: quia de eo specialiter loquitur, & quia verba contrahentium, &c. vt ff. de verb. sign. l. verbum.

p ¶ *Officiunt.* i. nocent.

q ¶ *Voluntati.* vt dicitur] de ... l. ... in fin.

r ¶ *Cautela.* sunt nec regulas. ¶ Prima, quod abundans cautela, vel superfluitas nō vitiat contractum: vt hic, & ff. de negotiis gest. l. si pupilli §.] & ff. de reg. iur. l. non solent. & de verb. oblig. l. quæ extrinsecus. Secunda, vt idem sit in testamento: vt hic, & ff. de ademen. lega. l. si ferme. in fin. & infra de instit. & substitut. l. ... in fin. prima ... ff. de reg. iur. l. ... & de fideicomiss. l. Gracch. §. si quis ... & l. ... qui obligat §. 1. & ff. de seruit. ... pro parte. §. fin.

ADDITIO. Dic quod in illis legibus est superfluitas viciosa contra formam, & naturam actus: hic verò non. ALEX. & IASON.

s ¶ *P. V.* Hoc ideò præfecto vrbi Imperatores rescripserunt: quia sub eius dispositione erat magister census. CVIACIVS.

TEstamenta.] CASVS. Si testamentū debeat publicari, coram quo iudice facienda sit publicatio? Resp. quod coram magistro census: nec coram alio. & hoc de antiquiori consuetudine, quæ si immutetur, mentientium mutabitur iudiciū. Vel sic: Cùm quis haberet testamentum in quo fuit scriptus heres, per quod posset docere de institutione sua, si forte timeat ne deficeret, vel quia corrosum erat, vel vetustum, & velit illicò publicari ad perpetuam rei memoriam: coram quo iudice fieri debet, quæritur? Dicitur quod coram magistro census.

t ¶ *Testamenta omnia.* in scriptis ergo, & sine scriptis: vt] l. q. dixi.

u ¶ *Solent.* vt donationes, & similia: vt] de donat. l. secundum diui.

x ¶ *Translatio.* vt apud alium iudicem publicentur: vt hic, & d. l. secundum diui. &] eod. l. consulta. &] de episc. & cleric. l. ... Sed hodie videtur coram defensore ciuitatis: vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. coll. 3. quæ est contra. vel hæc lex cum prædictis concor. de ciuitate Romana dicit, & Constantinopolitana: illa in prouinciis, & extra vrbem: vt] de donat. l. ... Sed contra] l. ... in princ. Sed expone vt ibi.

x ¶ *Mos.* id est, consuetudo.

y ¶ *Quem.* scilicet morem.

z ¶ *Irritam.* non tamen erit irritum:] eod. l. consulta.

Omnium.]

testatoris experimentia, siue imperatiuo modo, siue indicatiuo: aut directo, aut obliqua. ALEX.

XV. Imp. CONSTANTIN. A. ad Populum.

QVoniam indignum est ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorū: placuit, ademptis his, quorum ᵃ imaginarius ᵃ vsus est α, institutioni heredis verborum non esse necessariam obseruantiam, verùm imperatiuis β, & directis ᵇ verbis fiat, aut inflexis ᶜ. Nec enim interest, si dicatur, [heredē facio, vel instituo] vel volo, vel mando, vel cupio, vel esto, vel erit: sed quibuslibet cōfecta sententiis, vel in quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modò per eam liquebit voluntatis intentio. Nec necessaria sunt momenta ᵈ verborum, quæ fortè semineci ᵉ, & balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit solennitatum verborum necessitas: vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque instrumenti materia ᶠ cōscribere, & quibuscunque verbis vti, liberam habeant facultatem. S. Dat. Kalen. Febr. Sardicæ, Constantio A. II. & Constante A. CC. Coss.

Dignitas instituti, vel legatarij non vitiat institutionem, vel legatum: & approbatio heredis approbantis testamentum non solenne, facit ipsum ad præstationem compelli. ALEX.

XVI. Impp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio PP.

NOn dubium, nec incertum est, sicut Imperatoribus: ita qualibet dignitate, vel potestate decoratis viris, tam hereditatem, quàm legatum, seu fideicommissum relinqui posse g.

Illud etiam adiiciendum est, vt qui ex testamento, vel ab intestato heres extiterit: etsi voluntas ʰ defuncti circa legata, seu fideicommissa, seu libertates legibus non sit subnixa: tamen si sua spōte agnouerit ⁱ, implendi ᵏ eam necessitatem habeat. S. Dat. Kalend. Iul. Thessalonicæ, Gratian. V. & Theodosio AA. Coss.

Superflua non vitiāt: sed omissio necessariorum omnem dispositionem vitiat. ALEX.

XVII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Aeternali proconsuli Asiæ.

TEstamentum ˡ non ideò infirmari debebit, quòd diuersis hoc ᵐ deficiens ⁿ nominibus appellauit, cùm superflua non noceant. Namque necessaria prætermissa ⁿ imminuunt contractus ᵒ, & testatoris officiunt ᵖ voluntati ᵍ: non abundans cautela ʳ. Dat. XII. Kalend. April. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Coss.

Insinuatio facta coram non competenti iudice, nō tenet. BALD. *Vel sic: Publicatio testamenti fieri debet coram magistro census in vrbe: & si fieret coram alio iudice: tamquam coram incompetenti facta non valeret.* ALEX.

XVIII. Iidem AA. Africano P. V. ˢ.

TEstamenta omnia ᵗ, cæteraque quæ apud officium censuale publicari solent ᵘ, in eodem loco referuntur, nec vsquā permittatur fieri vlla translatio ˣ. Mos ˣ namque retinendus est fidelissimæ vetustatis: quem ʸ si quis in hac vrbe voluerit mutare, irritam ᶻ mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. XII. Kalen. Octobr. Constantinopol. Cæsario, & Attico Coss.

Testamentū factum coram principe, seu principi per oblatas preces

a Testamentum, si non valet vt testamentum: non valet vt codicil. [illegible]

¶ Pars l. in Ingenio [illegible]

* Rogo & commendatione [illegible] mitto. Cuiac. [illegible] Hinc in fragmentis Vlpiani non refertur eius formula.

b Imaginatio vsus.

c Verba directa, per indicatiua.

d Verba inflexa quæ.

e Seminecis, vel semiuiua [illegible] ... verborum [illegible].

g Vel heres testatoris [illegible]

h Vbi duo [illegible]

a Heres, si ex [illegible]

b Contractus appellatione non venit testamentum [illegible]

* Ex Cod. Theod. [illegible]

† Nullum [illegible]

* Ex Cod. Theod. [illegible]

c Nisi magi. [illegible]

Omnium.] Cauv. Si testamentum fecisti, & illud principi insinuasti: an ob id solenne dici possit, nullibi non adhibito, quoniam hibiti in testamento necesse est, ac si coram eunuchis praesentibus, saepe testibus obtinum fuit, &c. quod sic. An autem mutus valeat, quod super hoc rescriptum principis non habuit, quaerituit. Respon. quod non. An autem post authentiam illi à principe publicè mutare possit voluerit, quaerituit? Dicitur quod sic: cum infirmum tuum principi insinuatum, ita bonum est, si id confirmaverit, & vinculo fit, quod probatur eo ipso, quod nō probatur contrario: sicut quod aliud nō fecit; nec necesse est, quod successor tuus eadem adeat causa petendi bonorum possit, quia sola voluntas sufficit illum in adeunda hereditate: potest ergo, qui testari voluerit, & potuit lege non prohibente, heredem principi declarare: nec timere debet heres, si probare potest voluntatem sic principi oblatā fuisse: ne aliud sibi adserentur: scilicet quod non sit capax, vel posit testamentum per querelam inofficiosi irritari, vel quod testamentum non posit facere defunctus, &c.

† Omnium testamentorum. Sic constitut: id testamentum, quod semper conficientium principi, interrogabilibus, probatisque personis: illud dico infirmum mera fide.

b ¶ Proclam. Cde quo fit mentio in libello precū potestatum principi, vt ipse interiuratus, violetur superare, &c. Ego aliorū contra tam omnium testamentorum fidēiratum superare violetur, habantur id id testamentum, quod tenet etiam confiscentiam principi, fabandi, exibentis inter tot, &c. infirmum petentibus: habant, facta mera fide: id est, bona fide.

c ¶ Inter eos. quasi dicat: malitas ⁴ quia principes non poterit esse fore malitia: sicut nec episcopus: vt in auth. quomodo oportet episcop. §. illud. colligi.

d ¶ Sororum. Cheres.

e ¶ Alia cuiusquam. Quid fieri posse dum Nov. Valent. de testam. Cvtac.

e ¶ Publicanis: id est, manifestatis ⁵, fiat condicio & sic non est contra. Tout. 1 prom. 2. Alij dicunt ⁶ loqui hic, cum ⁷ vbeat ibi in vrbe, vbi est magister census.

f ¶ Successione. affinitā, de successione heredis, qui succedit.

g ¶ Qui scilicet heres.

h ¶ Medio id est, Imperatore praesente.

i ¶ Sententia. Memoria fol. & depositionis, quibus iura continebantur. Vide scripta ad l. pen. T. de fid. instrum. Cvtac.

k ¶ Tyde id est, testificante. Sic Infra. de pub. ind. §. sunt les Constitu. de fiscaria, de vilione fiscaria.

l ¶ Reiecimus, à nostra voluntate.

l ¶ Reiudaverimus, licēt non approbaverimus.

m ¶ Nisi tum, quae per praesentium colligitur.

n ¶ Comprobatur, quod ⁸ est eo ipso, quod ⁹ non probatur contrarium: vt hic subicit, nec, &c. sic & T. de. l. §. fi.

o ¶ Bonorum. à non est necesse ¹⁰, vt successor adeat iudicē causa petendi bonorum possessionem: quia sufficit sola voluntas.

p ¶ Complere, quantū ad acquisitionem dominij, plenè datur per testamentum, plenius per mortem, plenissimè per adeuntem.

q ¶ Cui, quibus, de plurali autem transit ad singularē. T. de in iur. vo. l. fin.

r ¶ Collatus. ipsum vocasse, & se institutū esse heredē, secundūm Ant. t ¶ Trybiano. ex hoc videtur, quōd solus ¹ Imperator nō sufficeret: vt hic, & supra de testā. in reiuranda. quod verum est ² secundūm Ant. & H. L. Sed quidam dicunt solum eum sufficere, & quardam verba in hac l. illud velle videtur: vt supra ad. in prior. de qui nolu., &c. & quod hic dicit, non obstat: quia non exigitur iudicium defuncti tribibus probari: sed preces principi porrectas secundūm defuncti voluntatem. Quid ergo secundūm poterit operatur? respondeo quod testamentum habetur pro publicato: vt supra eod. l. ibi, sicut erat, &c. vnde licet amittatur originale: nihilominūs tamen potest adiri heredius ex eo, ac si esset publicatum ³ coram magistro ⁴ fas ⁵ quod non esset aliās: vt supra de cod. tell. §. & cum tripha. Item quia non habet necesse petere bonorum possessionem, licēt sit talis, qui etiamsi ⁶ te nouo non admittatur sine ea: vt habet in calu. de iniust. rupt. inf. l. posthumus. & alibi, vt in l. vnde vi. T. de. Item sufficiunt hic duo testes: vt not. T. eod. l. hac consultissima.

u ¶ Non possunt. nec quoratia inofficiosi testamenti, nec contra tabulas, & potuit vitari defunctus, & heres est capax.

Vtilitatem.] Cauv. Nisi iure testamentum factum sit, & heredes institui: & si petiti capi fuerit per alia fugitum, quod in minuta solenni testamento heres sit institutus an ex ipso, quod principe in mores solenni testiatur est, iniuriae prius solenne per consequens non solenne? Respond. quod non sed legitimi faciendi testamentum facultas inordinatus, & falsarias iudicetur, nec tineat heres institutus, nec iudex talium testamentum audeat: nec petentium mortua recipiat.

x ¶ Valuerunt per non solennes, et subiecit.

y ¶ Scriptum. non solenne, aliud si esset solenne ⁷, licēt non scriptum: vt supra eodem. Lex imperfecta. & Infra. quib. mod. testa. infirm. §. fin.

z ¶ Confirmatur ab aliquibus, qui volunt nobis blandire & facere non erat verum: vt locum habeat, quod requirat de potest fallsidem tamen si esset verum, ex quo non est solenne, velcon-formatur, id est, dicitur.

a ¶ Perhibeant id est, dicitur vt non perhibeant.

b ¶ Suscipere, aliquā scilicet iudex.

a Hoc Cl. reprehēdit in quantum intuitus, quōd haeres scriptus coram principe non potest agnoscere bonorum possessionem, de iure praetor. Angel.

b Dici posset vnde de hac qualitate.

c Inde est fugitum. Ker. Ital. Iuris & Iul. Iuris. fuit vetum, et aut dici.

d Eclonsi. Ital. & Ital.

e Hoc Cla. est Ang. secundū Ang. in. Ital. Praetor. §. in mandat. & in secundum Fab. de iud.

f In Cod. Theo. defuit lib. 4. tit. 4. l. 1.

g Id. affirmat. in Cod. Th. de quo monuit.

h Voluerunt Iustin. Iustinian. in quibus. quales refert Sarcon. in Decretum. mulier. fab. 10. Ibidem hoc dicunt, non dicunt le ausdēs dicto nō dicitur heredis. cod. vide. Cuiacius. Iustinian.

Hoc

480/C.IV.K.5-4, 1493-1494
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Hac conſultiſſima.] CASVS. Si ſeptem teſtibus adhibitis, ſubſcribentibus, & ſignantibus teſtamentum ſcriptis, & id ſignatis, & ligatum oſtendentibus obhoc infirmari debeat, quod ignorauerunt teſtes, quæ in eo ſcripta ſint? Reſp. quòd non, cum id illud ſcripſerit, vel alium, & ei ſubſcripſerit. At autem litteras ignorauit & ſubſcribere nequiuit: adhibitis ſeptem teſtibus cum ſcriptura, firmum manet teſtamentum, etſi ea, quæ in eo ſcripta ſunt, teſtes ignorauerunt: nec aeſtimandum eſt, quòd eodem tempore inchoetur, & completur teſtamentum: ſed diuerſo bene poteſt. Ad hoc autem vt completur, & valeat, teſtes ſubſcribant, & ſigillent ſimul, & ſimul: aliàquin nõ valeat teſtamentum.

[EX IMPERFECTO.] Si teſtamentum minus ſolemne conditum, puta adhibitis duobus teſtibus, non valeat, teſtor an inter liberos factũ ſit, an adimita perſona extraneæ? Hinc caſu vacabit ſimpliciter: in ſecundo caſu in perſona extranei non valebit: in perſona liberorum ſic, & ita accedit.

a ¶ *Per ſcripturam.* Loquitur ergo de teſtamento in ſcripto, cuius ſecreta teſtes ſcire non oportet: vt fabricę]. *ead. l. hæc ideò, &c. & ſ. ead. à qua teſtamento.* §. *ſi.* ſed aliud in manuparatione vt] *ead. l.* § *per mancipationem.* quia teſtes debent ſcire, quæ in teſtamento ſcribuntur.

b ¶ *In eo.* Teſtamento.

c ¶ *Inuolutum.* ſic in Imperatore *ſ. ead. l. ad teſtium.* §. *ita.* Alij dicunt inuolutum: id eſt, valde obſcuram, quaſi obſcuris verbis dictatam.

d ¶ *Conſignatum.* i. ſubſcriptis: hoc quo ad eorum hæredes corrigitur quia teſtator debet illud manu ſua ſcribere, ſi poteſt:] *ex Liuiano. ex ſcen.* ſed & illa corrigitur per auth. hi poſita, & ſic ordinat ad illam.

e ¶ *Regula.* ex *ſ. ead. l. hæredes. in ſ. fin.*] *de edicto. l.* § *ſ. ſ. & in eo de teſti.* §. *licet. in fi.* § *ead. cap.*

f ¶ Item non ſeptem teſtes: & hoc regulariter: quadoque ſi enim octo, vt quando teſtator nõ ſubſcripſerit: *in ſ. hæres reſp.*

Item in teſtamento caecus] *ait*] *Hac conſultiſſima.* Id quandoque duo: vt *l. de teſtam. milite. Liuiano.* Item & quando ipſe princeps hoc indulſit: vt *l. ead. ſ. non ſpectat.* Item & quãdo ipſe princeps interfuit: vt *l. ad Liuianum teſtamentum.* Item quãdoque quinque: vt *l. ead. l. fin.* Item quando pater teſtatur inter filios ſufficiunt minus ſeptem: vt *l. ead.* § *ex imperfecto.*

f ¶ *Ciuibus.* Liberis hominibus. Item pu heres, vt ſubintelligitur: vt *Inſtit. ead.* § *ſcripto autem.*

g ¶ *Subſcriptura.* contra *infra in l. Liuius antiquitus. in fin.* Solu illa corrigit illam in caſu: ſciliicet quando teſtator ſcripſit totum ſua manu in alio non.

h ¶ *Nulla alia.* Liberorum vt *ſ. ead. l. hæredes. in fin.* nik ex neceſſitate vt] *ead. l. Liuius antiquitus, circa principium.*

i ¶ *Subſcriptiones.* contra] *ut l. Liuius antiquitus.* § *ſi tamẽ in quandam.* vbi dicit & in media] parte teſtamenti fieri poſſe ſubſcriptionem. Sed ibi eſt ſpecialis vel corrigit. Vel dicit ibi de medio temporis, non de medio teſtamenti.

k ¶ *Non ſubſcriptum.* ſic. ſubſcriptione teſtis & debet continere

HAc conſultiſſima ¶ lege ſanciuimus licere per ſcripturam * conficientibus teſtamentum, ſi nullum ſcire voluerit ea, quæ in eo ſcripta ſunt, conſignatam, vel ligatam, vel tantũ clauſam *, inuolutamque ſe proferre ſcripturam, vel ipſius teſtatoris, vel cuiuſlibet alterius manu conſcriptam, eámque rogatis teſtibus ſeptem numero, ciuibus Romanis, puberibus, omnibus ſimul offerre ſignandam, & ſubſcribendam: dum tamen teſtibus præſentibus teſtator ſuum eſſe teſtamentum dixerit, quod offerrat, eique ipſe coram teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamẽti ſubſcripſerit eoque facto, & teſtibus vno, eodémque die, ac tempore ſubſcribentibus, & conſignantibus, teſtamentum valere: nec ideò infirmari, quòd teſtes neſciant quę in eo ſcripta ſunt teſtamento. Quòd ſi literas teſtator ignoret †, vel ſubſcribere nequeat: octauo ſubſcriptore pro eo adhibito, tadẽ ſeruati decernimus. In omnibus autem teſtamentis, quæ præſentibus, vel abſentibus teſtibus dictantur, ſuperfluum eſt vno, eodémque tẽpore exigere teſtatorem, & teſtes adhibere, & dictare ſuum arbitrium, & finire teſtamentum. Sed licẽt alio tẽpore dictarũ, ſcriptũ ve proferatur teſtamẽtum. ſufficiet vno tempore, eodémq; die, nullo actu] [extraneo] * interuenięte, teſtes omnes, videlicet ſimul, nec diuerſis temporibus ſubſcribere ſignarẽque teſtamentũ. Finem autem teſtamenti ſubſcriptiones ‡, & ſignacula teſtiũ eſſe decernimus. Non ſubſcriptem § autem † à teſtibus, ac non ſignatum teſtamentum, pro infecto haberi conſenti.

Teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitatis valet inter liberos intentum. ALEX.

Ex imperfecto ‡ autem teſtamento voluntatem tenere defuncti, niſi inter ſolos liberos ‖ à parentibus veluiuę ſeruis habeatur, non volumus. [Si verò in huiuſmodi voluntate liberis alia ſit extranea miſta perſona: certum eſt eam voluntatem defuncti quanorum ad illam dumtaxat permixtam perſonam pro nullo haberi: ſed liberis accreſcere *.]

14. ¶ Commune intereſſe, ſecundum gloſſam, eſt commune ei pretium. Bartol. non admittit: ſed ſic definit: *Intereſſe commune, eſt intereſſe communiter æſtimatum, l. ſi ſervum, ff. ad leg. Aquil.* ut non placet: qua eadem per eadem definit, quod non admittitur, *arg. l. fin. ff. de offic. procuratoris Cæſar.* Ego verò ſic definio: Intereſſe commune eſt æſtimatio damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ab omnibus rei noritiam habentibus facienda, propter factum iniuſtum, vel ſolutionem iniuſtam, vt debebat tradere mercatori equum tempore mandatarium, ceſſat: oportet quod ipſe eximat calorem pretio, tractis ad id, quod intereſt, quod admittere homines æſtimantur ad valorem equi, quem emit. Alia exemplia vide *in repet. in gl. 3.* & hoc in totum poteſt exigi, etiam vltra duplum, *l. ſaepe, l. ſi per conditionem. & l. Italicum, ff. de actio. emp.* Fallit in caſibus tradita *in repet. in gl. duplo.* vbi innumeri regulæ cum limitationibus. Vel ea mutuare dicitur, quod omnes communiter tangit, vt ſi omnium prabendæ canonicorum minuantur, eorum omnes intereſſit, ſi prabenda vniuſ ſpectaret, *e. cum omnes, & e. cum accreſſerint de conſt.* Hoc *in e. cum conſtitutus in fin. pen. vel de emptio.*

15. ¶ Singulare intereſſe eſt, ſecundum gloſſam, ſi res interſit proprio affectuum rerum: ſed non aliud eſt intereſſe affectionis ſolius, aliud eſt intereſſe ſingulare, vt hic declaro *in repetit.* idò Bart. ſic definit: *Eſt ſingulariter æſtimatum,* quod non admittit, vt *dico in repet.* Igitur ego ſic definio: *Intereſſe ſingulare, eſt æſtimatio vtilitatis ſingularis propter factum iniuſtum, vel ſolutionem iniuſtam prouenientis.* vt commodum codicem notum, quem habeo, & apoſtolis, & remiſſionibus & ſcripti reſtitutum, ſi non reddas, non ſolùm ad pretium communæ teneris, videlicet ad vna libra Turonenſis: ſed etiam ad meam ſingularem vtilitatem. Alia exempla tradit ſpecial. *in tit. de intereſſe.* §. vtiq. & ego *ipſe in gloſſa.*

¶ Quæres aliquis, vſque ad quam ſummam poſſit peti? & textus hic dicit, vſque ad duplum in caſibus habentibus certam quantitatem aut naturam vt hic. Fallit in caſibus poſitis *in repetit. in gloſ. duplo* in incertis damnum ex vera datum reddi debet: vt hic, *verſ. in alia.* Qui ſane illi caſus certi, & incerti? Bar. hic dicit eos, qui habent certam quantitatem, vel naturam reſpectu ſui, vel adiunctis: ſi promittis mihi decem, reſpectu ſui eſt certum, *l. certum. §. ſi certum pon.* vel minore adiunctis, vt vendis mihi bouem pro centum: reſpectu illius adiunctis pretii, dicitur contractus certus, ſecus Bar. Fateor tamen quod indigeret declaratione regia in hoc regno, vel qualitatemenum: vt dico *in repetit.* Ego, ſalua correctione melius ſi aliencium, ita illigo caſus habere certam quantitatem, ſive ſe in numero, ſive pondere & menſura: de quibus *in §. Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio.* Sive ſit quantitas continua: vt fundus decem arpentorum: ſive diſcreta, vt decem equi certi eſt. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus à Deo indita eſt certa natura, per quam animal dignoſcitur, & nobis eſt certa ſua natura: vt bos, mulus, & cætera hoc genus animalia. Non Deus indidit bonitatem naturæ, per quam à iumento differit & certa eſt nobis ſua natura, videlicet quod eſt bos, non equus, vel aliud animal: et etiam licet videre per Ariſtotelem *in libro de natura animalium.* Idem ſi promitto decem, caſus certus eſt quantitatis: hominem, equum, bouemve debeas, & non tradis tempore præfixato, caſus certus eſt naturæ: ſi promittas facere domum, caſus eſt incertus: tum facta fuit incerta, *l. ſ. §. qui id quod. ff. de verb. oblig.* Fuſius deducit in repetit. *in gl. quantitatem.*

16. Intereſſe affectionis eſt, quod ex ſpeciali affectu procedit: vt ſi ſervum meum filium meum vtrinſecus quis occidit: ego ex affectione æſtimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem: ſed quantitatem illius valet, inſpicitur, *l. ſi ſervum, ff. ad legem Aquil. l. fin. ff. de operis ſerv.*

19. Notandum eſt, quod duplex eſt affectio: vna, quæ eſt iuncta cum vtilitate: & hæc eſt æſtimabilis commodo pecuniario: & iſta bene conſideranda, & auget condemnationem *l. vidimus. §. 2. ff. de in lit. ſumen.* vt in libro, cui multa ſcripſit aliquis eum tantum, nullum eſſet, ex illa affectione multa cum vtilitate, iurabitur in litem: & duplum conſequi potest per hanc legem vt dici *in gloſ.* An iuramento in litem procedat hæc traditio quod facit cum collega contra, cuius fundamentis diſcrepidi. Alia eſt affectio ſola, quæ pecunia non æſtimatur: & hæc nò augeo condemnationem, *l. libertum, qui ſolutum ff. de ſumm. libert. l. cum ſervus mandat. Bal. in addit. ad Speculum in tit. de fideiub. & in tractat. vel tut. l. §. ſed ſi ſervum, ff. quod in fraudem patris.* alia vide in dicta gl. 3. cum in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris.

20. Conuentum eſt pretium conuentum, ſecundum gloſ. hic quæ reprehendit per doctores: vt plenè dico *in repet. in gloſ. 3.* ego igitur ſic definio *Intereſſe conuentum, eſt pretium conuentum pretium promiſſa in defectum prima conuentionis non completa.* Vnde ſi vendas mihi domum centum aureis: & ſi non tradis promittis decem ſi tradas, non poteſt agi ad decem promiſſa: quia conuentio eſt cõplera: ſecus ſi non tradideris *l. 3.* ſumendo agi a contractio *ff. de act. empt.* & hoc intereſſe debetur totum, etiam vltra duplum *§. ultimo. C. ſupr. de iniuria, & gloſa.* Barto. & commentatores doctores hic quod fallit in octo caſibus, quos pono in repetitio *in gloſ. duplo.* vbi ſigo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Item quando intereſſe conuentum, ſeu pœna adiecta ſpectat debetur, *l. Lucius ff. de act. empt.* Idem ſi factio, *l. §. item ſi ſtatio. ff. de verborum obligat.* ſecus ſi adiicitur damnum quantitatis, quæ tunc in fraudem vſurarum præſumitur apposita. *l. regulis. §. ſi vbi. ff. ſi certum pete. ex delicto. de actione* quod amplianr in omnes caſibus & limitatur in ſeptem, tradita in repet. *in gloſ. 3.* & pœna conuentionalis poſſit excedere quadruplum vide in *gloſ. performetur,* vbi trado regulam quod ſic, cum limitationibus, vbi licet videre.

21. Diuiditur hoc conuentum, in certum, & incertum. Certum eſt quando apparet, quid, quale, quantum ſit: vt quando promiſſum eſt, ſi non tradideris rem venditam, promitis decem. *l. ſtipul. ff. de præc. ſignula. l. centum, §. certum petatur.*

22. Incertum eſt, quod per ſe non eſt liquidum, quid, quale, quantum ſit. *l. vbi. ff. de verborum oblig. l. 13. §. fin. de eo, quod certo loco.* & quomodo poſſit certum fieri reſpondeo, officio iudicis tantum: in caſibus incertis. Iacobi. in *l. fin. ff. quæ in fraudem non fiat.* & in aliis caſibus, quos pono in ſuperiore in *gl. ſubmiſtatum.* vbi fuius tradit practicam probandi intereſſe, vltra doctores hactenus, vale ſi lubet.

23. Certum poteſt eſſe totale, & particulare. Totale intereſſe eſt, quod in totum debetur: vt ſi rem venditam non tradideris, ad totum id, quod intereſſt, tenetur, *l. ff. de actio. empt. & ibi Italy. & l. 3. §. fin. qui ſanitſim. regum.* vel totale debetur in caſibus incertis: nam iudex in eis ſine diminutione per ſuam ſabolitatem redit inhibitus *hic in verſ. in alia.*

24. Particulare intereſſe debetur, ſi quis tradideritron, & non conteritde euictione: & emptor alter velit vendere ſed non poteſt nati, quanti ſi fuiſſet cautum, emptor agen non ad totum, ſed ad particulare intereſſe, quod patitur *l. ex empto. §. ſi ff. de actionibus empti.* & ibi Bartolus, & alii *ff. ſimiles. ſicut.*

25. Intra res, ſeu extra rem, vel intrinſecum intereſſe, oritur ex communi: extra rem, ſive extrinſecum, ex ſingulari regulariter & ſic ſynaui. Ex intrinſecum eſt illud, quod ex ipſa re proueniet: vt fructus, partus, & ſimilia. Notatur ergo ſic definio: *Intereſſe circa rem, eſt æſtimatio vtilitatis non habita cauſa alterius, circa rem conſiſtentis.* Sic fere definit tenens *Bal. ff. furiis. 4. cum per vendentem. ff. de actio. empt.* & in hoc comprehenditur valor augmentum, vel augmentum, fuit deminutio. *l. item quid, ff. l. venit. ff. de act. pet.* & hoc totum debetur etiam vltra duplum: vt ſi mutuauerit mihi vinum reddendum in feſto paſchatis: quod non reddo: valuit in ſecuſſe Iubo, vel Angello decem libra auroris quanti plurimi valuit à tempore mora *ff. diſtin. C. vnum. & §. eli per conditionem.* vide *in gloſ. duplo.* vbi formo regulam cum limitationibus, infeyrem doctrinam Barto. & commentatorum reſpondeſque fundamentis voluerium ſingularem profequi opinionem. & principal collegæ d. Alciati. & illud poeſtate generationem. Nam quoddam eſt

26. Actionis amiſſæ, quod competit, quando actio eſt amiſſa: nam tunc agam contra illum, ſi ſuo facto amiſſa fit, ad id, quod intereſt actionem omnis amiſſam, *l. ſi cum. §. qui mutuatum. ff. ſi qua cauſa.*

27. Aliud eſt circa damna, & expenſas: ſi damna, vel expenſas tua cauſa paſſus ſim: contra te ad id agam, *l. ſanctum. C. de iud. Cicero pro ma. de reſcr. Alber. iud. & ſi poſſ. tres. coll. 9. ff. ſi quo cauſa.*

28. Intereſſe iuris interitus: et ſi dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam proſequerer: ſic anno fuit amiſſa, *l. ſi non conuicio. ff. de iniur.* agam ad id, quod intereſſt iuriæ interitus, *l. 3. & ibi Bald. col. 3. ff. ex quibus cauſa agatur.*

29. Mutationis perſonæ eſt, vt ſi alienaſti in pœnitiorem rem, quam à te petere volebam: pœna contra te experiri actione in factum, quanti mea intereſſt ob perſonæ mutationem, *l. 1. §. de alienat. iudi. mutan. cauſa.* plenius dico *in repet. in gloſ. 3.*

30. Mutationis ſoci intereſſe petitur, quando alienetur in clericum, vel ſcholarem res, quam petere volebam, & ſic mutatur forum: agam ad id, quod intereſſt ratione mutationis fori, *l. ſi defendere. 3. quæ ſentiſ. regum.* & an cellaxes ſcholaribus, vel clericis facte valeant, dicit in repetitione *in gl. 3.* tam per regia ordinationes quam per iura: & plenißimè in ſcholaſticorum prouilg. 177.

31. Ex delicto aliud intereſſe prouenit, ſi furto inſtrumenta mea per quæ debitum pecunia probare, ſuberaueis: propter quod debitum probare non poſſum: teneris ad intereſſe ex eo delicto prouenient. *l. Iulia. ff. de actio. emp. cap. ſi quis ex. quæſt. in. & in delictis intereſſe etiam non excedit duplum: vt hic text. in cuncta. in omnibus.* & dici ibi in *gloſ.* licet collega tenetur contra, cui reſpondeo *in gloſ. cuſtiam.* commentum ſuffitendo. Ex quo delicto intereſſt, dicetur damnum ex eiuſ delicto altritus culpa proprietatis: vt ſi officialis, ſeu alius ſine cauſa me excommunicauerit: ideo durante excommunicatione non potui agere, iure prohibente. *cap. intelleximus. de iud.* quamobrem perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod interest, ex eio proueniens quaſi delicto. *Lex malefictis ff. de act. empt.* Card. in *conſiliorum. vol. 10. verſ. quare an alio modo de ſentent. excommun.*

32. Ex contractu, dicitur damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, ratione contractus proueniens, patet ex *l. ff. de actio. empt.* dico plenius in repe. Ex quaſi contractu: vt ſi quidam ſit electus prælatus, teneatur ſolutre expenſas in perfectatione electionis ſa-

480/C.IV.K.5-4, 1925-1926
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

stat, ex quodam quasi contractu, cap. vt pretorio, de electis. Sper. in rica de fructib. qui interest §. fin. vers. in summa. & versi. ex predicta & falsa dico in repe. hic tamen declaro terminos obica ros, propter iniones.

33. Extraneorum, sine extra rem, est, quod rei occasione prosecutio secundum Barol. ibi. Vel est aliunde damni emergentia seu lucri cessantis, extra rem proueniens: vt quia non tradidisti forum tempore prestituto, quamobrem equi mei fame perempti sunt, quia non eis: sic non deberet regulariter, l. si servilis. §. item per venditorem §. de act. empt. Fallit in rebus traditis in repente, ergo duplo. & hoc gigantis.

34. Honoris interesse est, quod cupitis, quando de honore agitur qui est lucro pecuniario preferendus, l. Iulia. §. si quis emit, omnia ipsi. & potest agi non solum interesse pro honore: Bal. in l. obferuare. §. antepenum. ff. de offic. proconsul. sed & officium iudicis implorare, In. Fab. in §. si iam. Insti. de bonis poss. cum distinctione tamen quam fecit in repet. vbi licet plenius videre in glos. & intelligitur nomen ad l. interest. §. §. si quis de honorib. ff. de inter.

35. Interesse commodi est, quando de commodo agitur: vt hic. & hoc quandoq; intra rem est: aliquando extra: vt pecus negiatur. Commodi interesse, aut cessit in lucro, aut in damno. In lucro, quando debitor non soluit mercatori in nundinis Lugdunensib. id mercator cessaut lucrari: agit ad id interesse, quod in lucro consistit. Et regulariter hoc lucrum cessans petitur. Fallit in multis casibus traditis in repet. ad hanc l. gle. vbi. & Petro de Ferra, in forma libel. in actioni. real. in gle. & in furtum. In damno consistit, quando aliquis passus est damnum: vt no. inf. item venditorem. C. de actio. empt.

36. Æstimabile non petibile, est ipsa aliquius utilitas æstimabilis, non petibilis habita, vel non habita, sine aliquo fault. insuffic, vel defectione insuffic. Bart. hic. Primo dicitur iusta: quia iniusta non attenditur, l. inaqui. ff. de furt. Item dicitur æstimabilis, ad differentiam inæstimabilis: non petibilis, ad differentiam petibilis, possit dicitur habita: vt omnes casus comprehedat, in quibus quis habet quod sua habere interest, & tamen non agit: vt si rem meã possidam, interest mea habere: tamen illud interesse non possum petere licet possit æstimari valor rei, l. nemo rem suam. ff. de verbo. oblig. l. sua res. de contrahen. empt. Non habita, vt si furtor, vel alius aliquis veniat ad habitandum in proxima officina similis artifici, illius interest, quia non tantum lucribitur: tamen illud interesse non petet, l. liberta negotiatore. ff. de op. libert. vel se potest breuiter definiri. Est vtilitas, quæ æstimari, sed petit non potest. Plenius dico in repet. gl.

37. Hoc non petibile dividitur quia quoddam est, quo mediate nihil petimus, aliud quo mediate petimus. Primum est, quia mea interest non habere domum delectabilem, vel pulchram hospitam, omnibus propitiam, propter magnam numerum ciũ visitantium & amicorum concursum. Id tamen interesse non petio, licet possit æstimari, glo. in l. si de furtis. verbum. predic. Alia exempla licet videre per textum in l. quæ aliunde. §. si quis in collatione. ff. ad leg. Aquil. vide alia in dicta gle.).

38. Et illud aliquando est ex causa probabili, sed non honesta: vt in furto, à quo subtrahitur res furtiua. nam licet sua interesse quia ad restitutionem tenetur tamen non agit: quia causa est inhonesta & iniusta: quia ex improbitate suaadhoemon consequi non debet, l. si quis. ff. de fur. l. ad. qui. §. ac nostra. illi res. Limita vt in repet.

39. Ex causa honesta, sed non probabili est: vt si emi librum, & quæsquam si mihi tradiat, fur eum accepit licet mea interfit, & ex causa honestatamen furti non agam: quia causa non est probabilis id est, à iure approbata, vt ante traditionem in dominium habeam, l. traditionibus. C. de pact. glo. in l. monetis. ff. fam. de fur. per d. l. nam, qui. in prin.

40. Quo mediante petimus, est: vt si quis agat actione populari: quia sua interest: illud tamen non petit, sed eo mediante ad petitum, sin vindictam agit, gl. in rubr. ff. de popu. actionib. per tot. ff. vers. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. fu. in l. nam, qui. §. in publicibus. de interior. Idem si appello, quia mea interest: id tamen non peto, sed eo mediante sententiam reuocadi, & malè iudicatam pronunciari. l. ass. C. de appell. Lis rationa. in §. 1. imperatur. ff. ad leg. Falcid. & illud est ex causa honesta, & probabili: vt si res mea sit a me furata, mea interest, & causa est tam honesta, tum probabilis: ideo furti agam, l. ff. & l. si magni. ff. de fur. cuius intellectum in repe. ardo nostrum vide ibi.

41. Item est interesse mortuorum: quia non tradidisti forum tempore prestituto, qui mei mortui sunt: magnum habui mororem. Illud tamen non peto, sed quantum tuae valuit. Bald. in l. cum venditorem. C. de actio. empt.

42. Pudoris interesse est, si rusticus, vel aliud vendideris mihi vinum optimum Montipessulani, vel pendices tradendas tempore constituto, & non tradidit magno affectus sum pudore, cum parum valeat consistam sine bono vino tamen non potam illi pudorem: sed quantum valuit vinum id temporis, videlicet consutiti, Doctor in l. si servilis. §. item per venditorem. ff. de actio. empt.

43. Valoris est: vt si non tradat rem venditam, interis ad id quod interest: id est, quantum valet: & quandoque in plus. l. ff. de act. empt. Alia multa tetigi in repet. quæ hic non transibo. sed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eã, bene que consultat, ac Deum oret, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in secula. Amen.

SPES MEA CHRISTVS.

DE SENTENTIIS, QVÆ PRO EO, QVOD interest, proferuntur.

TITVLVS XLVII.

Quod dicit titulo sequiore, sine certa quantitate pretatum sententiam non valere, verum est, etiamsi incerta petitio adiecta fuerit, vt l. vlt. D. eod. & l. vlt. T. de an. excep. vel si agerit de incerta quantitate, §. curare. Insti. de act. vt si agerit id, quod interest: cuius incerta est quantitas, propter hoc adhuc in id, quod interest, incertus, vel incerti adhuc dicitur posse in hoc quando, ex causa agatur. Sed & cum incerti agitur in id, quod interest, id indeo esse profundum ex nomine condemnationem facere debet in quantitatem certam, condemnationem certa quantitate, vt ait l. 3. in fin. ff. de iniur. Item, & causa quantum possibile est, vt ait d. §. curare, vtin emptori esset in actiem Institutiones ait, si prius possibile est incertis non posuere condemnationi in id, quod interest. Nec enim facile eum posse est. quia non liquet vtique semper quantum cuique interest proprietas quid ex contractu ex fatti esse negotii proprietatis ex iniuriarum varia etiam inducitur ratio eius, quod interest, modo maior, modo minor, quibus si res, citra quam ex incidit violatio ratio, modi rei omnino semper, & vt in obscuro est plerumque facti causa, & difficile probatio eius, vt in l. 3. ff. de iniur. in iur. fac. dicitur plerumque difficilem adire hereditatis, qua res facti est, probationem esse, ita plerumque difficile est probatio eius. quod interest, l. vlt. D. de pecu. legat. quo fit vt in ad fiere eius quoque æstimationem iudex iuge redigat ad conquirit summam quasi in certa maiorem sit dubitum, quam in defectu, vt item ab initio vitanda iniuria obscuritate causa in stipulationibus, quæ in id, quod interest, concipiuntur plerumque contributis certam quantitatem exprimant, vt item Institutiones in hoc titulo, quantum potest iudici in causa arbitrio posita est. cuiusie eius, quod interest dari legum, quam si quatenus. Indicialis enim quæstio hæc est, quatenus cuiusque interesse, quantumque sit æquum ex nomine prestari. Quod si quæstio definitionem eius, quod interest, dicam esse incommodatum rei, vel alterius, quæ culpa adversary contingit. Aliter necessaria qualitatis rationi, quæ ad ius pertinet. Aliter quod per adversarii conditionem, vel habere non possumus. Aliter id, quod ius nostrum adversary culpa detrimo fatti est. Vel potius, vt Bartolus, quia vitiosia nomine frequentius in iure id, quod interest, significatur. Vitiosum ipsum, quæ nobis adest, vel contractum, quem ex re ipsa, quæ de agitur, habemus, vel adsequi prouisumus, si damnum non dedisset, lucrabimur nobis adversarius non intercepisset. Separat autem Institutiones cujus certa ab incerta. Cuius vocat thomata, vt est in Basilicis Codice pro, in omnibus causis, ex ratione ipsa Italiana infer propositum. Et causa certa, quæ certam habent quantitatem, vel mensuram: id est, quibus directis, & principaliter proponitur agi de certa pecunia, vel de corpore certa rei, certa natura accipiunt pro substantia certi corporis, & pro ratio la dat conditionem, quia certum pretii & taxatam quantitatem habent, l. 3. de res. creditis, & rem certam, rei incerti, nec nisi cum alia ex spei emitur. Et incertum, in quibus etiam certum est pretium, & certa res, sed incertã nihil incerta, vt si quid fructuosa locauero. Et addit generaliter, Et omnibus dicit ad illus, quæ ex omnibus contractibus certã conduci possit, l. certis. D. de reb. cred. Et hæ omnibus causis certis Institutiones dedunt id, quod interest ad posse duplii quadruplum excedere id est, pro principali adiere tantis emptionis esse ad posse, vt si per venditorem mora fuit quo minus res tradatur, & ergo emptor ex empto, quanti sua interest rem habere, pretium consequitur quanti id emit, si id pecunuerunt, & quanto plurus ea res habita est. l. 1. §. fin. in. cum per venditorem. D. de act. empt. modo duplum non excedat. Nam fructus emptio sit a quo habit dignus sit xxv. emptor non consequatur vltra ne adpes o. pretij nomine, quæ numerauit, & alia 2. ed est, ipsi ergo, vt Theodorus Hermopolites loquitur in hoc legi nomine non quod interest supra pretium, quæ res vanitas. Pro pretium pecunuerunt, quod idem Theodorus ipsi, mutuo vocat. Latini pecuniam & interessum, quasi non numerauit, aut ex nomine venditoris satisfecit, vendere qui id non tradit, mora facere non videtur. l. Iuliana. §. offerri. D. de act. empt. & nisi quod interest, ratio non habetur nisi post moram. Pone etiam speciem in actione ex empto. Nam & post traditionem rei, & moram emptori, de pretio agetur ex vendito, in eam non dicimus venire id, quod interest, quod proprie est accessio rei certa, sed vsuram, quæ proprie est accessio quantitatis, d. l. Iuliana. §. ex vendito. Nec tamen venit quasi

vsura

480/C.IV.K.5-4, 1927-1928
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Ista lex est de difficiliorib
tutoris Codicis: & hoc dicit: Pro-
lixe raiere antiqua circa interesse,
cessant per hanc legem: & in ca-
sibus certis verus tutum, quod in-
terest, & habetur ratio lucri, & d
damni. hoc dicit secundum BAR-
TOL. Vel sic: *Interesse singulare*
æstimandum tam in lucro, quam
in damno, in casibus certis nõ ex-

DE SENTENTIIS, QUÆ PRO EO, QUOD INTERESSIT, PROFERUNTUR.

Quia incerta sæpe fortuit sententiæ circa interesse, idem non sit indeterminatum in quantum posse, vel debere extendi interesse, vepote cũ etiam hodie multi doberent, idem competenter posse similem procedendum de hoc dicit.

Vm pro eo.] CAEVS. Si Titius teneatur mihi ex aliqua contractu, aut ille conficit in dando, aut in tradendo, putà ex venditione ad tradendam rem, vel ex locatione, aut faciendo. Primo casu, si non fecit, quod conetur. id est, si non dedit, vel tradidit, tenebitur mihi ad interesse. Verbi gratia putà interesse, seu pretium conuentum

480/C.IV.K.5-4, 1929-1930
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

fuit xx. rei commune pretium fuit xxx. interesse meum singulare non excedet duplum communis interesse: & ita non excedet xl. Secundo casu, cùm conflitit in faciendo, putà quia debuit mihi facere domum: ibi contractus dicitur incertus, vbi factum, quod est in obligatione, incertum est, vt *ff. de verb. obl. l. ut non. §. id, quod.* An hoc casu, si Titius non fecit quod consuerat, possum petere totum singulare interesse, etiam si excedat duplum communis interesse? Respon. quod totum damnum, quod in re habuissem, refarcietur & lucrū, quod percipere potuissem, si domus facta fuisset: dum tamē probem, nec enim simplici dicto meo credetur, & si dicerem, si domus facta fuisset, res Francie hospitatus fuisset in ea, vel commatum, vel dimidium regni sui mihi dedisset, non fuit audiendus: sed debet vadex moderari interesse, non æstimando in infinitum: quia idem dicitur in pœna, vbi pœna conventionalis præstatur, & ut partibus contrahentibus placuit putà promisiti poenam mihi c. si non tradetes Digestum. Si verò pœna legalis petatur, putà conventio vt adhuc fuit: in hoc casu conventum vt ad pœnam quadrupli secundum quod lege statuitur. Et not. quòd triplex dicitur interesse: conventionale, commune, & singulare. de singulari loquitur hac lex: consentit, & præstatur conventionale similiter & singulare, sicut hac l. comprehensum est. & est interesse singulare rei ad pretium: vel est damnum emergens, & lucrum cessans ex, quòd non fit, quod fieri consuevit. Vel de hoc casu: Cùm agitur ad interesse singulare, refertur an agatur ex certo contractu, an incerto. Primo casu non debet id interesse excedere duplum interesse communis. In secundo casu debet præstari quantum id fit, ita vt non euadatur in infinitum: sicut enim pœna conventionalis certo fine concludatur, similiter & legalis, nec vltra eas aliquid peti potest: sic & interesse singulare certo omnino debet concludi. & hæc sunt obseruanda tam in lucro, quàm in damno: quia in lucro, quod petitur, versatur interesse.

a ¶ *Cùm pro eo.* ad euidentiam not. quòd triplex * est pœnarum, sicut interesse, quod idem est dicere [b]: scilicet Conventionale, de quo conuenit inter contrahentes: vt si tibi vendidi pro decem solidis. Item pretium commune: vt si fuerit idem Stichus communi æstimatione valens xv. Item singulare: vt si tua interest propter affectionem, vt quia quandoque fuerat tuus. & habes hoc *ff. de actio. empt. l. i. in prin.* Dicit ergo hic quòd singulare interesse non excedit duplum interesse communis: & sic in prædicto casu vigint ad xxx. potest accedere, non vltra minus verò sic & hoc est verum in omnibus casibus, qui certam quantitatem, vel naturam habent. Si autem incerti sunt, tunc totum singulare periculum si duplum communis excedat: dummodo plenè probetur: non autem simplici dicto permittit creditur quantum sit. Et comprehendit prædicta tamquam, cùm & pœnæ legales, & conventionales certis modis fiunt: prædicta autem considerantur non solùm in damno, verùm etiam in lucro.

b ¶ *Quod interest id est, scilicet* interesse.

c ¶ *Prædicta sint.* Sed quæ? Respond. an circa rem, vel etiam extra rem, vt in damno tantùm, vel etiam in lucro, quia tamen non habemus.

d ¶ *Melius.* id est, bonum.

e ¶ *Possibile est.* quia plenè definiri non potest, vt *ff. de reg. iur. Omnis definitio.* nec mirum si dicit, vt *ff. de reg. iur. l. quotiens.* Dicere tamen potest: interesse est singulare rei pretium secundùm quosdam. Vel dic, interesse [c] est damnum emergens, & lucrum cessans ex eo, quòd aliquid fieri cessat.

f ¶ *Coarctare.* vt antiqua prolixitas esset, vt *infra eo. l. in fin.* quem finibit iurge.

g ¶ *In omnibus casibus.* Sed nonne melius distinxit in omnibus contractibus, vt pactum dicit in emptione, & locatione? Respon. non, quia & in malefitiis, & quasi, locum habet. Sed nec in obligationibus bonæ fidei: quia etiam officio iudicis præstantur vt in arbitrariis actionibus.

h ¶ *Quantitatem.* vt si debes mihi ex venditione x. cados olei. ADDITIO. Tu dic etiam idem in aliis rebus certis secundùm Bald. & est de mente Bart. & Sal.

i ¶ *Vel naturam.* vt si certam speciem, vt Stichum mihi debes ex venditione. Et ergo sensus: id est, quotiens quod debetur, certum est quantitate, vel specie: vt *ff. si cert. pet. l. certum.* Vel dic quantitatem comprehendere etiamque, vt *ff. de leg. iij. l. quæ quæ. & ff. de verbor. oblig. l. cùm stipulantur.* Et naturam certam, vt si debes hominem, vel equum in genere.

k ¶ *Venditionibus. vt ff. de ac. emp. l. i.*

l ¶ *Locationibus. vt ff. de loc. l. si fundus in fin.*

cedit duplum pretij conuenti, vel communis. In casibus autem incertis non excedit quantitatem ex legitimis probationibus per iudicem declarandam, cùm pœnæ legales & arbitrariæ sint limitatæ, ne videntur infinitæ. hoc dicit.

Imp. IVSTINIAN. A. Iuuenti PP.

QVm pro eo * quod interest [b], dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint [c]: melius [d] nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile est [e], in angustum coarctare [f]. Sancimus itaque in omnibus casibus [g], qui certam habent quantitatem [h], vel naturam [i], veluti in venditionibus [k], & locationibus [l], & omnibus contractibus [m], hoc quod interest [n], dupli [o] quantitatem minimè excedere. In aliis autem casibus [p], qui incerti esse videntur, iudices, lex dicit aperte: vt sint omnes bonæ fidei, & quidem etiam strictissimi, vt in arbitratu, in quibus iuratur in litem, vt *ff. de in lit. iur. l. in actionibus.* nam in his singulare interesse venit, vt *ff. de in lit. iur. l. i. ante & l. 2. & ff. ad l. cornel. sicarios.* Item in maleficiis quibusdam, & interdictis, vt *ff. de vi, & vi armata. l. hoc interdictio. l. & ff. vi pub. l. ff. de in. in fin.* & aliis vbiunque lex dicit certam rem debere tradi ex contractu, vel delicto: secus si diceret dari: quia tunc aliquod interesse non petitur, sed res omnino debet fieri singularis, vt *ff. de verborum obl. l. vbi autem non apparet. §. fin.* nisi in contractibus innominatis, vbi debet res dari, vt *ff. de re pecun. l. 3. §. fin.* & tamen interesse venit, vt *supra de res pecun. l. rebus.*

a ¶ *Quod interest.* scilicet, singulariter.

b ¶ *Dupli.* scilicet, interesse, seu pretij conuenti, secundùm P. sed secundùm B. id est, communis. Tu dic, nec vnum, nec aliud: quod plus est, excedat vltra duplum, cùm quandoque commune sit plusquàm conuentum, quandoque contra, quandoque etiam conuentum nullum, sic quia ex pacto, vel contractu non venit. Et nota triplex interesse, vt supr. dixi, scilicet, conuentum, commune, & singulare. Primum, seu conuentum semper venit, cùm dicit præter, *pœna conuenta seruabo.* 2. Item secundùm, seu commune semper venit in maleficia [b], vt cóstituitur etiam extra rem: vt *ff. ad leg. Aquil. l. si seruum. & l. vnde Neruam. & l. sq. & ff. de furt. l. inducendo. §. 1. & de cond. furt. l. 1. q. & in contractibus, & quasi, vt ff. ad legem Falcid. l. proxie.* In quo communi venit damnum, non lucrum: vt *ff. de dam. infect. l. Prætulus. & de actio. empt. l. si fortis. & cùm per venditorem. & de peric. & commo. rei vend. l. fin.* nisi in casibus, quos iam notabit. Vel dic hodie semper venire lucrum in communi interesse, cùm & in singulari veniat, vt *§. 1. & hoc. 3.* Singulare autem interesse venit in his casibus, qui dicuntur hac lege. Item in eo, [c] quòd dicit singulare non excedere commune, vel conuentum vltra duplum, est contra *ff. de actio. empt. l. ratio* (alias *dacio*) *§. si per venditorem.* Resp. B. ibi agit quantit plurimi sint, dummodò infra duplum. Item eidem est contra *ff. de act. empt. l. Iuliannus. §. si vero fiunt, & §. item qui furum.* Cui respondebant B. & M. quòd illa dicit de interesse extra rem: hic circa rem, quod non placet, cùm magis interesse, quod est circa rem, debeat excedere duplum, quàm illud, quod est extra rem. Tu dic quòd nullo modo sunt contra: quia duæ diffe leges dicunt de communi interesse, quod quantumcunque est, totum petitur hic de singulari, & dubium commune si peratur, quia res non tradatur, non considerantur extra rem, vt *ff. de act. empt. l. si fortis. §. item per venditorem.* Si autem quis malè tradatur, vel quia ipse venditor pactus eam euincat, vel alius, vel quia pactus in ea delinquit, totum petitur, & extra rem: vt *d. l. ff. de act. empt. l. Iul. & l. tenetur. §. sed si vna. & l. fin. l. sed addes §. 3. & l. si fundum. §. fin. & supr. de res vend. l. quotiens. & ff. de euict. l. venditor.* Nec obstat *in eodem titulo l. cùm fundus* vel *optimum.* quia secundùm P. loquitur, cùm emptoris mouit interesse, quam esset duplum pretij conuenti. Vel verius aliud eum agitur de euictione actionem stipulatus; quia tunc habetur in pactis ad pretium conuentum, vt id debeat duplari, an actione ex empto, vt tunc considerentur quod interest tempore euictionis. Item nec obstat *ff. de act. emp. l. Titius. in fin. & l. sequ.* quia lex sequens corrigit illam. Alij distinguunt [d], an singulare interesse promittatur ex certa scientia, & tunc quæcunque sit, petitur: vt in contractis *§. si per venditorem. & § si vero.* an non: & tunc non vltra duplum: vt *hic*, argum. *§ quæ cum. l. sed & si quis. b. final.* quod nihil ad rem, cùm hic agatur quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt quòd non excedit duplum, nisi posit contractum res esperit esse plaris. vt *d. l. tenetur* (alias *dacio*) *§. fin.* p ¶ *In aliis autem casibus.* vt si tibi commisi facinus, vel non facium, qui incerti sunt, vt *ff. de verb. obl. l. vbi autem non. §. id, quod. & de reg. iur. l. qui non facit.* in quibus agitur ad factum, vel interesse: vt *ff. de re iud. l. si quis ab. §. final. & ff. de iur. obl. l. quotiens qui aliium.* & est actioni electio, agat præcisè, ad factum, vel ad interesse, vt *ff. de oper. nou. nunciatio. l. stipulatio. §. 3. & § fine autem. in fin. §. & ff. de proc. l. sed & hæc. in fin.* Sed fallit in casu procuratoris rei, vt *in eod. tit. l. non cogendum.* & hoc vbi factum est in obligatione si aut tradi non est electio adiuncta, sed res cum rem præstiti do liberetur ab interesse singulari, vel communi. Hoc tamen casu, cùm tradi est in obligatione, dicunt quidam,

a Interesse singulare quibus casibus excedit duplum.

b Nec in casu. l. Vnus. ff. ad edendum. Bart.

c Interesse singulare an duplum petit et excedere interesse communis, vel communi.

d Omissis solutionibus Glossæ, secundum Sal. quid de pactis inserat propter solutionem, qui non meliorem secutus sententiam, ideo relinquit quod commune interesse duplum non egrediatur, non aliorum solutionum vnde non gaudeant. Vide l. 6. non B. ibi. & 2. q. 2. 3. 4. 5. de quarti ex plum.

a Hæc etiam placet Bart. & vide de hoc per eundem in l. 1. C. Ibi. B. & Sal.

480/C.IV.K.5-4, 1931-1932
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

quidem, si agitur principaliter ad interesse, nonnisi veniat etiam vltra duplum. Si autem ad rem, tunc vltra duplum: quod non placet. Item, vbi est danda in obligatione, tunc precise ad dationem agitur, nisi in contractibus innominatis, vt sup. diximus.

a ¶ *Substituere* per delegationem, vel ordinatiõ.

b ¶ *Substituere.* & bonè: nam aliud confederatur in feruo, & aliud in libero.

† Conc. Cl. in *v. dolo sup. sup. mod. moderata ex ea fide fa. compu.*

b ¶ *Substituere.* per probationes testium, vel instrumentorum, & hoc in contractibus, & etiam in delictis: *vt ff. de in lit. iurand. l. q. & ff. de adim. l. argumentum. & de reg. iur. l. quotiens. & Instit. de offi. iud. §. fin. & ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. ff. l. forum.* Sed hoc fallit quandoque ratione delicti adiuncti mei, vt *infra, vende vi. l. §. quando. & ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. in hac incidit.* Item ratione consuetudinis adversarij mei, fallit in casibus illis, vbi iuratur in litem. Sed qualiter a etiam de facto probabitur singulare interesse per testes? Respond. deponent duo testes. quòd tantùm cuiusdã hæc regulariter interesset, si quis haberet rem notam: non autem dicit quòd tanctãm sua interesset. Item nec est commune interesse: sed singulare omnium, qui haberent sic rem notam, non simpliciter omnium: quia tunc esset commune interesse.

a Probari quòd adversum possit interesse singulare.

c ¶ *Damnum.* & in fine omni diminutione hoc praestatur: etiam si duplum ademptio dicatur exaedere: sed statim dicit infra contrà. Sed dic quòd allegabat vana pro interesse habendo, fallitur si habuisset equum, vicissit hostis: & si habuisset librum, fuisset factus sapiens, & erasiff, & multa hæreticus fuisset, &c. quæ attendenda nõ sunt Sed quare in incertis periculorum, in certis non? Respond. quia in certis facilius potest apparere commune interesse, & sic facilius quod est eius duplum: at in illis non sic facile. Vel idèo, quia facilius est alicui facere quod consuuit, quàm dare: cùm difficulter quis de patrimonio det: vt *ff. de probat. Libros de tabulis.* & idèo mitius punitur in certis, fallitur ex vltra duplum non excedat.

d ¶ *Non ex quibusdam.* hoc referant quod ex ad primum casum, tu referas ad secundum: b & dic quòd vana dicebat, quemadmodum modo diximus.

e ¶ *Impossibilitate.* quæ enim in rerum natura fiunt, cadunt vt in casu. vt *detur sic sic. l. vel.* & sic cor. de iudiciis vitanda, vt *supra de facere l. ad.* Vel sic, cadant quia cùm transiret ad infinitum, esset incertum. & sic sententia dari non posset, quæ debet certa dari, vt *§ item. j. d. iij.*

f ¶ *Cùm sciamus* potest hoc referri ad primum casum, *senatusc. sp.* hoc modo, meritò non permittimus vltra duplum: quia

qui causas dirimendas suscipiunt a, per suam subeilitatem b † requirere, vt hoc, quod re vera iudicitur damnũ c, hoc reddatur, & non ex quibusdam d machinationibus, & immodicis persecutionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate e cadat: cùm sciamus f esse naturæ g congruum, eas tantummodò pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur h, vel à legibus i certo fine conclusæ statuuntur. Et hoc * non solum in damnofed etiam in lucro nostra ample dicitur constitutio: quia & ex eo k veteres * id, quod interest, statuerunt. Et sic omnibus, secundùm quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, huius constitutionis recitatio. Dat. Kalend. Sept. Constantinop. post Consulatum Lampad. & Orest. Coss.

g ¶ *Nouera.* id est, naturali ratione.

h ¶ *Proferuntur.* ex consensione promittentis. Sed vsque ad quam summam poterunt petitpœnæ conuentionales, vel legales? Respon. quidam vsque ad duplum: a. g. hanc. *ff. de et. ent. l. Iuliano. §. idem Iuliano. 1.* Alij vsque ad quadruplum *: arg. l. *de fem. l. mulier. in §. ff. de edil. §. dictum. & Instit. de act. §. omnes.* Tertij distinguunt, an fieretur promissa sit pœna vltra duplum, an ignoranter: vt *ff. § quæ ea. l. si ex ff. quæ. §. fin.* Quarta est sententia vltra, vt distinguamus b legalem pœnã (vt furti, quæ quadruplũ non excedit) a conuentionali, quæ si opponatur per hæc verba quadruplum, & quinquiplum, & tunc idem: vt *Instit. de act. §. omnes.* Aliàs si certa summa: valet in infinitum. vt *Instit. de emat. §. item. de act. ff. de verb. obli. l. stipulatio alia §. item.* in quib. dicitur inspici quæ sit quæstio. Nam hæc dicitio, *quæ*: non quantitatem, vel qualitatem sed substantiæ, est designatiua: & de est competens moderamen quæsitum placet contrahentibus. i ¶ *A legibus* vt furti, & similes, quarũ legalium nulla excedit quadruplum, vt modò dixi. k ¶ *Et hoc.* constitutio hæc fecisset.

a Idèo vltra quadruplum petit, pena d. §. *item*, quod fallit in quinque rebus hic traditis per Bohad. vti super hoc dicit. 12. opinionem.

† Concor. cum legibus huius tit. *ca. cum gl. 1. extra de iudic.* b Furtis, legalis, & conuentionalis differentia.

l ¶ *Ex eo.* scil. hoc.

m ¶ *Veteres.* sic in specialibus casibus, vt *ff. de re. quod vsu. l. ad. q. §. ff. de l. Iul. de leg. & senatusc. ff. rem rat. ha. l. si commissa. ff. de quæ in ia. pub. l. q. § merit. & supra dabit. tit. l. quisquis.* Sed legatarios contrahentes, quia lucrum non venebatur *ff. de dam. infe. l. Proculus. & ff. de seri. & actio. ex tentio. l. proinde. & ff. de act. empt. l. ff. fertile. §. item per venditorem.* Sed etiam hæc lex vult quòd hodie c sit prouisile, vt in interesse venisset etiam lucrum. ACCVRSIVS.

(Interesse vtrò generali lucrum etiam obtinetur: vti in decimo casu hic per Bohad. post 6 defini pia.

SI A NON COMPETENTE †IVdice iudicatum esse dicatur.

TITVLVS XLVIII.

IN hoc titulo superioribus casibus, quibus diuersi sententiam in diris ipsis iure nullam esse, addit hunc casum, si ad incompetens iudice dicta sententia fuerit. Incompetens iudex est, a cuius iurisdictione, vel territorio sententia non est, qui & incompetens dicitur iudex. Dico, reus (quia alter etiam sit incompetentem iudicem conquiritur. Dico vel notione, quia alij sunt iudices, qui forum & iurisdictionem habent, vt magistratus, alij, qui notionem tantum, vt iudices delegati ad hoc eum loco aliquem, qui utique incompetentes sunt, si ab incompetentibus dati sint, vel si dati à competentibus alia de re iudicent: quàm de qua iudicare iussi sunt: & de hac possissimum est hic iudicium. lib. 3. tit. 13. de magistratibus, & in ea parte dicitur, qui sint competentes, vel incompetentes: in hac definitur sententiam à iudice incompetente dictam ipso iure nullam esse, vt l. 6. §. quod: quæ. D. de iuris. rep. ff. quod non immerito tribuitur etiam ad confessionem factam ab eo cum incompetente iudice, c. 4. de iudic. Et secundùm definitionem huius tit. iudex datus ad actionem locati, si iudicet de pecunia credita, sententia nulla est. Item si datus in causa proprietatis iudicet de possessione, vel aliam non de proprietate, cum tamen cognitio salua maneat, interdum profici, qui eum dedit, non minus, quam si de possessione datus de ea cognouisset, quia alia res est proprietas longè alia possessio, l. 3. hoc tit. Item si iudex militaris de causa ciuili iudicet, l. 1. hoc tit. l. 3. Cod. Theod. de iurisd. (simque est in procuratore Cæsaris.) l. 3. de ped. in de qua Graci ad l. 4. ponunt exemplum, vt à non suo iudice posita dari à procuratore Cæsaris inter priuatos dicta sententia non partes iudicatu alterum. Incompetens etiam est quam magistratus non dedit, partes adiuratur. l. 1. 2. de iurisd. omn. iud. nam consensus partium eum tantum competentem iudicem facit, qui tribunali præest, qui se ab eo datum est, qui tribunali præest, vel loco constituta, quia pro consensu habetur: & hoc est, quod dicitur nec excusari iudicem, nec prorogationem fori apparet posse post litem contestatam. Nemo litem committere iuratur. Et iuratur tamen ad gerendam magistratum, vt hoc ipsum faciat, an sit competens, nisi contrarium dicta vel loco. Definitio huius tit. si generaliter accipiatur sic accipienda est. Si enim consensum partium incompetens iudex sententiam dixerit, forte loco consultationis apud eum facta per errorem, vel si ex consensu partium editus, non etiam datus à magistratu. CVIAC.

Sententia à non suo iudice lata, est ipso iure nulla. BART. Vel sic: *Delegatus ad certam rem, de alia non pronunciet, quia illi non accedat, & pronunciando nil agit.* SAL.

1. Imp. ALEXANDER A. *Sabiniano* *.

VIdex ad certam rem datus *, si de aliis pronunciauit, quàm quod ad eam rem pertinet, nihil egit *. IIII. No. * Maxi. II. & Æliano Coss.

Sententia delegati ab incipiente delegante, non valet etiam si delegatus sit magister militum. SAL. Vel sic: *Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non detur commissionem ab eo, sub cuius iurisdictione ille est.* l. d. fin. PAVL. DE CASTRO.

modo est sententia nulla, sed & si à non competente dpe. Et claimus sic secundum Alex. quidem modo sufficit, vel nulla dicatur sententia à competente iudice lata, supr. dictum est, signatur vt videmus dicere, quæ nulla est idèò, quia à nõ competente iudice est prolata.

VIdex.] CAPYS. Delegatus iudex in causa, qua probatur fundus Sepronianus, si pronunciauit de Scianorum valeat, quæritur? Dicitur quòd non. VIVIANUS.

n ¶ *Datus* verbi gratia datus ad rem, & prouisilat super vigini.

o ¶ *Nisi ego.* nisi posset fieri consultatio aliquid in rem contingit.

480/C.IV.K.5-4, 1933-1934
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

vt *ff. de adil. edi. l. addita.* §. *item sciendum.* Vel nisi incidens fuerit quæstio, vt *supra de ord. iud. l.*). *& sup. vbi, & apud quem. l. fin. in fine.* Vel nisi ex consequentia, vt de expensis, vel fructibus, vt *supra de vsuris. l. Paulus.* nam ea vsuræ delegata, sine quibus commissum exequi non potest: vt *ff. de procura. l. ad rep. & Liegatum.* 4. Vel nisi contentus recognoscat cognitionem, vt *supra de sententiis. & interlocut. l. cum Papinianus. & authentica. & consequenter.* 5. Vel nisi vtrusque partis consensu prorogetur iurisdictio de re ad rem: vt *ff. de iudiciis l. de qua re.* §. 3. 4. Vel de quantitate ad quantitatem, vt *infra de app. l. fin.* §. *fin.* In prædictis autem videtur cognitio ad delegatum pertinere: nam de delegato loquitur hæc lex. ACCVRSIVS.

S*I militaris.*] CASTR. Magister militis cognouit de causa, de qua debuit cognoscere iudex ciuilis, puta iudicauit inter priuatos: & delegatus fuit ab eo, qui non potuit eum delegare, nonquid valet sententia? Dicitur quòd non, nec necesse est ab ea appellare.

a ¶ *Si militaris.* magister militum cognouit de causa, de qua debebat cognoscere iudex ciuilis: & fuit delegatus ab eo, à quo non potuit, non valet sententia, & non est necesse appellare. ad hoc *supra de pedaneis. l.*). sed inter milites potest, vt *supra de iud. Leonis.* ACCVRS.

b ¶ *Ciuilibus.* id est, ciuilis iudex se cognoscere debuit.

S*I de.*] CASTR. Si iudex datus vt cognoscat de proprietate, pronunciauit super possessione, nuo valet sententia.

c ¶ *de proprietate datus.* a priori.

d ¶ *Rather.* delegatus.

e ¶ *Nouum vt supra de sententiis l. post sententiam.* Sed an lata in possessione valeat sententia Resp. sic, secundùm P. & Io. hic *supra de iudic. l. nolle.* Alij contrà. Tu dic, si ita erat incidens, quòd de proprietate non poterat pronunciare, nisi de possessione decideret, dicam esse rem, vt in vtrisque iuris dictis: vt *Infra de iudicis. l. Commodum.* aliquin non, putà si cùm agebatur de recuperanda, vel adipiscenda possessione, ipse fuit delegatus super quæstione proprietatis tantùm, vt hic fuit.

f ¶ ET *in priuatorum.* non solùm in fiscalibus.

Constringat. vt ff. de iur. om. iud. l. fin. & de iudic. l.). & V. qui de iur. ff. l. neque. & supra de iurisd. omn. iud. l.). & *ex. l. fin.* Ergo si quis communicetur, & postea appellet: cùm ipsa prouocatione desinat esse iudex ille, qui iudicauit, extingui iurisdictum, & ille nō est excommunicatus: *ff. ad Turpil. l. fin.*). *in fine.* Nec obstat quòd dicit quidā Decretista, quòd insuetia excommunicationis trahit secum executionem, quasi nō possit iam appellari, quia & sententia vltimi supplicij trahit secum executionem, & filiorum serui fiunt, & ciuitatem perdunt, vt *ff. de pœnis. l. quod ad furium. & l. in seruorum.* §. *qui ex causa. & l. qui vltimo.* vbi de hoc & tamen potest appellari: vt *ff. de pœnis. l.*). §. *finali.* ADDITIO. Adiuertat quòd ista glossa loquens de excommunicato, dicit contra casum *cap. pastoralis.* §.). *extrà de appellat.* Nec obstat secundùm Bart. hic quòd glossa dicit de sententia vltimi supplicij, quæ trahit secum executionem, sicut sententia excommunicationis: quia natura earum est diuersa. nam sententia excommunicationis non est perfecta: sed dicitur conditionalis, seu medicinalis, donec quis purget contumaciam suam, vel eiiendet offensam: vt in *cap. cum medicinalis. de sententiis. excommunicat. li. vi.* Sed sententia vltimi supplicij est perpetua, & mortalis, ideo facilius permittitur appellatio. Videas latius de illo per Abbā. *in d. cap. pastoralis* §.).

g ¶ *Si militaris.* magister militum cognouit de causa, de qua debebat cognoscere iudex ciuilis: & fuit delegatus ab eo, à quo non potuit, non valet sententia, & non est necesse appellare. ad hoc *supra de pedaneis. l.*). sed inter milites potest, vt *supra de iud. Leonis.* ACCVRS.

h ¶ *Ciuilibus.* id est, ciuilis iudex se cognoscere debuit.

S*I de.*] CASTR. Si iudex datus vt cognoscat de proprietate, pronunciauit super possessione, nuo valet sententia.

i ¶ *de proprietate datus.* a priori.

k ¶ *Rather.* delegatus.

l ¶ *Nouum vt supra de sententiis l. post sententiam.* Sed an lata in possessione valeat sententia Resp. sic, secundùm P. & Io. hic *supra de iudic. l. nolle.* Alij contrà. Tu dic, si ita erat incidens, quòd de proprietate non poterat pronunciare, nisi de possessione decideret, dicam esse rem, vt in vtrisque iuris dictis: vt *Infra de iudicis. l. Commodum.* aliquin non, putà si cùm agebatur de recuperanda, vel adipiscenda possessione, ipse fuit delegatus super quæstione proprietatis tantùm, vt hic fuit.

m ¶ *Constringat. vt ff. de iur. om. iud. l. fin. & de iudic. l.).* & *V. qui de iur. ff. l. neque. & supra de iurisd. omn. iud. l.).* & *ex. l. fin.* Ergo si quis communicetur, & postea appellet: cùm ipsa prouocatione desinat esse iudex ille, qui iudicauit, extingui iurisdictum, & ille nō est excommunicatus: *ff. ad Turpil. l. fin.*). *in fine.* Nec obstat quòd dicit quidā Decretista, quòd insuetia excommunicationis trahit secum executionem, quasi nō possit

n ¶ *Excommunicatus.* ideò non potest appellare.

11. Imp. GORDIANVS A. *Licinio.*

SI militaris * † iudex super ea causa, de qua ciuilibus b actionibus disceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognouit: etiam remota appellatione, id, quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati non habet.

Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus. BAL. Vel sic: *Delegatus in petitorio non extenditur ad possessorium. Et pone casum in fine glossæ.* SALYC. Vel sic: *Sententia lata super possessione, non facit præiudicium in causa proprietatis, ideò ea non obstante potest ferri contraria sententia in causa proprietatis.* PAVL. DE CAST.

111. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Philetæ.*

DE POENA IVDICIS, QVI MALE iudicauit: vel eius, qui iudicem, vel aduersarium corrumpere curauit.

TITVLVS XLIX.

IN hoc tit. duo proponuntur interdicta restituteria, Precarii, & Salvianum. Precarium est res petenti precibus concessa restituenda cum petitur, & precarium ipsum, licet sit gratuitum, sicut donatio, & commodatum, non tamen idem omnino, quod donatio, quia donatio non revocatur, precarium revocatur. Non est eadem quod commodatum, cùm longè aliud ipsa precaria res: Iu. supra de his, quæ à non dom. man. aliud ipse commodatarius. Nam commodatum revocari imperiali non potest, precarium quandocunque revocari potest etiam imperiali, & in temp. finit, & ex contractu: atque etiam si concessum sit ad certum tempus, ante illud tempus, quia tutum hoc defendit ex liberalitate, & bona voluntate, sive libidine eius, qui precarii concessit, cuique ex paenitentia etiam illo à precario rapere est sine dominij mutatione, vel damno alterius. aliquo in non est precarium, sed commodatum, à quo paenitere non licet Rationaliter autem precarium interdicit precario, quia etiam bona eius quo precarium rogatur, tenetur ex persona defuncti non ex persona sua, si in possessione permanent sive interdicto petere de iniuriosum possessione. Precarium similiter morte alterutrius. Commodatum non item. Excommunicatio est vobis, atque rationis alterius precario nulla. Nam prohibitio verba, quam Consilium: tunc interdicunt hoc calere, quod precarium ad aliquid esse commodatum finale, non frequentiores infrequentes illas mentes in eis de precario, & frequentissima, vel esta petitio de interdicto precario fuit mutuo, & quod hoc Constitutionibus fuitse esse bona fides, non tamen adnumeratio est inter alterum bona fide in §. accessum, & mutuum, quia precarium magis est donationi similis, ut quia non est alius transitus verba, & donatio magis, quam commodatum sed donatio remunerabilis, donatio imperfecta, I. penult. ff. com. præd. & ob id tutius est interdictis vere ordinaria, quàm ex Constitutionibus agere de precario. Aliquando si conferatur ex Constitutionibus vel ex pactis, nec tamen interdictum precarium non esse. Salvianum interdictum est de pignoribus, & datur locatori ad persequendam possessionem rerum conductoris pro mercede pignori obligatarum tacitè, vel specialiter. Quasi Salvianum creditori ad persequendam possessionem rerum conservandarum debitoris pignori obligatarum, & retinendam adversus ipsum conductorem, vel debitorem rerum, vsque in solutum conversum adversus possessorem quemlibet. Servianum & quasi Servianum directa de re pignoris adversus quemlibet: quia est in rem interdictum eorum rerum perpetua. CYIAC.

Salvianum interdictum competit pro rebus tacitè obligatis, contra ipsum colonum, & conquilinum: sed adhuc Servianum competit contra quemlibet possessorem res obligatas. BALD. Vel sic: *Pro pignore venditio contra emptorem non competit interdictum Salvianum directum: sed ad hypothecariam actionem est recurrendum.* BART.

I. Imp. GORDIANUS A. *Arsiani.*

TE non remittente d pignus debitore tuus * es, quæ tibi obnoxia sunt, venundedit: integrè tibi ius est ea persequi, non cognoscet. I. p. §. *Iuliano*] *ind.* CYIAC.

A *De præsidem.*] CAESVE. Si filius tuus ab aliquo possidetur: ve tibi exhibeatur, adire debes competentem iudicem. ACCVRS.

A ¶ *Postula.* Extraordinem. Hoc enim Imp. tempore interdictorum vsus exoleverat, l. vlt. *hic*, l. *super de interdictis*, l. 2. & 4. *supra vnde vi.* CYIAC.

§ ¶ *Exhiberi id est*, extra ceterum habet: vt *ff. de liber. hom. exhibend.* l. 3. §. *ait prætor*, per aliud capitulum agitur vt doceat licere: vt *ff. ind. l. ff.* §. ACCVRS.

C *Ad instar.*] CAESVE. * Accepi filiam Philippi in vxorem, quæ petens te detinet, nec eà vult exhibere: qualiter mihi succurratur, quæsiuit Respo. quòd vtili interdicto de libero hominis exhibendo.

§ ¶ *Filia vxore tua.* Hic II. Eundem est matrimonia, quo pertinet l. 2. *ind.* CYIAC.

b ¶ *Notionem.* propositio interdicto de vxore exhibenda, quod non habemus: sed ad instar eius, quod habemus: vt *ff. ind. l. in fin.* & l. 3. & *de mag. l. ff. iuncta.*

DE PRECARIO, & Salviano interdicto.

De exhibitorio interdicto idem est, ac videamus de hoc restitutorio interdicto, quod mutatum in ff. habet aequitatem vt ff. eo. l. 1. §. 1. ff. Prætum pauci dici vel recuperanda, vel recuperanda possessione: & pe similes ff. interdictis vnde vi idem quandoque transeat possessio in rapientem præcarium: vt ff. de acquir. poss. l. Pomponius. §. fi. quandoque non, vt ff. de precar. l. certè. §. 1. quandoque mutatur, sola manet: vt ff. eod. tit. l. 8. habet. 6. eum. Salvianum vero est adipisci da possessionem vel loci. eu. 1. interdictum quoque.

§ 1.] CAESVE. Debitor mercè prædia mihi obligata si distrahat, conscientiam emptorem ac quasi Servianum, non habet locum in hoc casu interdicti Salvianum, quod competit domino super rebus coloni tacitè obligatis.

i ¶ *Si te non remittente.* aliis agere non potest: vt *ff. quibus mod. pignus vel hypo. sol. l. ff. debitor.* §. 1. & *infra de remed. pign. Lvvi. & de pign. Lachiorum.* ACCVRS.

k ¶ *Debitor tuus.* idemque condidit.

480/C.IV.K.5-4, 2073-2074
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Id enim.* Quia in personam. At vtile interdictum Saluiani, id est, verbis interdicti in rem scriptis, dabitur in extraneos, directum quidem non item. *l. 1. ff. de Sal. interdict.* Vide etiam supra ad *l. 3. C. de rebus credit.* CVIAC.

a ¶ *Debitorémue*, pro eodem ponit. & subaudi directum.

b ¶ *Competit.* Imo videtur contra emptorem: vt *ff. eod. l. 1. in princ. &* §. 1. Solu directum denegatur, vt hic: vtile conceditur, vt ibi & haec est bona solutio. alij dicunt, ibi in d. §. 1. extraneum: id est, colonum ad differentiam alterius locatoris. nam de duob. locatoribus ibi dicit: cùm enim sit personale interdictum, non potest cótra alium, quàm contra contrahentem dari: vt *ff. de interdict. l. 1. § fin.* quod non placet: quia & contra alium locatorem datur: vt ibi dicit. Item principiû illius legis nô potest loqui nisi de extraneo: scilicet, emptore. Nec obstat quòd sit personale: quia in rem scriptû sunt, vt in ea lege de interdictis. Prima ergo solutio vera est.

a vtile tamen interdictû ad. [illegible]

interdicto Saluiano (id enim a tantummodò † aduersus conductorem, debitorémue [a] competit [b]) sed Seruiana actione, vel quæ ad exemplum [c] eius instituitur, vtilis aduersus emptoré exercenda est. PP. VI. Id. Sept. Pio, & Pontiano Coss.

Heres precariò rogantis possessionem non restituens, tenetur interdicto de precario. BAL. BART. & SALYC.

II. *Impp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Fabricio.*

HAbitantis [d] precariò heredes ad restituendum habitaculum [y] teneri, contra eos interdicto proposito, manifestè declaratur. S. Kalend. Decembr. Sirmij, AA. Coss.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.[a]

TITVLVS X.

QVædam sunt interdicta de ædificiis priuatis, vt puta, Quòd vi, aut clam: quod est restitutorium, & de noui operis nunciatione item, vnum restitutorium, duo prohibitoria, & in tit. de damno inf. interdictum de tollendis materiibus ædium collapsarum in alienas ædes. l. 7. §. vlt. & interdictû de tollendis his, quæ vi fluminis in alienas ædificia importata sunt. l. 10. §. de his. propter quæ superiorib. interdictis subiicitur hic titulus, in quo potissimû agitur de forma, & modo priuatorû ædificiorum, & de refectione, & demolitione eorû & non diruendis promarcis causa, & de rescindendis his, qui corruerunt, aut deflagrarût, & de legitimis interuallis, quibus abesse debêt ab aliis ædificiis priuatis, vel publicis. l. 9. 11. 12. 13. & in l. 14. quæ est vltima, de lite orta inter nunciatorem nunciatum operis, & eum cui nunciatum est nouum opus, dum ille adfirmat sibi esse ius nunciandi, & ostendit præsentem cognitionem: hic verò negat faciendo intra menses tres, intra quos denunciator non possit nec oblata satisdatione ædificare vel si finiri aliqua ex causa intra eum diem non potuerit, vt tum denunciatum ædificare posse oblata satisdatione de opere restituendo. CVIAC.

Constructio balneorum, & ædificiorum superimpositio est permissa: dummodò visitatum modum non excedat. SALYC.

I. *Impp.* SEVERVS, & ANTONINVS AA. *Tauro.*

ET balneum (vt desideras) extruere, & ædificiû ei superponere potes: obseruata tamen forma, qua cæteris super balneum ædificare permittitur: id est, vt concamerans superinstruas, & ipsum concameres, nec modum visitatum [c] [d] altitudinis excedas. PP. sine die & consule.

Ædificata nō possunt demoliri, gratia negotiandi, nec sic vt publicus deformetur aspectus: licet tamen quædam de vna domo tollere, & ad aliam transferre. SALYC.

II. *Imp.* ALEXAND. A. *Diogeni.*

NEgotiandi causa [e] ædificia [f] demoliri, & marmora detrahere, edicto diui Vespasiani [g], & senatusconsulto [g*], vetitû est. Cæterùm de aliis domo in aliam transferre quædam licere, exceptum est [h] [i]: sed nec dominis ita transferre licet, vt integris ædificiis depositis, publicus deformetur aspectus [l]. PP. XI. Kal. Januar. Alex. A. Coss.

An si domus dicatur ruinosa, totalis domus debeat destrui, vel ea destructa fieri debeat restitui, residet in iudicis arbitrio, qui debet inspicere consuetudinem loci. SAL.

III. *Idem A. Encrato.*

AN in totum ex ruina [k] domum liceerit non eandem faciem in ciuitate restituere: sed in hortum conuertere, & an hoc consensu tunc magistratuû non prohibentium [l], item vicinorum [i] factum sit: præses probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt [m], causa cognita statuet. PP. VII. Kal. April. Iuliano II. & Crispino Coss.

Si socius nomine communi domum refecerit: adsumptus pro rata agere potest, vel per quatuor mēses expectare: intra quos si sumptus sibi pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vindicare poterit. h. d. & nota secundum SALYC.

IV. *Imp.* PHILIP. A. & PHILIPP. *Cæs. Valeri.*

c ¶ *Vel quæ ad exemplû.* id est, quasi Seruiana. Vel dic, Seruiana solennis, vel quæ ad exéplum eius, id est, nô solennis, quæ sola hodie frequentatur: vt *l. de fur. l. 3. &* §. [illegible]

y ¶ *Ad exéplum.* Dati ad exemplû aliorum perpetuò est vtile. CVIA.

H *Abitantis.*] CVIAC. Concessi tibi domos meæ habitationem precariò, an eam ab herede meo repetere possum, quæritur? Dicitur quòd sic.

d ¶ *Habitantis.* Contra. *ff. de diu. & temp. præscri. l. cùm heres.* vbi dicit heredem rogantis non teneri. Sola. hic sciens, ibi ignorans. Vel hic peruenit ad heredem, vel dolo malo fecit, quominus perueniret: vbi non: vt *ff. ar. l. quæsitum. in fin.* Item differt [a] à commodato: quia illud ad certû vsum, & antè reuocari non potest: vt *ff. commo. l. in commodato. §. sicut.* hoc quandocunque: vt *ff. eod. l. 1.* & *l. cùm precario.* Alias differentias inter precarium & commodatum videas per gl. in *c. 1. extrà commodati.* iuncta gl. in verbo, *simile in l. 1. ff. de precario.*

y ¶ *Habitaculum.* Ex persona defuncti, non ex sua, quia morte precarium finitur, quæ fuit habitandi causa. CVIAC.

* Vide tamen [illegible]

a Interdicta Saluiani & Seruianæ differentia. [illegible]

* Factio anno [illegible]

e Precarium à commodato differt.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

Quia interdictorû quædam ad publicam pertinent vtilitatem: ideò supponit de ædificiis priuatis, qui tractatus ad publicam pertinet vtilitatem, vel ornatû. Vel supra de possessione tuenda, nunc de ædificiis ruinosis materia.

¶ *Vnde.* Vel sic: Diximus de interdictis: & quia per ea priuata ædificia constructa defenduntur & tuentur, & construenda fieri sperantur, & impetrantur: ideò de priuatis ædificiis supponit. AZO.

c ¶ *ET balneum* [a], &c.] Vitruuium forte statuerat [b] erat modus ad ædificandum: sicut fit Florentiæ in turribus: & ad hoc supra de foro. l. 3. & l. si quid præses.

d ¶ *Visitatum.* Fuit certus modus altitudinis legibus, aut morib. definitus. Sic Victor in Traiano scribit, Traianum statuisse, ne altitudo ædiû excederet sexaginta pedes, idque ob frequentes ruinas. Strabo lib. 5. scribit Augustum constituisse septuaginta pedes. CVIAC.

f ¶ *Negotiandi.*] Ædificia, scilicet, sua, vel aliena: vt *ff. de contrahen. empt. l. senatus.*

e ¶ *Negotiandi causa.* Id est, Promercij, *l. cætera ff. de leg. 1.* CVIAC.

ζ ¶ *Vespasiani.* Sic & ind. *ff. de iure patr.* Pro, *Vespasianum,* videtur legendum, *Hadrianus.* CVIAC.

g ¶ *Senatusconsulto.* Aciola, & Pansa consulibus facto: vt *ff. de leg. 1. l. cætera.* & facit *l. eo. l. nemini. & l. vlt. de re. diui.* §. [illegible]

η ¶ *Senatusconsulto.* Hoc Senatusconsultum ex Aciola, & Pansa Cons. factum est tépore Hadriani, vt confirmat Spartianus in Hadriano. Quare dicendû, aut erratum in nomine Imp. hoc loco esse, aut Senatusconsultû hoc nô pro eo de quo iâ diximus, accipi: sed pro Senatusconsulto edictum Vespasiani secuto. Nam edicta Imperatorum Senatusconsulta sequebantur, vt cóbmat edictum D. Marci de Christianis, quod extat apud Iustinû martyrê *Apologia 2.* & *l. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. si vnusra §. 1. de priuil. cred.* CVIAC.

h ¶ *Exceptum est.* a generali prohibitione: vt *hic.* & *§. ex. l. si quis post hoc.* Item excipitur si adopus publicum: vt *ff. de dam. infect. l. fin.*

ϑ ¶ *Exceptum est.* Eodem SC. *l. cætera. §. item quæri. ff. de lega. 1.* CVIAC.

l ¶ *Aspectus.* vt *ff. ne quid in loco pub. l. fin. & l. 2. §. si quis à nemine. & de dam. infe. l. prætor. §. hoc interdictum.* ACCVRS.

k *AN in totum ex ruina,* id est, ex ruinosa materia.

l ¶ *Non prohibentium.* nota eo [c] ipso aliquem consentire, quòd scit, & non contradicit: sic & *ff. locati. l. item quæritur. §. qui impleto.*

i ¶ *Vicinorum.* Nam plerunque vicinorum interest ædes refici, vt si eis deberetur seruitus onus ferendi, *l. eam debere ff. de seruit. vrb. præd. l. & si fuit. §. 1. ff. si seruitus vind.* CVIACIVS.

m ¶ *Seruata sunt.* ¶ Nota de authoritate [d] consuetudinis [e]. sic *T. locati. l. circa. & de seruit. l. 1. & l. præses. & ff. de legi. & senatuscos. l. nam vt ait Pedius. in princip. & l. non possunt. & ff. de aqua plu. arcend. l. si prius. & infrà qua sit lon. con. l. 2.* Sed arg. contra in *l. 4. & T. de vsufr. l. eos §. pen.*

a Quemadmodum balneum de iure ædificari possit, vide Cepolam [illegible]

b Statutum publicarum altitudines & latitudines. [illegible]

c Consuetudo intelligitur, qui scit, non contradicit.

d Cóstuetudinis magna authoritas est.

e Seruitutes publicæ [illegible]

a ¶ Si

480/C.IV.K.5-4, 2075-2076
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

SI (vt proponis) socius ædificij ad refectionem eius sumptus † conferre detrectat: non necessariò * extra ordinem ᵇ tibi subuenirì desideras. Etenim si solus ædificaueris, nec intra quatuor ᶜ mensium ᵃ tempora cum centesimis ᵈ nummus ᵉ pro portione socij erogatus restitutus fuerit: vel quo minus id fieret per socium ᶠ stetisse constiterit, ius dominij pro solido ᵍ vindicare, vel obtinere ʰ iuxta placitum ᶠ antiquitatis poteris. PP. IV. Kalend. April. Philippo A. & Titiano Coss.

Qui reædificat scienter ædificium communę nemine proprie, sumptus non repetit: & ædificatum solo cedit. SAL.

V. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Odaenio.

SI ita, contra quem preces fundis, sciens, prudénsque soli partem ad te pertinere, nõ quasi socius ᵃ, vel collega communis operis ᶠ solicitudine, solidam balneorum extructionẽ ea mẽte, vt sumptus pro portione tua [non] † reciperet, aggressus est, sed vt totius loci dominiũ vsurparet, & collapsum balneum refabricare enitus est: cùm ædificia, quæ alieno loco imponuntur, solo cedant ᵍ ζ: nec impensæ ʰ his, qui improbè id fecerint, restitui debeant: anciquato ᵃ diui Hadriani ᵗ edicto ᵃ, præses prouinciæ memor iuris publici, in dirimenda discepatione legum placita ᶠ custodiet. PP. VI. Non. Octob. ipsis IV. & III. AA. Coss.

De ciuitate ad villam non licet transferre ædificiorum ornamenta: de ciuitate verò vna ad aliã potest, si de labili suffertur ædificio: de vna villa ad aliam licit etiã si per ciuitatem transitum faciat. SAL.

VI. Imp. CONSTANT. A. Eliphio agenti vicem P.P.

SI quis post hanc legem ciuitate spoliata, ornatum, hoc est, marmora vel columnas, ad rura transtulerit: priuetur ᵇ ea possessione, quam ita ornauerit. Si quis autem ex alia in aliam ciuitatem labentium parietum marmora, vel columnas de propriis domibus in proprias transferre voluerit: quoniã vtrobique hæ esse, publicum decus est, liceat hoc facias ᶜ, data similiter facultate etiam de possessione ᵃ ornatũ huiusmodi ad possessionem aliam transferendi, quamuis per muros ᵃ, vel etiam per mediam ciuitatem ea transferri necesse fit: ita vt ea solummodò ᵉ, quæ illata fuerint ciuitatibus, exportentur. Dat. VI. Kalend. Iun. Viminacij, Crispo II. & Constantio II. Coss.

VII. Imp. IULIANVS A. ad Vicinum † Vicarium Africæ.

NEmini ᵃ columnas, vel statuas cuiuscunque materiæ ex alia eadémque prouincia vel auferre licerat, vel monere. Dat. VI. Kalend. Nouemb. Iuliano A. IV. & Saluftio Coss.

Curiales vrbium tenentur in eis domos proprias habere: & eas vel antiquas reædificare, vel nouas construere tenentur: non curiales verò filium ad antiquarum reædificationem arcessitur. SAL.

VIII. Imp. VALENS, GRATIANVS, & VALENT. AAA. Modesto P.P.

SIngularum vrbiũ curiales ᵃ etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogũtur, illic semper muriis * inseruiuiri, & auctori propriarum frequentiam ciuitatum. Possessores verò ᶜ, qui non erunt curiales, in vrbibus, in quibus domos possident, easdem domos dirutas ᵈ, neglectásque reparent, iudiciaria ad conseruandum hoc præceptum auctoritate retinendi *. Dat. XIII. Kalen. Nouemb. Gratiano A. IV. & Merobaude Coss.

Inter aedes sacras, vel publicas, & ædificium priuatum, debet esse spatium quindecim pedum. SAL.

IX. Imp. ARCAD. HON. & THEOD. AAA. Æmiliano præfecto vrbi.

SI cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes ¶ animum dederit, is quindecim pedũ spatio interiecto inter publica, ac priuata ædificia, ita sibi nouerit fabricandum, vt tũc interuallo, & publicæ ædes à periculo ᵉ vindicentur, & priuatus ædificatoe velut perperam fabricato loco, destructionis ᶠ quandoque futuræ non timeat detrimentum. Dat. X. Kal. Nou. Arcad. A. VI. & Probo Coss.

Quibus potest locum propriam vicinandare muris. SALVP.

X. Imp. HONORIVS, & THEODOS. AA. Monasio P.P.

PEr prouincias Mesopotamiam, Osdroenam, Euphratensem, Syriam secundam ᵃ, Phœnicam, Libanensem, Ciliciam secundam, vtramque Armeniam, vtramque Cappadociam, Pontum Polemoniacum, atque Hellespontum, vbi magis hoc ᵃ desideratur, cæterásque ᵇ prouincias cunctis volentibus permitatur murali ambitu fundũ propcios ᶜ seu loca sui dominij * constituta vallamatrium seditionis ᵈ prabeatur: vt ᵉ de ope publ. opus. ACCVRS.

---

* SI vt proponis.] Non necessariò id est, non ex necessitate.

b ¶ Extra ordinem. id est, sine speciali, seu superiori ᵃ. de vinclum 2. lib. 10.

c ¶ Quatuor mensium. Videtur de profit. CVI.

d ¶ Centesimus nummus. Quæ in centum efficiunt duodecim. CVIAC.

e ¶ Nummus.] nummi. sic 5. de lit. cau. 1. cum affirmet. & 5. de verb. signif. 1. in vbi ACCVRS.

f ¶ Per socii.] per te, qui socius eius es. ACCVRS.

g ¶ Pro solido, quemquidi. CVIAC.

h ¶ Vindicare vel obtinere. Vindicatur ius dominij, dimicatur ab eo, qui non possidet, obtinet ius dominij, qui id sibi defendit per retentionem possessionis, l. pe]. de deferr. lib. 18. CVIAC.

i ¶ Marcianus. in oratione diui Marci: vt ᶠ pro socio. l. cum duab. §. idem rescripsit socium. ad hoc]. ex. l. singularum. & hoc cum fecit nomine communi, socus ᵃ suo: vt]. ex. l. pecunia. Sed videtur non licere reseruere ᶠ. de seruit. vrb. prad. l. pariuum. quæ est contra. Solut. ibi iure seruitutis facere volebat. Vel ibi ad aliam vsum quàm ad quem res erat inuecta in communi: hic verò ad quem fuit inuecta in communi: vt ᶠ. communi diuid. l. §. adeo.

† deeth.

k ¶ Quasi socius. Socius est is, quæ ad communionem iuris contractus: collega is est quem ad communionẽ iuris res ipsa, non contractus, vt coheredes, collegatarius. CVIAC.

l ¶ Communis operis. Similis distinctio (cõmunis, vel non cõmuni nomine facta) est. ᶠ. commun. diuid. l. §. quæ patere. § fine autem.

m ¶ Cedant. vt Inst. de re. di. §. de ea diuisio. & ᶠ. commu. prad. l. §. proceres.

n ¶ Cedant. l. 3. §. sed si. ᶠ. Aqui possidet. CVIAC.

o ¶ Impensa. * voluptuae expensas omnino illas autem abesse tanquam sine ratione priorisfuerat reimcessitatis rebus sibi construxisset ᶠ. de rei vind. l. Lamum. AC.

p ¶ Amiquatis. Significat in hac specie, cũ fuerit impotibe ædificasse, non fuerit edictum D. Hadriani. CVIAC.

q ¶ Hadriani. Id est, Marci. Nam sæpe ita hæ nomina confundantur, vt quod in l. cum fundum ᶠ. de reb. dub. dicitur à Marco constitutum, id Vlp. in frag. tit. de legata, tribuit Hadriano. CVIAC.

r ¶ Edicto. Hinc non, orationem edictum vocari. CVIAC.

s ¶ Marcia.] prædictaut Institut. de re. diuis. §. & ea diuisio.

t ¶ Quasi supra ad. l. negotiandi. in fine.

u ¶ Facient. vt d. l. 2. ad. l. negotiandi. ACCVRS.

x ¶ Possessiones. Hoc loco possessio accipienda est pro agro Festus: possessiones vocantur agri lege concessi, priuati, publicique. CVIAC.

y ¶ Per muros. id est, propemuros. CVIAC.

z ¶ Solummodò. ¶ Arg. quo * mercibus aliunde delatis, vt possint exportarifiuer alia, quæ similes fant, nõ possint propter hanc ᵇ, vel edictum curiæ. ACCVRS.

a ¶ Emini.] facit l. 1. ad. l. 5.

b ¶ Singularum.] Curiales fant, qui allecti conditij cassa. CVIAC.

c ¶ Semper manu. aliàs, semper manciis.

d ¶ Possessores verò. Possessores cæteri sunt, non curiales. CVIAC.

e ¶ Domos. non autem nouas ædificare cogunturᵃ. ¶ Dic ergo quòd ᵇ ó fuerit, & vnus velit reædificare, alii compellantur: vt V. ad. l. 5. ᶠ. de propria. Si verò nõ sunt fuerit, idem: si tamen sint curiales: aliàs non constrictis ᶜ. sed restituatur ᵈ præcipitur: vt hoc l. 5. ᶠ. de dam. infect. l. ad curiam. & ᶠ. de offe. præsid. l. prafes. & destructis inhibetur: vt V. ad l. 5. ᶠ. de iure reipublicæ l. 5. fin. lib. 2. ACCVRS.

f ¶ Iem.] Publicæ ædes. Idem cũtra * horreo publica, vt ᶠ. ad. l. mancipia. & facit ᶠ. fundum regundorum. l. 5. ACCVRS.

g ¶ Periculo. Incendij scilicet. CVIAC.

h ¶ Destructionis. vt infra. ad l. mancipia.

i ¶ Per prouincias. Syriam secundã. Hæc illa est, quæ Syria Salutaris dici solet. CVIAC.

k ¶ Vbi magiùs. Propter incursus prædonum. CVIAC.

l ¶ Cæterásque. repete par. ACCVRS.

m ¶ Proprias. aliud in publicis locis: vt ᶠ. de oper. publ. l. opus. & l. de operib. & ᶠ. de rer. diuisio. l. mere. sed quia muri ᶠ ciuitatum sunt reinteritatis non publicis: vt Institut. de rerum diuis. §. mediam. ab reinteritatibus possunt fieri ᵍ, non à singulari homine, vt potest intelligi ᶠ. l. operibus. ᶠ. de rerum diuis. & est pro hoc hac lex, & ᶠ. de long. conseruo. l. fin.

n ¶ Sui dominij. vt ᶠ. de seruit. vrba. prædio. l. imperatores. hoc enim fallit, si ad aemulationem ᵇ alterius ciuitatis fiat, vel materiam seditionis ᶠ præbeat: vt ᶠ. de ope. publ. l. opus. ACCVRS.

o ¶ Pariis

---

† Ad forium emolidici hoc quandoque Cicero. sugeriendi. si dubius. §. cui respondetur. quo casuum ᶠ. pro fuerit.

* Ita hic pro facinorum quo vnum omnium vide Dynam. prad. de profit. mun. & crall. de profitiga. vt. Cuiac.

† legend. ad ...tentum. ¶ ᶠ. C. Th. de indul. debit. l. 2. C. Th. de ann. nu. Quæ leges conlungendæ sunt. Cuiac.

a Mercata ædificare, possunt exportare, licèt alia non possint.

b Prætiade Augustum prohibuit Brundisii in aliquo locii defuit, ad cohibere ad eũ, qui in illi locum defuit, vt alio attulerat. Vide Mar. Sidi. crall. de fabricis fundus. ne. 135.

† deeth.

c Socionem si vnus velit ædificare, ex alij compellatur.

* al. retinendi.

a Aliam reliquis omnib. vel inuitis, dilectuibus cuiusdãm dominorum debitum omnibus prohibetur.] Ex Cod. Th. lib. 4. tit. 10. l. 1. ad.

b Qui ædificare cœpit, aut iuxta ædificium publicum, publã murus ciuitatis, vel hortus publicus, ex pedum (pedum) relinquere debet, ilque propria pecunia in incendij, ne ea, per fortuitum ruinam, ac fatiscia. Vide Capell. trad. de fructu ciuitatis. tit. 2.

f Mere ciuitatis à quibus fieri possint.

g Muri ciuitatis à quibus fieri possint.

h adde Glos. in à dominique in verbo. habere. ᶠ. de operibus.

i Seditionis materiã præbere non potest.

480/C.IV.K.5-4, 2077-2078
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ Pallaes. * fabrudiffi quidam, principis auditoriatus. ff. de operis. publ. l. 1. p. & ibi not. ibi Accvrs.

b Vide locus citatus in tertio principio authentic. vel Cod. principis authentic. vide Gothofredum Pape fugnier. ad tit. Theodos. Tegrvs in notis ad eund. tit. Cod. legendo reum. et Elias vide eiusdem Harmenopul. in vocat. Mœnianum in principio Prochiri. c. 4. vbi. etiam a Simplicio quoque ait. vocari Leonis, Novell. Cvtac. A Mœnio dicta, qui primus vinos columnas sublimes extulit, quas ante pilgrarum fuerunt.

c Simplicius Isidoripscod. affirmat, quod fuisse aliud monumentum in codicibus notis Mœnianum dicitur.

d ¶ Mœnianum. Vide Scipio lib. 1. Obsic. vbi primus docui legendi ita esse, idq; ex Harmen. lib. 1. dicunt & Harmenopul. Leonis, Novell. vltim. Cvtac.

e ¶ In prouinciis Semper permissa fuit in prouinciis Mœniana extruere: in vrbe non semper, vt docet Amm. Marcellin. lib. 17. Vide scripta ad eiusd. lib. c. 17. Cvtac.

f ¶ Dicum pedes. Idem tradit Leo Novell. vltim. Cvtac.

g ¶ Deorsum. facit ff. de seruit. vrban. prædiis. l. Imperatores, & ibi sed. l. seui. & mœnia fecisse, & non contradiscere fecisse compellis me forte dolitare. vt ff. de mœnibus. infra l. 3. pr. & ff. de damn. infect. l. qui locum. 4. ff. quæ iuxta. & sic loquitur hic quidem me ignoraret, vel imitio fecisse. h ¶ Quindecim pedum. vt supra ad l. 3. cui.

i ¶ Id est decem pedum. hoc quidem intra prouinciam: quindecim, quando intra publicum, & facit infra de aqueduct. l. 3. lib. 11. hæc tamen lex non * seruatur.

k Vide tamen Cypellum ad Semestria lib. 1. c. 1.

te *, Dat. III. Nonas Maij, Constantinopol. Theodosio A. IX. & Constantio III. Consulibus.

Inter mœnianum & mœnianum debet esse spacium decem pedum, quando ambo sunt primatorum: sed vbi alterum est publicum, cui appropinquatur primatum, debet esse spacium quindecim pedum. SALVT. Idem AA. Seuerino P. P.

MOeniana *, quæ a Græco vocabulo [τειχοποιΐα] † appellant, siue olim constructa, siue in posterum in prouinciis y construenda: nisi spacium inter se per decem pedes ‡ liberi aëris habuerint, mœnis omnibus deruncentur ‖. In his verò locis, in quibus ædificia priuatorum horreis publicis videntur obiecta obstructione mœnianorum, quindecim pedum ¶ intercalla fermentur. Quem intercapedinis modum ædificaturis quoque proponimus, ita vt si quis intra definitum spacium: id est, decem pedum * mensuram, ædificare, vel intra quindecim pedum mœnianum possidere tentauerit, fciat non solùm fabricata demolienda: sed etiam ipsam domum fisco nostro adiudicandam. Dat. III. Kalend. Octob. Asclepiodoto, & Mariniano Coss.

ΙΒΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ * ΖΗΝΩΝΙ Α' Λόγοι τῶν ἐν τῷ πόλει.

ΚΑΙ δικαῖον οἰκοδομεῖν τοὺς πολίτας τοὺς τοιούτους ἐκτίζοντας, ἐξ ἧς ἂν τὴν πόλιν τοῦ τοιούτου φόβου ἀπαλλάττοντες ἀποτιμωμεθα. διὸ καὶ τὸν παρόντα φόβον ἡμῶν, ἐκκαίοντες τοῦτο ἐκκόπτομεν ὡς ἂν ὁ μεγαλοπρεπέστατος δικαστὴς ἐδίδαξεν, καὶ ἡμεῖς αὐτοκρατεῖς τὴν τῶν οἰκοδομῶν ἀφορίζομεν λύσιν ἀπορίζομεν, καὶ μικρὸν ὑπερβαίνοντες. ἢ περιπολεῖν τὴν πόλιν βουλόμενον, τὴν τοῦ πολεῖν γενομένων χρησόμεθα. Ὅσοι δὲ ἔθνεσι ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ χρόνου τοῦ τόμου, μὴ οἴεσθαι ἐπεῖν βιεῖν, ὅρος τῶν οἰκοδομῶν χρείαν ἔχει καὶ ποὶ οἰκεῖν ἀμφίβολα. ¶ Κ' γὰρ ἡμεῖς ἀπεφήνατο τὴν ἐν τῷ ἐκτρέπεσθαι ὑπὸ τοῦ μικρόν, οὐ ὁ θεῖος ἡμῶν ὁ τῶν ἀθανάτων μνήμων πατὴρ ἐκείνην λιπὼν ἐν ἔθνεσι τὸν ἐν τῷ τῇ τοῦ ἐκδόξου πόλει κτίζειν βουλόμενον, ἀμφίβολα. ¶ Καὶ ἡμεῖς ἀπεφήνατο τὴν τῶν ἰδίων οἰκιῶν ἀναπαύσεως, τὸ ἀγαθὸν ὑγιὲς μεταβαίνοντες ὑπὸ τοῦ ἐξιόντων, ὑπὸ τὴν οἰκοδομουμένας ἀφαιρεῖσθαι φωνὴν ἢ ἀπόλυσι τῶν γνήσιον, ὑπὸ τὴν ἀπὸ τῶν ἀπόλλυν κρίνεσθαι. ¶ ΟΥ' μὴν ἀπεδίδοσαν ἢ ἀπόλυσι οἷον ἀναβῶν οἷον ἢ τῇ οἰκοδομικὴ χρείᾳ. ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡδὺ ἀπόνοιαν κλοπῇ ἐκ συμβάσεως, ἢ ἀπαγόντων, ἢ ἀπερίφοβον ἀμφίβολον, οἱ ἐκλεκτοὶ, τὰ πολλὰ ἀγῶνα. διὸ ὀνομάζεσθαι, ἢ σὺν φόβῳ, ἢ ἀπόνοιαν βοᾶν τοῦ κτίζοντα, ἐξίσης αὐτοῦ καὶ τὸν ἀλλοκλίνω ἢ συμφόνων, ἢ ἀπόνοιαν ἀπὸ οἰκοδομεῖν, οἱ ἢ τὴν γνήσιον, ὁς ἐκκαλεῖν τῆς τὸ ἐνεμόμενον, ἐκκαλεῖν βλάπτειν δοκοῦσι. Τὰς ἢ μὲν τὴν ἀξιοῦσθαι εἰκόνας, καὶ ἐξ. ἀπαλλάττοντα ἀφαιρεῖν μόνον τὴν ἰδίας, καὶ τὴν ἢ γνήσιον οἰκίας τὸν οἰκοδομῶν μιλόντα, ἢ τὸ πάλαι, τὴν ἐλαφίου ἀπαθόντα, ἢ μικρὸν ἀπόφαλλον οἰκεῖν τοῦ πτωσί. (τὸ δὲ ἐκκαλεῖν, καὶ ἐπιτιθέναι εἰς ἀμφιβολίας ἀναιρεῖν,) ἀπόφασις καλοῦσιν ἀνακαλεῖν τὴν πόλιν ἢ μόνον ἐφεστήκασι οἰκίας, ἀφιεμένας μὲν ἀπὸ ἢ οἰκοδομῶν τοῦς ἀναμένοις οἰκοδομεῖν ἀμφιβαίνοντα, ἀφιεμένας τὴν ἢ γνήσιον, ἢ μικρὸν πωλεῖν τὸ ὄνομα, ἢ τὴ τοῦ ἢ λεπτὸ ἀφιεμένας ἀπόθεσιν. ἐξίσης τὸν οἰκεῖν ἐν ἀρχῇ ὑπὸ ἢ ἀνάγκη ἀπὸ ἢ ἀπόλυσιν, καὶ φιλόγνωμον κῆ τὸν ὅλων τεμαχίσεσιν, μὴν νέαν οἰκεῖν βλάπτει κτίζειν, μὴν πολλοὺς ἀναπαύειν, ἢ τὴν ἀξιοῦσθαι ἐν τοῖς οἰκοδομῶν. Μαθεῖν ἢ ἐξίσου κτίζειν οἰκεῖν ἐν μέσῳ ἐστῶσιν, ἢ πολιτείας, ὑπὸ τὴς ἀλλοκλίνω πόλεις, ἀλλὰ τὸν ἀφιεμένῳ μέρῳ. ἢ πολιτείας, ἢ ἢ γνήσιον, ἢ τὴν οἰκεῖν ἀπόσπασιν ἀπόκλειστον βλάπτειν βουλόμενοι, ἢ τοῖς κτίζειν ἀναπαύειν ἀπόκλειστον πολῖται ἢ ἀλφεσμὸς ἐν μέσῳ τὴν οἰκεῖν ἀφιεμένῳ. Ἀ'λλ' ὅτι μὲ ἐκκαίνεται ἢ τὴν μεθεῖξι τοῦ οἰκεῖν ἐξεστήκασι, ἢ πάλιν, ἢ πάλιν ὄντῶν, ἔχειν οἷς ἔχει, ἢ τῶν μενοῦν μὲ συγχωρεῖν, ἵνα τὴ πάλιν τὸ οἰκεῖν ἀφεῖναι ἐξίσου ἀλλαγὴ, μὴ ἢ τὸ πάλαιν οἰκοδομεῖν καθεῖ ἢ ἀγχόνιον ἀγῶνα τοιοῦτον ἐκ ἀπόπτωσιν ἢ ἢ ἵνα ἢ οἴκοι πολῖται μεθεῖξι ἑκατέρας οἰκίας ἀφεστήκασι, μὴ ἐξίσου ἀφεῖναι τὸ πάλαιν ἀγῶνα, ἢ ὑφοῦν τὸ οἰκοδόμημα, ἢ ἀνεῖναι φανὸν, μὴ ἀλλὰ φανὴν εἶναι τὸ μέσον. Τ ἀμπελῶνα ἢ ἀφεῖναι πλῆκε, τὸ ἢ κτίζειν ἢ ἀμπελῶνα πάνυ, ὅτι ὅτας πολῖται, τὸ ἢ κτίζειν, τὴν ἀφεῖναι ἢ πολῖται ἐκεῖ ἐξ πολῖται τὸ ὄνομα ἐκ τοῦ ἀστοῦ οἰκεῖναι τὸ μέσον. φαίνεται ἢ ἀφεῖναι τὸ πολῖται τὸ ὄνομα, μὴ ἀλλὰ ἢ ἀφεῖναι τὸ πολῖται τὸ ὄνομα, ἢ ἐξ πολῖται τὸ ὄνομα. ἢ ἐξ πολῖται τὸ ὄνομα, μὴ ἀλλὰ ἢ ἀφεῖναι τὸ πολῖται τὸ ὄνομα. Εἰ ἢ τοῦτο ἐξεῖν, πάλιν αἱ φαίνεται ἀλφεῖ ἢ ἀλλοῦσιν ἀφεῖναι πολεμοῦσι χρεῖαι, καὶ ἢ γνήσιον βλάψωσι, ὡσὰ γίνοῖς κοπὶ ἀμφὶ οἰκίαν τὸν ἐν ἢ συμφόνων, ἢ τοι ἐπιφανεῖσιν ἀφεῖναι τοῖς κτίζειν βοήθειαν (ἢ ἀπὸ ἢ ἵνας ἐπιφαίνεται τοιαῦτα τὸς) ἀπαγορεῦσι. Εἰ ἢ ἢ φανεῖται νόμον καλοῦσιν ἕκατον πολῖς ἐξεῖναι τὴς οἰκίας τὸς ὄνομα ἀφεῖναι τὸς ἀπὸ τὸ πυρὸς φανῶν ἀφεῖναι ἢ ἀφεῖναι, οἱ ἢ ἀφεῖναι ἀπόπτωσι ἢ ἀπόλυσι ἔτι ἀφεῖναι βλάπτωσι,

480/C.IV.K.5-4, 2079-2080
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 2081-2082
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

ἀλλὰ τῶν ἀνωτάτω ὑπομένοντα † ἐπιθυμίᾳ, οὐχὶ † ἕξεως † τῆς μεγαλοφροσύνης, μανθάνοντες ὅτι τὸν χρώμενον φόβῳ φιλοσοφεῖν. Περιγενόμενος δὲ ὁ τὰ μεγαλοφρόνοντα, μὴ ἔτι τοῖς ἱερολάβοις, τεχνίταις, ἐξαμίνοις ἔργῳ, τοῦτο κατεπλουτίσαν ἀνελλῆς. ἀλλ' οὐτε δὲ † ἀνξάμενοι λαμβάνοντα † μιθῶν, ἀναγκάζεται πλουσιῶν τὸ ἔργον, ἢ ἀθθίνας † εἰλεῖν δεῖ συμβαίνοντα ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι, ἢ πάντας † ἐν † μὴ τὸ ἔργον, γινομένων ἐλαβίων, μὴ πάντες εἰν τοῦτο τὸ πάθος, πλουσίας τε λαμβάνειν, ἢ ἐκβαλεῖν δῶν † φέλεις, μὴ κωλύοντα ἢ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης. τὸ πάρ ἑτέρου ἀγχοῦν ἐκκαθαρεῖν. ὅπερ ἐγνωμένη πολλοῖς καὶ τῶν οἰκοδομούντων εἰκίας φοβεῖ † ἱερολάβων τεχνίτας ἵνα αὐτὸ τὸ πέλλον διαπιθέντων οἷς ἔξεστο ἱερολάβεσθαι, οὐδὲ ἑτέρους ἐξεστο ἔργα ἀναπτεροῦσι συγχωρεῖν, ἀλλὰ ἐκγαῖν ἀφόρετον ζημίαν ἐκτιθέναι τοῖς τοῖς εἰκίας κατακαλέζων μηχανομένων. Ο ἢ φιλοτιμήσας τὸ πάρ ἑτέρου ἀγχοῦν ἐκκαθαρεῖν δι' αὐτὸ τοῦτο, ἵνα ἕτερος ἐξεστο αὐτῷ τῆς φιλοτιμίας τῷ καθαλτοῦν τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκλιν.

Sequitur eadem Zenonis constitutio è Graeco in Latinum sermonem conuersa, quatenus per Graecas editiones (quæ deprauatissimæ sunt) licuit, per Antonium Contium.

III. Imperator Cæsar Zeno pius, victor, triumphator, Maximus, semper Augustus Adamantio præfecto urbis.

EX † quo pace frui cœpimus, & litibus, & exterorum bellis populos nostros eximere studentes, variis legibus condendis animum applicuimus: inter quas & hanc quoque referri voluimus dilucidè demonstrantes, & quæ ea magnificentia suggessit, & cautissimè omne ambiguum definientem. Non multum autem à ciuilibus verbis recessimus: sed vulgò notioribus vti maluimus: ita quicunque in eam inciderint, alterius interpretis non egeant auxilio ad proprium eius vsum. ¶ Ex relatione igitur magnitudinis ruæ cognouimus diuinam legem immortalis memoriæ patris nostri Leonis, quam super his posuit, qui in hac gloriosa ciuitate ædificare voluerint, quibuldam sui pareib. propter prauas interpretantium opiniones ambiguam esse. ¶ Et nos itaque præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non solùm veterem formã non excedant (sicut nec hi, qui nouas ædificant,) aut lumẽ, vel prospectum vicinis auferant, aduersus ea, quæ peidem constituta sunt: verùm etiam addimus quale ius is, qui ædificat, habere debeat, cùm facultatem habet ex pacto, vel stipulatione mutandæ, si velit, veteris formæ. Tunc enim sancimus, vt si pactum, vel stipulatio ædificanti suffragetur, liceat ipsi secundùm eum pacti, & stipulationis ædificare, etiamsi officere vicinis, quibus pactum aduersatur, ita ædificando videatur. Sed cùm nostra constitutio dicat duodecim pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificatuus est, inter propriam, & vicini domum, & PLVS, VEL MINVS ædificiat: quod magnam sanè ædificantibus securitatem præstat (nihil autem anceps, & varians apum est ad tollendam ambiguitatẽ) differtè ac perspicuè iubemus duodecim pedes * relinqui intermedios inter vtramque domum, incipientes à superposita fundamentis ædificij parte, eademque obstruatione perfeuerãte ad summum vsque altitudinis culmen, & ei qui hoc in posterum obstruuerit, licere domum in quantam voluerit altitudinem excitare, & attollere, & fenestras fabricare, tam quæ prospectiuæ dicuntur, quàm quæ luciferæ, secundùm diuinam constitutionem, siue nouam domum velit extruere, siue veterem instaurare, siue ex incendio collapsam exædificare: Nulla licentia ex hoc spacio concessa tollendi vicina directum & omni ex latere domus insolatum in mare prospectũ, quem domi stans, vel sedens habet: non autem detorquendi hunc ipsum prospectum, ita vt cogatur vicinus ex obliquo mare aspicere. Quod autẽ ad horros, † atque arbores attinet: nec aliquid in superioribus constitutionibus comprehensum est, nec de his hãc aliquid adderur: neque enim conuenit. Nulli autem licetat ædificanti domum iuxta compitum forsè, aut angiportum, vel plateam, duodecim pedibus latiorem * auferre partem plateæ, vel compiti, & propeio superaddere ædificio. Non enim quæ ad rempublicam pertinent, minuere, & ædificantibus diuidere volentes, duodecim pedum interuallum in medio domorum definiuimus: sed ne angustiora sint domorum interualla. Si autem maius sit spacium, manetat vetus distantia: non enim ea minui concedimus: sed seruari vebi propria iura. Si autem vetus ædificium secundùm veterem formam tale erat, vt minùs esset domorum abs se inuicem spacio duodecim pedum interuallum, ne liceat præter veterem formam in altitudinem ædificium erigere, vel fenestras facere, nisi decem pedes in medio intercedant: tunc enim prospectius † is, qui ædificabit, non poterit facere, nisi antẽ quoque fuerine, vt dictum est. Luciferas verò faciet vtique sex pedum seruato ab imo pauimento in altum interuallo: eo tamen non audente vllo modo facere id, quod vocatur pseudopatum, id est, falsum, aut fictitium tabulatum, aut pauimentum in ipso ædificio) & ita ab hoc pseudopato ad sex pedum altitudinem luciferas fenestras excitare, & sophisticè legem interpretari, & cauillari. Si enim hoc liceat, eueniet iterum vt luciferæ æquent prospectiuarum vtilitatem, & nihil distent à prospectiuis, & vicino nocent. Quod quidem fieri prohibemus, nullatenus competens ædificantibus, vel ex pacto, vel ex stipulatione ius tollentes, si quod tale prorsus competat. Insuper cum priore lege eustum sit, centum pedes altas domos combustas instaurare licere, etiamsi alteri prospectum in mare prohibeant: hanc etiam tollentes ambiguitatem constituimus hoc obtinere tam in his, quæ post conflagrationem renouatæ sunt, quàm quæ nunquam antea fuerunt, & nunc primùm extruuntur. Sed in his, quæ nullam ignis iniuriam sensesunt: vetustate autem, aut alia quacunque causa defecerunt, & in omnibus omnino domibus, quæ ædificantur, si centum pedum spacium relinquatur inter circumiacentia loca, omni impedimento cessante fiant ædificia, etiamsi illis domibus prospectum in mare adimant. Prospectum autem hunc liceat auferre à solis culinis, vel latrinis, vel secessibus, vel scalis, vel traiectibus ad sola diuerticula vicorum pertinentibus, vel basternis, quamuis & intra centum pedes velit quis ædificare, si modò tamen duodecim pedes in medio intercedant. Hæc autem obseruari volumus, quando nullum adest pactum, quod ædificare volentem adiuuet. Qui autem ex pacto vicini ædificant, intra definitum ab eis modum ædificent: tunc enim & eo non custodito spacio permittimus attollere ædificia, etiam si prospectum adimant iis, qui consenserunt, & pacti sunt, aut qui in eorum domos fuccesserunt: quandoquidem competentia iam quibuldam ex conuentione iura, per generalem auferri legem non oportet. Item illud etiam statuimus ne ea, quæ vocentur solaria, post hanc legem ex solis lignis, & tabulis construantur: sed ad eorum, quæ Romanensia dicuntur, modum, & figuram ædificentur, & inter duo solaria ex aduerso sese spectantia, decem pedes relinquantur: sin hoc præ loci angustia fieri non possit, tũc

solaria

† Obscure sta dicit ei hoc Mosis tabulas, & Hermenopolis, & Hermenopolis, & diuersa ex operibus vbi magni Iuris legis partes positae. Et mutatis, & re-ciuit hoc ius legis interpretationem vide in editione Dioey Godofredi.

* Lege ex sch. sufficiatur in ter vicinorum domos (partis domui prædi & digitis) interuallum Vetus & Hotoro l. 15. [illegible]

† apud Hermenopolis per minutiae hoc prudentiã interpretes interpretes. pedibus. Gor.

* Hermenopolitãi.

† Conspicillis vocat Hermenopoli interpretes.

480/C.IV.K.5-4, 2083-2084
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

* Cum dubitaretur.] Zenonis. sed vbi est.

¶ Hæc Zenonis constitut. extrinsecus, ex tandem prodiit in C. Leg. Iustin. edito anno Domini 1530. extat ea quoque in Græco in Scriptori noso lib. cuique denique nomen fit in Nou. 63. Cvtac.

b ¶ Mamentinus.] nos. sic ff. de offic. l. sancimus. & de appell. l. præcipimus. & ita hoc nisi dicere Hermopolitanus. c. 4. Cuia.

† Hæc verò mentio, sic enim appellari solitos Honoratiores Imperator Lucianus ait. & ita hoc nisi dicere Hermopolitanus. c. 4. Cuia.

DE NOVI OPERIS nunciatione.

Quidam habit hic rubricam de noui operis nunciatione, sed non est necessaria. sunt enim pertinentes hæc lex ad sequentem nouissimam. Et nat. quid hæc nunciatio sit videas modi, vt ff. de opc. noui nunc. l. de pupilla. §. mesuisille.

solaria fiat in παραστάσεσι, hoc est, vt se innicem : non ex aduerso, vel in παραλλήλοις respiciant, sed alternis, & ex obliquo, atque transuerso. Si verò spacium medium decem pedes nõ excedat, tunc nulla ex parte nec aduersa, nec transuersa licetat solaria, aut mœniana † fabricare. Quæ verò secundùm suprascriptam formã ædificabitur, iubemus alta esse ab imo solo pedes quindecim, & eorum quidem columnas lapideas, aut ligneas ita solo imponi iubemus, vt nõ ad cathetum, siue perpendiculum stent, sicuti nec muros, vt nec aër, qui est sub illis in superiore parte, vt dicti est, constituta solariis, obturetur, nec ex hoc angustior fiat angiportus, & publicam iter. Prohibemus autem & scalas à solo angiportus inchoare, & ad solaria ducere, ita vt tam ex impẽsa & præparatione firmiore, quã quõd nõ ita proxima sint inter se solaria, breuiores, & rariora, & extinctu faciliora ex ligne periculo ciuitati, & his, qui domos habent, imminent. Si autem contra nostram hanc legem fiat solarium, vel scala, non id solum, quod factum fuerit, deteriorabitur: sed etiam ædificij dominus decẽ auri librarum pœnã expectabit: & qui designauit architectus, aut qui opus recepit, alias decem auri libras persoluet: & qui fabricauerit artifex, si per inopiam non poterit pœnam soluere, corpore luens à ciuitate fiat exterris. Præterea iubemus nemini licere multas ex ordine collocatas columnas in publicis porticibus, & stationibus ab eo quod vocatur Milium *, vsque ad Capitolium obstruere ædificiis, vel solis etiam tabulis, vel aliis quibusuis rebus in medio columnarum extructis: sed ipsa quidem ædificia non excedant in latitudine pedes sex, comprehensis etiam parietibus platea versus: in altitudine verò pedes septem. Omnimodo autem volumus per quatuor columnarum ordines relinqui à porticibus ad plateas liberum iter: decorari quoque huiusmodi tabernacula, siue officinas exteriùs saltem marmore, vt & ciuitati sint decori, & transeuntibus voluptati. In reliquis autem ciuitatis regionibus extractas in mediis columnis officinas, pro vt vrbi esse visum, & quatenus, & quomodo existimauerit, extrui sancimus, omni æqualitate seruata, ne quod vni permittitur, cæteris prohibeatur. Et hoc quidem constituimus, vt ne calumniantium dolis, & machinationibus, quæ ut, & bonis viris periculi struatur. Multi enim ædificatoris, lites, non ex iniuria aliqua acceptæ sed per inuidiam subitraentes, intermissionum illis causam præbent, vt eum, qui iam cœperat ædificare, prohibirum, & opus imperfectum relinquere constum, & in ius tractum, pecuniam ad ædificationem repositam, litigando consumere cogant: & (quod omnium incommodissimum est) postquam victricem sententiam retulit, adhuc quasi indissolubilibus vinculis obligari contingit, dum appellationis prætextu fatales dies expectare cogitur, & ex hac frustratione, & ædificationis interruptione voluptatem capit eius aduersarius. Adiicimus itaque in eiusmodi casibus, vt si appellatio ab his, quæ ab arbitrio definita sunt, intercesserit, simul atque missa fuerit ad iudicem relatio, vel forma scripsis redacta, licere victori, & victo non obseruato legitimo appellationis introducendæ tẽpore, vnà cum aduersario, vel soli ad tuæ magnificentiæ tribunal accedere, & aduersario ex more vocato, si abfit, terminum rei controuersiæ facere: vt omni mora abscissa, legitimus litis finis imponatur, ne hyeme, si ita acciderit, præsente, vel imminente, dum longos appellationum dies statos expectare cogitur is, qui iniustè ab incepto ædificio prohibitus est, damna intolerabilia sustineat. Quod autem est proximum, si etiam quis in huiusmodi controuersiis appellare † voluerit conquerens de magnitudinis tuæ sententia, illicò eam, quam dicunt consultationem fieri iubemus: & dari tam victo, quàm victori, vt de more sententiam ipsam accuratiùs expendant in sacro nostro palatio, omni mora cessante. Nouerint autem quicunque ædificantes impedire præsumpserint, quòd si victi fuerint, & omne quodcunque contigerit damnum refarcient, & materiæ pretia, quam probabile erit corruptam, aut deterioratam esse inter hiam morat, rependent. Quod autem ad eos, qui iniustè ædificare tentauerint, attinet: & hi si victi fuerint, damna ei, qui ædificium prohibuerit, & causę ideò adesse coactus fuerit, refundent. Omnem autem huiusmodi controuersiam in solo magnitudinis tuæ iudicio decidi præcipimus: & neque vlli cuiquam illustrium magistratuum audire huiusmodi causas, neque ex hac causa litigantes, militiæ, vel fori præscriptione ad detrectandum iudicium vel sumptuũ, & damnoeum, quæ sententia gloriosissimi præfecti vrbis, aut ab ipso dati cognitoris continebuntur solutionem detrectandam permittimus: sed exactioni eos subiici volumus, qui ex decreto magnificentiæ tuæ victi fuerint, nemine ad hoc fori præscriptione vtente. Prouideat autem magnificẽtia tua, ne quis redemptorum, aut fabrorum, aut artificum opus à se inchoatum relinquat imperfectum: sed vt accepta mercede opus, quod incepit perficere cogatur: vel omne damnum, quod inde ædificare volens acceperit, & quidquid omnino dispendij sensit ex eo, quòd opus perfectum non fuerit, farciat. Si autem penuria laboret, qui ita deliquerit, fustibus cæsus ciuitate eiiciatur. Nullus autem iii perficere prohibeatur, quod ab altero cœpeum opus fuerit: quod præsumi cognouimus à quibusdam artificibus, vel redemptoribus, nec iis, quæ ipsi cœperint, finem imponentibus, nec alios id perficere sinentibus, atque inde damnum intolerabile inferentibus iis, qui domos suas fabricari cupiunt. Qui itaque hoc solo recusat opus perficere, quòd ab alio ante inchoatum sit, is eandem pœnam excipiat, quam is excipit, qui opus reliquit.

† Videtur legendum esse, Statiarium vt intelligatur hic illa sola, quæ in capite sunt Romani ad eadem statarii stata sunt, in quo locis omnes viæ Italiæ terminabantur, vt ex Plinio l. 3. c. 5. cum Ciceronis, Tacito lib. 29. edit. Cuia.

* Milium legendum esse, Statiarium vt intelligatur hic illa sola, quæ in capite sunt Romani ad eadem statarii stata sunt, in quo locis omnes viæ Italiæ terminabantur, vt ex Plinio l. 3. c. 5. cum Ciceronis Oratione, Tacito lib. 29. edit. Cuia.

† Hæc dicit liquet hoc. si à prædicto vbi appellatur, quod tamẽ aliquãdo prohibitum fuit: sed potest accipi pro appellatione. Cod. Theod. de appellat. l. 1. & C. de iur. qui propter mercem indicia ad appellant. Inter ex omnibus fuit prædicti vrbis authoritas quæ Prætoriorum. Sit legitimus hymnarius & ipse præf. urbi, legit. et. Cuia.

Codex.

† Hic dicit liquet hoc. si à prædicto vbi appellatur, quod tamẽ aliquãdo prohibitum fuit: sed potest accipi pro appellatione. Cod. Theod. de appellat. l. 1. & C. de iur. qui propter mercem indicia ad appellant. Inter ex omnibus fuit prædicti vrbis authoritas quæ Prætoriorum. Sit legitimus hymnarius & ipse præf. urbi, legit. et. Cuia.

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuanni P.P.

CVm dubitabatur vtrum constitutio Zenonis * * diuæ memoriæ ad Amantium † præfectum vrbi scripta, quæ de seruitutib. loquitur, localis esset, & huic florentissimæ vrbi dedicata, & deberet * illius quidẽ iura in hac obseruari, atque verò, quæ contraria sunt, locum habere in prouincia: indignum esse nostro tẽpore putantes aliud ius in hac regia ciuitate de huiusmodi obseruati, aliud apud nostros esse prouinciales: sancimus eandem constitutionem in omnibus vrbibus Romani imperij obtinere, & secundùm eius definitionem omnia procedere: & si quod ius ex ea lege innouatum est à vetere dispositione, hoc & in prouinciis à præsidibus earum obseruari: cæteris videlicet omnibus, quæ non per Zenonianam legem innouata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus b. Dat. Kal. Septem. Constantino, post consulat. Lampadij, & Orestis, VV. CC.

* quæ superiùs habetur. Cuia. † Legitimi. Cuia. * obtinere. Cuia.

* Hic Wrisius dicit in omnibus manuscriptis, vt hic non inuenerat. & à libraria erat. sum est. Cuia. Cdlegi deinde hæc vt prædicti de ad f. primo. Nec non hic fuit dus est vt qui despiciti nec Graci tam a gnoscit vt h. Cuia.

DE † NOVI OPERIS nunciatione.

TITVLVS XI.

480/C.IV.K.5-4, 2085-2086
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Si nunciatur noui operis sit paratus statim desuper suo docere, debet audiri, & de causa cognosci: & intra tres menses terminare: quibus peractis audatur aedificator, si offerat satisdationem de opere demoliendo. SALYC.

Imp. IVSTINIANVS A. Iuenali P.P.

DE operis noui nunciatione quidam antiquis ortâ fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas, dicentibus si quis denunciationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum, ex quo denunciatio missa est, iterum ædificationem prohibere *. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur: siue enim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediisse: siue rectè denunciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia urbe praefectû urbi festinare b: in prouincia verò rectorem eius intra trium mensium spacium causam dirimere c. Sin verò aliquod fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum d, licentiam habere eum, qui ædificationê depoperat, opus, de quo agitur efficere, prius fideiussore ab eo dato officio e vel iaciariæ praefecturæ, vel prouinciali, vel si non rectè ædificauerit, omne opus, quod post denunciationê fecerit, suis sumptibus destruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebûtur, & rectè denunciantib. consuletur. Dat. XII. Kal. Nou. Constanti. post consulatum Lupadij & Orestis VV. CC. ann. secund.

* Opus noui si nûciatur ad ius fit paratum, ædificio pli-dicatur. L. vetis satisdare.

d *Impedimenti.* intra tres menses. Sic ergo & ad annum fit paratum, etiam si nullus satisdet, nû tamen permittitur ædificare: nam & hic deperabat facere opus, & satisdare volebat: nû tamen permittitur nisi post tres menses, & si contra diuine plures leges, *§ de oper. no. nûciat. l. pater §. § quæ paratus. § hoc autem interdictû. & l. de pupillo. §. si u. omi. quibus*, & aliis plurib. distinxit quod ille, cui nunciatum est nouum opus, paratus b est satisdare, pro satisdato habetur, si nunciatur non recipit. Solu. dicunt hic quidam loqui eum denunciatio facta est per praetorem urbi per se. 2. secundi dicunt esse in arbitrio actoris fine satisdatio velit recipere satisfationem: vel non: et si recipere c, statim fit satisdatio remissa, & possit ille ædificare: et in contrario. Si d verò nolit recipere satisfationem: sic dicat fe in continenti paratum parere: est audiendus, & expectandus per tres menses: & postea si non probauerit, poterit ille ædificare: tamen satisdatione: & sic loquitur *hic*. & ad hoc est argum. *§. ut in pupillaribus l. si u. de quæstionibus. & §. ad Trebell. Lilla. de quæ. § l. & §. ad senatusc.* 4. Quæri distinguunt, possit ædificator locum in quo ædificat, an nû primo casu admittitur statim cum satisdatione, vel in contrario, in secundo non, vel hic. 3. Quinti distinguunt, sit ædificat in publico vel priuato, hic in publico, in contrario in priuato: statim satisdando posse ædificare: vt argumen. *d. l. pater. §. hoc autem interdictum.* Medium Iouin. & Hugo probant, secundum probat Azo.

b Potest fi vellem an habetur pro satisdato, si satisdatione non recepit.

c Remittere satisdationem videtur qui fatisdationem non recipit. Vide Bulg. *decisione 496.*

d Tac. T. legitur. *Nam & Papinian. & ad senatusc. Cornel.*

e Dato la c. *A. ædificio.*

f C. T. *de ædificio.*

g Gloss.

h Sic C. T. *de ædificio.*

APPEL. 10. Dyaus (vt refert Bart. in *l. pater sit §. si quis paratus*)

DE OPERIBVS PVBLICIS.†

TITVLVS XII.

SI apud prouinciæ præsidem suiam [a] filiæ tuæ quasi pœnitentia ductam subtracta instrumenta donationem igne exustiffe constiterit: vereri te non oportet ne id, quod iure vires acceperat, ex postfacto possit in dubium reuocari [b]. PP. III. Non. Maij Sirmij, Probo A. & Paulino Coss.

Donator rem donatam, & traditam vni, non potest donare alteri. BALD. Vel sic: *Sola pœnitentia donationem non reuocat. h. d. secundum* BART.

III. *Impp.* CARINVS, & NVMERIANVS AA. *Iuuenalio, & Felicio* †.

POssessionem, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex pœnitentia sola alienare non potuit * *. PP. II. Id. Ianuar. Carino II. & Numeriano AA. Coss.

Ad reuocandum factum proprium non admittitur propria fraudis allegatio. h. d. Vel sic: *Licèt aliàs factum in fraudem reuocetur: tamen ad pœnitentiam reuocari non admittitur allegatio turpitudinem suam.* BALD. Vel sic: *Non licet donatori allegare turpitudinem suam ad reuocandam donationem,* SALYCETVS.

† *Non ingratitudo sit causa fidelitas reducebit legitimam ad legitimationem, vt. de Romanis pagina 124.*

* *in scriptis in manuscript.*

† *Conuenit. 12. §. 1. cum enim.*

Donatio perfecta intelligitur, dupliciter, & perfectum, & perdito: non tamen traditione.

b Donationem, cum res donata traditur, conditio adhuc potest mutare tamen donatorem.

c Liberam, legendi est hoc loco. Donatorem cogi potest tam à filio quam donatum liberè: hoc est filius vlla coërcitione non conditione adstrictus.

d ¶ *Facta*, in filios fuerit tui.

Cuiusdam.

† *Concord. cap. ad nerum de donat.*

e v. *Baccardus in loco de appellationibus in princ. & an. §.*

* *qui.*

DE REVOCANDIS DONATIONIBVS.

Licèt sint perfecta donationes quandoque reuocantur, vt & iustis. con. §. fciendum. & idem de hoc dicit.

† *Ingratitudo sit causa fidelitas reducebit legitimam ad legitimationem, vt. de Romanis pagina 124.*

a ¶ *Ingratitudo sit causa fidelitas reducebit legitimam ad legitimationem, vt. de Romanis pagina 124.*

† *Concord. cap. super non. Vinctus in mu. in v. significauit. de rescript.*

* *inquietare.*

† *Felici.*

* *Similis 12. §. 1. cap. ff. cum. in fin.*

480/C.IV.K.5-4, 2291-2292
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

CVm.] CASVS. Vult quis reuocare quod dedit, eo prætextu, quòd dicit in fraudem creditorum donasse : an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quòd non.
a ¶ *Intelligis.* vnde non a audiris turpitudinem tuam allegando: vt & ff. *de transact. l. transactionem factam.* & *de reuo. his, quæ in fraud. cred. l. filius.*

sed in hoc, vt non sit transitoria, habet eius effectum : & facit ff. *eod. l. j. in fine.* & *§. eod. l. fin. in fin.*
i ¶ *De cæteris.* scilicet mulieribus.
k ¶ *Portentosæ.* id est meretricio more viuant.
l ¶ *Volumus.* nec enim amplius castitate debet habere [illegible]

IV. *Imp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. & CC. *Proculæ.*

CVm profitearis in fraudem te alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis a. Itaque si donationem perfecisti : eam reuocare non potes ex memorata allegatione sub obtentu pœnitentiæ. PP. Kalend. Aprilis Heracliæ, AA. Coss.

Donatio perfecta non rescinditur obtentu rescripti principis. BALD.

V. *Iidem AA. & CC. Epagatho.*

SI donationem ritè fecisti, hâc auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet b. S. V. Kal. Maij Heracliæ, AA. Coss.

Bona lex. Donatio perfecta per matrem vni ex filijs, marito, & alijs filijs absentibus, valet: nec propter absentiam eorum rescinditur. BALD.

VI. *Iidem AA. & CC. Herenniæ* *.

VElles, ne nunc filio tuo prædia, itémque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum c. Desine itaque postulare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur prætextu mariti d, & liberorum absentiæ : cùm huius firmitas ipsorum præsentia non indigeat. S. V. Kalend. Octobr. Viminacij, CC. Coss.

Lex optima. Mater, quæ donauit filio ingrato, potest reuocare donationem : nisi post mortem mariti viuat inhonestè, vel nubat secundò. sed si filius, antequàm sit ingratus, alienet in alium : tale alienatum mater obtentu ingratitudinis subsequentis non reuocat. BALD.

VII. *Imp.* CONSTANTINVS, & CONSTANTIVS † AA. *ad Philippum P. P.*

HIs solis matribus, quæ non in secundi matrimonij fœdus nupserint: sed vnius tantùm matrimonij sunt †, reuocandarum donationum, quas in filios decerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quicquid igitur is, qui à matre impietatis e arguitur, ex titulo donationis tenet, eo die f, quo controuersiæ qualecunque principium iussu iudicantis datur, matri cogatur reddere. Cæterùm ea, quæ anteà adhuc matre pacifica iure perfecta sunt, & ante inchoatum, cœptúmque iurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæterisque causis legitimè alienata : minimè reuocamus. Actionem g verò matris ita personalem esse volumus, vt vindicationis a tantum habeat effectum h : nec in heredem detur, nec tribuatur heredi : de cæteris i autem, quæ portentosæ k vilitatis, abiectæque pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus. Quis est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse : cùm etiam illis, quæ iure secundas tantùm contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegiis tributum esse velimus l? Dat. XII. Kalend. Octobr. Limenio, & Catulino Coss.

IN AVTHENTIC. de nupt. § [illegible] matrem tamen. collat. 4. constit. 1.

Ista authent. ponit tres casus, propter quos mater potest donationem reuocare. Et primus casus est, quando filius insidiatur eius vitæ. Secundus, quando flagellis eam afficit. Tertius, quando ponit insidias contra omnem facultatem maternam. BALD. Vel sic : *In tribus casibus matri secundò nubenti competit donati reuocatio.* SALYC.

QVod mater m filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, postquàm transit ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis. Prima, si vitæ eius insidiatur. Item si manus impias in eam intulerit. Tertia, si totius substantiæ molitus est iacturam.

Donatio facta liberto per patronum carentem liberis, ipso iure reuocatur nato posthumo. BALD. Vel sic : *Donatio quota bonorum propter carentiam liberorum, illis susceptis reuocatur. h. d.* Vel sic : *Donatio habet tacitam conditionem, si liberos non suscipit : ideò eis susceptis reuocatur. h. d. secundum* SALYC. *Et est notabilis, & singularis illa lex. vide c. fin. xvij. quæst. iiij.*

VIII. *Iidem* † AA. *ad Orphitum P. P.*

SI vnquam libertis patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & posteà susceperit liberos : totum, quicquid n largitus fuerat,

GLOSSA

SI donationem.] CASVS. Si donatio ritè facta est : talis donatio auctoritate rescripti imperialis non potest retractari.
b ¶ *Non oportet.* nam rescripta nō dantur, & data non valent rescripta, quæ ius alterius tollunt: vt & ff. *de rei vind. l. in rem [illegible]* & *de rescin. vend. l. de contractu.* & *de donat. ante nupt. l. cùm te.* & *de emanc. l. nec auus.*

VEllet.] CASVS. Mulier donationē in filiū factā vult reuocare eo prætextu, quòd dicat maritum, vel alios liberos præsentes non fuisse tempore donationis: an sit audienda, quæritur? Et dicitur quòd non.
c ¶ *Liberum.* sic b & ff. *de ac. & oblig. l. sicut.* & ff. *de donat. l. si quis argentum. § fin.*
d ¶ *Mariti.* sic * & ff. *de pollic. l. [illegible]* Sed contrà est in Lombardia, [illegible]

HIs solis.] CASVS. Mulier vult reuocare quod dedit filio suo : quia extitit sibi ingratus : an possit, quæritur? Et distinguitur : aut [illegible] ad secundum matrimonium, aut non. si conuolat, non reuocabitur : si non conuolat, reuocabitur. Si verò mater secundò non nupserit : sed aliàs meretricando fœdam vitam ducit : indistinctè non reuocabitur.
e ¶ *Impietatis.* d id est ingratitudinis.
f ¶ *Eo die.* facit ff. *ad exhiben. l. [illegible]*
g ¶ *Actionem.* scilicet in factum, vel condictionem ex lege, vel e sine causa, eam causa redeuntem ad non causam. Hæc quidem actio adeò est personalis f : id est non datur heredi, vel in heredem : sicut & rei vindicatio est personalis eo respectu, quia & ipsa nō datur heredi, vt heredi, vel in heredem : vt subiicit. & ff. *ad exhib. l. de [illegible]* Condictio autem actiones dantur ad reuocandam donationem. Item rei vindicatio vtilis : vt *hic.* & ff. *de donationib. causa mortis. l. si filiusfamilias. j. & l. si mortis. j. & l. quis mortis.*
ACCVRS.
a ¶ *Vindicationis.* id est vindictæ, siue vltionis : atque ita similis est actio iniuriarum, & de moribus actio, huic actioni. Vide scripta *lib. 4. obs. c. 19.* & *ad l. 9. ff. de condict. ob causam dat.* & *ad tit. ex delicto defunct. in quant. her. conuen.* CVIAC.
h ¶ *Effectum.* si hæc personalis habet effectum vindicationis : ergo videtur dari in extraneum possessorem : quod non placet:

in auth. de restit. & ea, quæ pa. § fin. collat. iiij. & ff. de donat. inter virum, & vxorem. l. ij. § j. Sed quid si post secundum matrimonium donet? Resp. nihil hic dicitur: nisi de ea donatione, quam prius fecit, & potest dici idem. Sed authentica, etiā secundò contrahenti mulieri tribus casibus permittit reuocare, quæ sequitur, *quod mater. &c.*

QVod mater.] CASVS. Lex Codicis dicit, quòd si mater conuolat ad secundas nuptias, vel sit aliàs meretrix, donationem reuocare non potest: authen. corrigit, dicēs, quòd potest reuocare in tribus casibus, si vitæ eius fuerit insidiatus, si eā verberauerit, si eam accusauerit, ratione cuius accusationis omnia bona sua poterant publicari.
m ¶ *Quod mater.* sumitur ex. coll. *de nupt. coll. iiij. § mater tamen.*
¶ Sed * an idem in patre secundam accipiente coniugem? Resp. non: tum quia non inuenitur mutatum : arg. ff. *de test. l. fancimus.* tum quia non sic facilè per secundam vxorem animum mutaret : sicut vxor per virum : vt *in cor. authen.*

SI vnquam.] CASVS. Si patronus carens liberis, libertis suis donauit omnia bona sua, vel partem bonorum suorum: posteà patronus suscepit liberos : numquid donatio illa in solidum reuocatur? Resp. quòd sic.
n ¶ *Quicquid.* Itemò videtur bonorū subsidium tantum b, vt ff. *de inoffic. donat. l. si totas.* quæ est cōtra. Solut. hic speciale est, cùm libertis est donatum : secus si cuilibet alij. Vel verius ibi quādo aliis filiis donatur ; quibus non totum debet auferri : hic cùm extraneo. Nam idem dicam, si cuilibet a extraneo donauerit : cùm non est verisimile alienas successiones suis anteponere. ff. *de fideicom. lib. l. cùm acutissimi.*

ADDITIO. Hanc legem limita non procedere in donatione remuneratoria : hoc est antidorali, quæ nō reuocatur ex superuenientia liberorum, si non excedat legitimum modum remunerationis : vt dicit Angel. hoc idem tenet Ludo. *in consilio suo* xxvij. incipiente, *pro decisione eorum, de quibus dubitabatur.* Et de pleniore intellectu istius l. vide pulchrè per Bart. *l. Titia Seio. in §. imperator autem. ff. de legat. 9. in versic. quare vtrum l. si vnquam. &c. vsque ad finem.*

[illegible marginal notes]

a ¶ Reuer

a ¶ *Renouetur*, ipso * iure: & sic vindicabit, vel cendicet possessiones omnes. ACCVRS.

DEVTERONOMIO.] CAEVTA. Si patre in filium emancipato, nepotem, pronepotem, &c. donationē fecerit: eam revocare non potest: nisi apparet eos esse ingratos aliquo genere ingratitudinis, quæ sequi posit. declaratur.

b ¶ *Donationes*, facit ad hoc L. ed. §. apud. & §. de donat. § fin. ACCVRS.

GENERALITER.] CAEVTA. Donatio legitimē facta, nisi in quibusdam casibus, qui in litera continentur, non revocatur: & hoc in primis. Si vero donator in vita sua non revocavit donationem, heres eam revocare non potest.

c ¶ *Lege confidetur*. id est ingratum.

d ¶ *Ingratitudine*. hoc fallit in casu[h], vt etiam ex ingratitudine non revocetur: quando filiam capere[i] & lacrimibus dat pro patrocinio: vt *ff. de de. l. si pater.* §. ſ. Vel ibi est ob causam donatio, quæ non revocatur.

e ¶ *Aliorum*, quæ * confidentiæ ex tribus: vt *Inſtit. de inter. §. aliorum.*

f ¶ *Inſtrue*. vulnerando. ACCVRS.

g ¶ *Sine*. licitet moles: id est magnitudo iactura.

h ¶ *Non tamen ſuſtinet ſubſtantia donatoris impetrat*. id est, non videtur lege Iulia alienatio inſpicientis.

i ¶ *Periculum*, ponendo eis insidias.

k ¶ *Paterni*. Ec ergo quinque sunt.

¶ Sed quid ſi donator inopes factus non * alatur? Potest dici eum ad hoc cogi, vel donationē revocari licet? nō enumeretur hic, *arg. ff. de li. ag. l. alimenta, in princ. & §. 1. & in auth. vt lib. de re. §. illud. col. vj. & ff. de inoff. pare. l. Aliam. & l. ingratus. eſt. & alibi* T. *eod. § conpetam.*

l ¶ *Iniuriam*. Sic & *Inſt. eod. tit. §. Iniuriam*. non enim indulgentia sua sibi nocere debet: vt *ff. ad Syllanianum. Lib. §. de fin. qui.*

m ¶ *Inſtituere*. vt & T. *eo. l. in fin. & l. ea lex ſi. & de caſtr. teſtamen. Lonabinde. & ff. ad Syllanianum. l. ſi. § fin. & l. de teſtat. mil. l. qua à patre.* ¶ Et ſic ſunt argumenta quōd fraudem[g] non est ad ſcotdum filio propter ſeloniā patris: ſed quasi tacitum[h] remissa ſeloniā patri videtur. ADDIT IO. Tu dicas de hoc vt per Bart. *in Lib. ff. de inter. & reſt.*

renertatur * in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione manſurum. Dat. V. Kalend. April. Arbitione & Lolliano Coss.

Donationes non revocantur propter ingratitudinem, niſi ex cauſis ingratitudinis lege contentis, & enumeratis. BALD. Vel ſic: *Donatio in liberos ſui iuris collata non revocatur, niſi ingratitudinis cauſa.* SALYC.

IX. *Imp.* THEODOS. & VALENT. AA. *ad Senatum. poſt alia.*

DONATIONES[b] circa filium, filiāmve nepotē, neptēmve, vel pronepotem, proneptēmve emancipatos celebratas, pater, vel auus, vel proauus revocare non poterit, niſi edoctis manifeſtiſſimis cauſis, quibus eam perſonam, in quam collata donatio eſt, contra ipſam venire pietatem, & ex cauſis, quæ legibus continentur, fuiſſe conſtabit ingratam. Dat. V. Id. Nouembris, Ravennæ, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Coss.

Certa ſunt cauſa, ex quibus perſecta donatio revocatur: & debent in iudicio probari dilucidis argumentis: & quod donator non revocat, ſed ſub filiorum pretextu, heres eius revocare non poteſt. BALD. Vel ſic: *Donatio revocatur ex quinque cauſis in hac lege inſertis. & non revocatur per defunctum non poteſt revocari per heredem. h. d. ſecundum* SALYC. *hac lex ſingularis, cui non eſt ſimilis in deliberatione conſorum. concordat cæpud ſin. extrā de donat.*

X. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano P. P.*

GENERALITER ſancimus, omnes donationes lege confectas[a], firmas, illibatāſque manere, ſi non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur[d], ita vt iniurias atroces[e] in eum effundat, vel manus impias inferat[f], vel iactūræ molem ex inſidiis ſuis ingerat, quæ ſi non leuem ſenſum ſubſtantiæ donatoris imponat[h], vel vitæ periculum[i] aliquod ei intulerit, vel quaſdam conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſitas, ſiue ſine ſcriptis habitas, quas donationis acceptor ſpopondit, minimē implere voluerit[k]. Ex his enim tantummodò cauſis, ſi fuerint in iudicium dilucidis argumēntis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus: ne ſit caiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem † irridere[l] donatoris, & ipſum iterum donatorem, ſuāſque res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Hoc tamen vſque ad primas perſonas tantummodò ſtare eſſemus, nulla licentia cōcēdenda donatoris ſucceſſoribus huiuſcemodi querimoniarum primordium inſtituere[m]. Etenim ſi ipſe, qui hoc paſſus eſt, tacuerit: filēium eius maneat ſemper: & non à poſteritate eius ſuſcitati cōcedatur, vel aduerſus eum, qui ingratus eſſe dicitur, vel aduerſus eius ſucceſſores. Dat. XV. Kal. April. Lampadio, & Orelle VV. CC. Coss.

DE DONATIONIBVS CAVSA MORTIS.

TITVLVS LVII.

Vtpotiores titulſ ſunt de donatione inter viuos, quæ ſi iam perfecta ſit, paniitentia nullo modo revocari poteſt, l. 1. 3. 4. T. tit. proxim. *Hic titulus de donatione cauſa mortis, quæ paniitentia revocari poteſt*, l. qui mortis cauſa. ff. eod. *ſicut donatio ob cauſam*, l. 3. §. 1. l. 8. procnium. *ff. de cond. cau. da. & donatio propter nuptias*, l. 1. & 2. *de pact. Revocatur etiam donatio cauſa mortis per fideicommiſſum*, l. 1. *& ſimile periculo, cuiuſ mortis fuiſſe donatio eſt. & mortis donatoriis, quæ modo vitæ donatore contingat*, l. non omnis. *ff. de reb. cred. Eſt autem datio voluntatis fideiuſſio, quæ conſiſtit in caſum mortis donatoris. nec aliis perfecta eſt inter viuos, quam ex conſenſu. Inſtitutione non eget: ſed teſtibus quinque, tanquam vltima voluntas*, l. 4. *cum tamen donatio inter viuos, quibus cauſis non requiriſ inſtitutione, ſcripta conuenia ſit à donatore ſubſcripta, nec requiratur vllus teſtis*, l. in donationib. T. de donat. *De Conſtitut. huius titulſ ſcriptſ in eadem Obſeruatione.* CVIAC.

Paliuro appoſitum, quod mortuo vno ex donatariis, cauſa mortis donatio reuertatur ad alterum, vulgo. h. d. vel melius: Pluribus donatariis expreſſe, quod vno ex donatariis cauſa mortis mortuo, res ad alterum reuertatur, vulgo, & ex ea oriur actio voluta ex teſtamento. BALD. Vel ſic: *In donatione cauſa mortis poteſt per fideicommiſſum ſubſtituti. h. d.* BALD. & SALYC.

I. *Imp.* ALEXAND. A. *Daphna.*

SI donatione[a] cōtinetur, vt altero defuncto, ad alterum portio eorum, quæ donabantur, pertineret: exiſtente conditione[b], ſi mortis cauſa donatio perficiebatur[c], fideicommiſſi actio[d] competit. PP. IV. Kal. Octobr. Maximo II. & Æliano Coss.

480/C.IV.K.5-4, 2295-2296
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

donatio, & l.ſi aliquid. Et ad hæc poſſet dici, perficiebatur: ſcilicet per ſtipulationem,& ad illas de legat.ij.quòd fideicommiſſum erat ibi, non ſimpliciter donatio cauſa mortis: & ad illam *Iuſt.eod.§.j.aſt ſunt.* Sed primam opinionem approba per *l.ff. de dote prælegat.l.Seia.* ACCVRS.

INſtituta.] CARVS. Vxor filij mei habens quinquaginta in bonis, mortuo filio meo consolabar ad ſecundas nuptias: & illa ſecundo marito dedit in dotē,& ſtipulatus eſt frater ſuus, ea ſibi ſoluto matrimonio promittente ex donatione cauſa mortis: inſtituta cōnſilij, qualiter heredi ſuo, puta nepti meæ, conſuli debeat, quæritur? Et reſp. quòd detrahet Falcidiam de prædicta donatione.

a ¶ *Quondam.* Not. quòd dicit, *quondam.*

b ¶ *Quandoque.* id eſt quandocunque.

c ¶ *Seueri.* Poſt hanc Seueri conſtitutionem Iuriſconſulti plerique cenſuerunt eandem eſſe effectum legatorum, & donat.cauſa mortis per omnia, *l.1.§.1. de mort. cauſ.donat. l.Marcellus. l.ſi debitor illud.* [illegible] Idem poſt confirm. Iuſt. *in l.vlt.§. hoc tit.* Vide ſcripta ad *rubr.de leg.2.* CVIAC.

d ¶ *Prouiſum ſit.* Detrahitur* ergo Falcidia de donatione cauſa mortis: vt & *ff.ad leg.Falc. l.in donationibus.* Sed contrà *ff.ad leg.Falc.l.j.§.item ſi ita.* Solut. illud euenit propter culpam heredis adhibentis moram. Alij dicunt quòd illud in[b] mortis cauſa capione, ex qua non detrahitur Falcidia ſecundum eos quod non placet: vt dicimus *ff.ad leg.Falcid.l.ſi mortis.*

d ¶ *Is qui.* id eſt nepis, quæ nurui, &c. & facit *ff. de inoff. don. l.ſi mater.*

NEc.] CARVS. Mortis cauſa fratris foror dedit mihi fundum, an poſſit reuocare, quæritur? Et dicitur quòd non.

e ¶ *Seueri.* ſcilicet donanti. ¶ Pro ſua[c] ergo, & pro aliena morte poteſt donari: vt *hic.* & *ff.eod.l.qui præ[t]ia.in fin.* & *l.mortis cauſa filiꝰ.* & *l.mortis cauſa capimus,* & hæc[d] confirmatur morte eius, cuius cauſa donatur. ¶ Sed ſi filius patre permittente donet, (quod poteſt*: vt *ff.de donat.l.ſi filiusfam. in fin.* & *ff.eod.l.tam is. §.filius.*) an vtriuſque[f] morte exigatur quòd vi-

* *alij cer.*

a Falcidia detrahitur ex mortis cauſa donatione: vt hic, gloſſ. [illegible]
b Falcidia an, & quomodo locum habeat in mortis cauſa capione, vide gloſſ. & ibi Bartol. [illegible]
† adde Guid. Pap. [illegible]
c Donatio poteſt fieri pro ſua & aliena morte.
d Donatio mortis alienæ cauſa cōfirmatur eius morte, cuius cauſa donatum eſt: ſimile eſt gloſ. [illegible]
e Donare mortis cauſa filius patre permittente poteſt.
f Donatio mortis cauſa facta à filio, patre permittente, morte filij confirmatur: vt hic in fin. gloſſ. [illegible]

Pulcher caſus. Mater hic ex primo marito habeat filios, dotem ſuam recuperat, & alij nubere poteſt: ſed ſi fratri extraneum hanc dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis, ea mortua donatio reuocatur vſque ad debitum bonorum ſubſidium: niſi in reſiduo patrimonio inueniatur debitum bonorum ſubſidium. BALD. Vel ſic: *Matri inteſtata ſuccedit filia: non tamen poteſt venire contra pacta inita, quando ſecundo viro dotem dedit, & de donatione cauſa mortis detrahitur Falcidia.* SALYC.

II. *Imp.* GORDIANVS *A. Zelæ.*

INſtituta mortua quondam[a] nuru tua, neptis tua, quæ ex ea, filióque tuo quæſita eſt, quandoque[b] poteſt ad eius venire ſucceſſionem: nec tamen ea poſt mortem filij tui, ex quo quæſierat filiam, alij nuptui ſe collocādo, dotem dans prohibeatur, quam velit conditionem eidem doti dicere*. Sed ſi mortis cauſa donationem in fratrem ſuum conferens, in caſum mortis ſuæ eam dotem eundem fratrē ſuum ſtipulari paſſa eſt: cùm diui Seueri[c] cōſtitutione etiā in mortis cauſa donationibus, ſi de cætero patrimonio, quantum Falcidia iubet, heres nō habet, prouiſum ſit[c]: is, qui[d] nurui tuæ heres extiterit, eius conſtitutionis beneficium non prohibetur poſtulare. PP.X. Kalend. Febr. Gordiano A.& Auiola Coss.

Pro morte non ſolùm ſua: ſed alterius (puta fratris) poteſt quis cauſa mortis donare. BALD. Vel ſic: *Etiam ex cauſa alienæ mortis poteſt donatio: nec ſolus donator poteſt reuocare.* SALYC.

III. *Imp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. & CC. *Herodi.*

NEc fratris ſui mortis cauſa rectè factam donationem forori[e] reſcindere licet. S. III. Kalend. Ianu. Sirmij, AA. Coss.

Donatio cauſa mortis æquiparatur legatis, & non † requirit inſinuationem, tamen requiruntur quinque teſtes: ſaluo, quòd inter liberos ſufficiunt duo teſtes: ſicut in vltimis voluntatibus. BALD. Vel ſic: *Donatio cauſa mortis poteſt fieri ſine inſinuatione, cuiuſcunque ſit ſummæ: dum tamen fiat in præſentia quinque teſtium, vt non ſit diſſimilis vltimæ voluntati.* SALYC.

IV. *Imp.* IVSTINIANVS *A. Iuliano P.P.*

CVm de mortis cauſa donatione dubitabatur, & alij quidem inter vltimas volūtates eam poſuerant,& legatis aggregandam eſſe cenſuerunt[g]: alij autem inter donationes, quę inter viuos conſiſtunt, eam poſuerunt: dubitatione eorum exploſa, ſancimus omnes mortis cauſa donationes, ſiue iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, ſiue lōgiore cogitatione mortis ſubſecutæ ſunt, actis minimè indigere[f]: neque expectare publicarum perſonarum præſentiam, & ea, quæ ſuper huiuſmodi monumentis ſolent adhiberi: ſed ita res procedat, vt ſi quinque teſtibus[g] præſentibus, vel in ſcriptis, vel ſine litterarum ſuppoſitione aliquis voluerit mortis cauſa donationem facere: & ſine monumentorum acceſſione res geſta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc, quòd ei geſta non acceſſerunt, inefficax eſſe, atque inutilis videatur, & omnes effectus[h] ſortiatur, quos vltimæ habent liberalitates[γ]: neque ex quacunque parte abſimilis [eis] intelligatur. Dat. Kal. Septembr. Conſtantinop. Lampadio, & Oreſt. VV.CC. Coss.

DE INFIRMANDIS pœnis cœlibatus, & orbitatis, & [de] decimariis ſublatis.

TITVLVS LVIII.

POſt etiam rectè hic titulus refertur ad mortis cauſa donationes, quæ ſi confirmantur in eum, quem lex Iulia, & Papia prohibet capere, velut cœlibem, aut orbum, ex SC. in eodem cauſa ſunt, qua legata ei relicta eſſent. l.Senatus.ff. de mor.cau.don. quod congruit omnino cum ſue tituli ſuperiore, quo generaliter conſtituitur mortis cauſa donationes legatorum inſtar obtinere. Et, vt ex Vlp. intelligere licet lib. Reg. tit.16. 17. 22. & Sozomeno 1. cap. 9 prohibuit lex Iulia, & Papia cœlibem quidquam capere ex alicuius teſtamento niſi poſt mortem teſtatoris intra C. dies matrimonium contraheret, præterquam ex teſtamento cognatorum, vt ſpinter, vſque ad ſextum gradum, ad quem vſque etiam, qui inter ſe contrahunt matrimonium, ex eadē lege ſolidi capacitatem habent, & præter ab inteſtato bonorum poſſeſſ. Orbum autem liberis lex voluit eorum, quæ ſibi teſtamento relinquerentur, non capere plus, quàm ſemiſſem, altero ſemiſſe multaris cœlibem eſſe & ſemiſſem aſſeriatur ſiſco cedere. Maius eſt cœlibatus, quàm orbitatis pœna: quia matrimonium contrahere in poteſtate noſtra eſt, liberos ſuſcipere non eſt in nobis, ſed in maieſtatis prouidentia, & eodem Vlp. auctore in orbo maſculo lex definiuit ætatem XXV. ann. in fœmina XX. vt qui ea ætate eſſet ſine liberis, orbitarum ſemiſſe mulctaretur. Vnde cùm Sozomenus ſcribat in cœlibe maſculo eam legem definiſſe ætatem XXV. ann. qua cœlebs, vel eſſet ius capiendi non haberet, præſumo fœmina etiam cœlibi fuiſſe præſcriptam ætatem XX. ann. Ea enim lex tam fœminas coërcebat, quàm mares cœlibes, & orbas, vt & Dio ſcribit LIV. eam legem graues pœnas irrogaſſe [illegible] & ita eſſe argumentum præſtat l.3. huius tituli, quæ his pœnis liberat vtrumque ſexum, de quibus eſt intelligenda l.ſi is, qui heres. ff.de vulg. ſubſt. & in orbo pœnæda ſpeties. l.[illegible] ff.de leg.2. l.cogi §.hi, qui ſolidum.ff.ad Trebell. & ſimilib. De his pœnis procul dubio Vlp. tractauerat eod. lib. tit. de cœlibe, orbo, & ſolitario patre, vbi ſolitarium patrem vocat, qui vnicum & ſolum filium habet, [illegible], vt Aquila loquitur, qui orbitatis quidem pœnam non ſuſtinebat, ſed ferrè leniorem, aut certè tanta præmia non habebat, quanta pater plurium liberorum. Mittam loca ex Iuuenale, Tacito, Panegyrico Maximiano & Conſtantino dicto, Ambroſio, Tertulliano, quæ in hanc rem proferre poſſem, & Tertulliani vnum tantùm locum ſatis obſcurum explicare conabor, quo ait, Seuerum Imp. leges Papias exclaſiſſe, quæ ante liberos ſuſcipi cogebant, quā Iulia matrimo

donentur: *ff.de don.inter vir. & vxor. l.cùm hic ſtatus. §.non ſolùm, & ff. de don.inter vir. & vxo. l.donatio. & l.ſi vir pro[illegible].* Sed magis puto ſolius filij morte confirmari. ACCVRS.

CVm de.] CARVS. Olim dubitabatur an donatio cauſa mortis eſſet donatio inter viuos, an eſſet legatum: dicit imperator, quòd per omnia ſimilitudinē habet cum legatis: nec eſt neceſſaria inſinuatio: dum tamen quinque teſtes adhibeantur.

β ¶ *Cenſuerunt.* In d.l.1. §.1. & l. *Marcellus,* & *ſi debitor.* & *l.illud.* CVIAC.

f ¶ *Indigere*[a]. per hoc differt à donatione inter viuos. Sed quid ſi dubium eſt, an ſit inter viuos, vel cauſa mortis? Reſp. præſumitur inter viuos, niſi contrà probetur: vt *ff.eod. l.ſeruus.* [illegible] *& de dot. prælegat. l.Seia.* licèt quidam diſtinguant an ſiat prope mortem, vel non.

g ¶ *Quinque teſtibus*[b]. qui ad minus in qualibet vltima voluntate exiguntur: vt *ff. de codicill.l.fin.*

h ¶ *Effectus.* ſubaudi, ſiue quod eſt *Inſtit.eod. §.j.* nam differt in quibuſdam. Primò: quia pro donatione cauſa mortis non datur interdictum quorum legatorum: ſed pro legato ſic: vt *ff.quorum leg.l.j. §.j.* & *§.ſi quis in morte.* licèt litera Py. ibi dicat contra. Item in aliis [illegible] *eod.§.j.*

γ ¶ *Liberalitates.* id eſt legata. Vide *l.1.ff.hic.* & *ibi not.* Ergo donationes cauſa mortis inſtar ſūt legatorum: ſcilicet teſtamento facto. *l.*[illegible] *ff. leg.praeſt.* CVIAC.

a Et ita abrogata [illegible] *de donat.* [illegible] *ex parte, quo* [illegible] *ad donationis cauſa mortis.*

b Cont. [illegible] *gloſſ. ſuper* [illegible] *ante de teſt.*

DE INFIRMANDIS pœnis,&c.

480/C.IV.K.5-4, 2297-2298
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Olim viri cœlibes, vel mulieres, viriue orbata, capere non poterant ex mortis causa donationes: hodie sic. SALYC.

1. *Impp.* CONSTANTIN. CONSTANT. & CONSTANS AAA. *ad populum.*

VT iure veteri cœlibes a habebatur, imminentibus legum †rerribus liberentur *: atque ita viuant, ac si numero maritorum matrimonij fœdere fulciantur: atque omnibus æqua cõditio capessendi, quod quisque mereatur b. Nec verò quisquã orbus c habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem & circa fœminas existimamus, earumque ceruicibus impositis iuris imperia, velut quædam iuga, soluimus promiscuè omnibus d. Dat. Kal. Aprill. Romę, Constantio II. & Constante AA. Coss.

Ista lex declarat primam: quia declarat statuti legis Papia. & l. d. Olim eiat, quod vir relinquebat vxori liberos non habenti, decima debebatur fisco, & nonnisi quod hodie per hanc legem corrigitur. SALYC.

11. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Isidoro p. v.*

INter virum e, & vxorem ratione cessare ex lege Papia † decimarum f: & quatenus non intercedant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi forte lex alia g imminuerit derelicta) decernimus. Tantùm igitur posthac maritus, vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstitis amor h exegerit. Dat. PP. Non. Septembr. Varana * Cos.

Ista lex declarat primam: quia declarat statuti legis Papia. & l. d. Olim eiat, quod vir relinquebat vxori liberos non habenti, decima debebatur fisco, & nonnisi quod hodie per hanc legem corrigitur. SALYC.

11. *Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Isidoro p. v.*

INter virum *, & vxorem ratione cessare ex lege Papia † decimarum ß: & quatenus non intercedant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi forte lex alia γ imminuerit derelicta) decernimus. Tantùm igitur posthac maritus, vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstitis amor δ exegerit. Dat. PP. Non. Septembr. Varana * Cos.

a ¶ *Iure veteri cœlibes.* De horum pœna est *tit. 15. in frag. Vlp.* CVIAC.

b ¶ *Liberentur.* Iubendi ab immoderatibus, &c.

c ¶ *Mereatur,* nam alia causa esse potest, vt quia non est capax.

d ¶ *Orbus.* id est orbatus vxore, vel filiis. Acc.

e ¶ *Omnibus.* scilicet fœminis, & viris.

† Legem Papiam, & Poppæam intelligit: quia magnus eorum fauorem.

f ¶ *Inter virum.* Statuit lex Papia, vt decima esset, quod relinquebatur à viro vxori, & contrà, dummodo fisco, si non essent liberi ex eo matrimonio: quod hic corrigitur.

β ¶ *Ex l. Papia decimarum.* De quibus est *tit. 15. frag. Vlp.* CVIAC.

γ ¶ *Lex alia.* puta Falcidia: vel aliàs non fit capax.

g ¶ *Amor.* passionem est.

h ¶ *Amor.* passionem est.

DE IVRE LIBERORVM.

Dicit de iure, quod habetur in filios iure potestatis: nunc quod habetur iure successionis à patre: vt in l. 1. *vel in matre,* vt in l. 2.

NEmo.] CASTR. Olim & pater volebat succedere filio mancipato, oportebat quod hoc à principe impetrare: hodie fœcundis & hoc non impetrato poterit pater succedere.

ε ¶ *Nemo.* Impp. non dicunt se iuratum, aut quatuor liberorũ dare: aliosque superstites esse sequens Iustin. confirmq. l. 2. j. Itaque hic coniugibus ius liberorũ datur: etiamsi liberos non habeant: scilicet vt inter eos sit testamenti factio. Vide scripta ad *lib. 1. d. frag. Vlp.* CVIAC.

h ¶ *Ius liberorum.* scilicet vt eros habeat in potestate. Vel melius, vt eis emancipatis succedat: quoniam hoc iam eis concessum est. Primum est *Inst. de pat. pot. §. sive autem.* Secundum *Inst. de leg. ag. succ. §. fin. & facit l. de thesaur. l. j. lib. 10. & in auth. vt filius, de exhere. §. sanciimus. col. vj. & §. ad monet. l. j. & l. auth. ne l. cum interdiffe.* ACCVRS.

I (Liam.) CASTR. Olim non poterat mater succedere filio, nisi tres liberos peperisset, si esset ingenua: vel quatuor, si esset libertina: quod hodie non habet locum.

ι ¶ *Intuitum.* concedit *Inst. ad Tertyllianum. §. Sed nos constitutionem.* ACCVRS.

† Subandi conditione generaliter concessa, ius liberorum est coniugum sine liberis iuuat pro loco pignorũ hereditatis alterng conferrigatio dicitur esse definit. Iubetur, prout hactenus dex vlp. fag. tit. de fideic. capacitate.

† al. Varana.

DE IVRE LIBERORVM.

TITVLVS LIX.

QVàm apte cohæreat hic titulus superiori, ex eo apparet, quod l. 1. *de pœnis l. vl. de lib. fugientis, vt probant Iustinianus, & subscriptiones, & quod ex lege Papia, de qua in d. l. vl. vtin vir, & vxor inter se solidum capere poterant: si vnum filium superstitem habebant, vel si eum paberem amisisse: quoniam satis erat eum educasse vsque ad pubertatem, & cætera, quæ Vlp. exquirit tit. 16. Item solidum inter se capere poterant, qui nepos habuerat, neque amisisset liberos, si solatio prestitus ius liberorum à principe impetrasset: ut scilicet liberorum, quos sufficiunt octimanda capacitati ipsis, & hoc impetrarit etiam habet maritus ius succedendi filio ab intestato ex SC. Tertylliano, l. 7. Cod. Theod. de leg. hered. l. 8. Cod. Theod. de bon. proscr. l. 9. Cod. Theod. de infirm. bis, quæ sub tyr. & No. Valentiniani de test. de l. 1. ius liberorum concedit vltro, & generaliter omnibus etiam non potentibus, vt solidi capere possint coniuges inter se, & l. 2. vt mater succedat filio ex S.C. Tertyllano.* CVIAC.

Olim quando pater emancipabat filium, imperabat à principe ius liberorum, hodie non est necesse: quia remanet ei saluum. BALD. Vel sic: *Non est precibus imperandum, quod à iure communi reperitur concessum.* SALYC.

1. *Impp.* HONORIVS, & THEOD. AA. *Isidoro p. v.*

IMO] y pollicit à matre iura liberorum † petat: quod simul hac lege omnibus concedimus. Dat. PP. Nonis Septembr. Varana Cos.

† pater l. vlt. §. 1. pro. quia idem dict., & Cont.

Mater succedit filio per Tertyllianum. BALD. Vel sic: *Mater filio succedit, licet quatuor non peperit.* SALYC.

11. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Menna p. v.*

ILlam iniuriam ι, quæ contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro iustitiæ ratione amputamus: & legitima iura, quæ ex Tertylliano Senatusconsulto ei præstantur, omnimodò ea habere sancimus: licèt tres liberos ingenuos, vel libertina quatuor minimè peperierit. Dat. Kal. Iun. Constantinop. *ipso* A. II. Cos.

DE

480/C.IV.K.5-4, 2299-2300
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

DE HIS, QVI ACCVSARE NON POSSVNT.

De ciuilibus quæstionibus dixit, nunc de criminalibus[a] in quibus accusatores sunt necessarij: quare de his præmittit. Et dic quòd regulariter[b] quilibet potest accusare, qui non prohibetur: vt Instit. de pub. iud. in princ. *Prohibetur autem mulier:* vt ℑ. eo. l. de crimine. *Item accusatus suum accusatorem:* vt ℑ. eo. l. neganda. *Item alio nomine:* vt ℑ. eod. l. ij. *Item qui renunciauit expresse:* vt ℑ. eod. l. accusationem. *Vel tacitè:* vt ℑ. eo. l. si ea. *Item frater fratrem:* vt ℑ. eod. l. si magnum. *Infamis:* vt ℑ. eod. l. criminis. *Qui duas habet accusationes, prohibetur à tertia:* vt ℑ. eod. l. cùm rationibus. *Vel alumnus:* vt ℑ. l. iniquum. *Serui, familiares, liberti:* vt ℑ. eod. l. pen. & fin. *Item milites:* vt ℑ. eo. l. non prohibentur. *Item pupillus, & qui habet merum imperium, & qui accepit pretium ad accusandum, vel non accusandum alium. Item qui falsum alibi dedit testimonium. Et pauper:* vt ff. de accus. l. qui accusare. & l. seq. *Et socius socium eiusdem criminis non accusat:* vt ℑ. de his qui accus. l. si [illegible]. *Prædicti regulariter prohibentur: sed casualiter admittuntur:* vt *in singulis legibus inuenitur.*

Præs. Diuiditur in duas partes. In prima loquitur de ordine iudicij, in secunda de effectu pronunciationis. secunda ibi: *Et tunc ex euentu.* BALD.

CASVS. Accusabam te actione iniuriarũ: quia seruum meum verberasti die dominico: tunc accusasti me, quia eundem seruum meum occidisses die sabbati præcedenti, lege Corn. de sicar. quæ accusatio præferri debeat, quæritur? Et resp. quòd tua, & si contra me fuerit sententia lata, non admittar ad accusationem meã, si non admittendus sum.

a ¶ *Prius.* [illegible] de ordine quæras: & dic quòd te iniuriarum accusabam prius: tu me postea accusabas leg. Cornel. de sicar.

a ¶ *Prius.* Et ordine iudiciorum. oppo. l. 1. ff. de publ. iudic. ibi vide sol. CVIAC.

[a] Qui ad similitudinẽ ciuilium [illegible] quam [illegible] ex [illegible] Azo. Instit. de accusatio. & Accusatio est multis [illegible].
[b] Dividu.

† Conf. [illegible] cap. [illegible].

* Vide Cuiac. [illegible] Alciatum [illegible].

CODICIS D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS ex repetita prælectione

LIBER NONVS.

DE HIS, QVI ACCVSARE NON POSSVNT†.

TITVLVS I.

POST ciuiles actiones dantur criminales, quæ propriè accusationes dicuntur. Vt verò lib. VI. & Digestorum XXXVIII. priùs egit de his, qui testamenta facere non possunt: quàm de testamentis [illegible] hoc libro primùm agit de his, qui accusare non possunt, deinde de accusationibus: qui non est quidem ille ordo dicendi, secundum quem priùs de re, quàm de circumstantijs dicendum est; sed est ordo respondendi de iure. & in foro exercendorum iudiciorum, vt priùs quæratur de personis, quàm de negotio, & solennitatibus iuris. l. 4. ff. qui test. fac. poss. l. [illegible] ff. de iur. cod. Et hoc verò in hoc tit. ostenditur accusare non posse: primùm qui in reatu sunt: quia neque alium quempiam, nisi suam, vel suorum iniuriam persequantur, neque accusatorem suum, ex crimine cuius relatione neque releuantur ipsi, neque onerant, & pœnæ subijciunt accusatorem suũ, accusare possunt. Item alio quidem pupillo, vel adolescentis nomine neminem accusare posse: sed suo tantùm de professo, & communem. Item accusare eum non posse, qui non edidit libellum inscriptionis, quod est accusatori periculum calumniæ, vt iudici libellus, ex quo sententiam recitat, periculum famæ, & existimationis. Item qui post inscriptionem non fecit [illegible] se perseueraturum in crimine vsque ad sententiam. Inscriptionem, & delationem accusationis, & litis contestationem, & vocatione in ius esse priorem. Mulierem quoque, & militem accusare non posse: nisi suam, suorumve iniuriam persequantur, quo casu mulier ex SC. non sine inscriptione admittitur propter fragilitatem, temeritatemque naturæ, miles non nisi cum inscriptione. Item qui ab accusatione destitit, & alium ferè quemcunque infamem accusare non posse, nisi suâ, suorúmve iniuriam persequatur: familiares, libertos, seruos dominũ suum criminaliter accusare non posse, nec si suam iniuriã persequantur. Eum, qui duos reos delatos habet, tertiũ deferre, & accusare nõ posse, nisi propria iniuria causa. Fratrẽ à fratre grauiori crimine accusari non posse, nisi alter vitæ fecisse dicatur insidias. CVIAC.

Quando duo crimina intentãtur, quorũ vnũ est præiudiciale ad aliud, super grauiori proceditur. BART. Vel sic: *Super maiori causa priùs est procedendum, quàm super minori: & sententia absolutoria lata in maiori, nõ præiudicat in minori: secus in condemnatoria, h. d.* Vel sic: *Si accusatio secũda est maior, quàm prima, & præiudicialis: priùs debet procedi in secunda, & priùs definiri secunda, quàm prima: & absolutoria lata super secunda, poterit procedi in prima: sed condemnatoria lata in secunda, est eo ipso impositum super prima silentium.* BALD.

I. Impp. SEVERVS, & ANTONINVS AA. Syluano.

PRIVS* † a est, vt criminib. quæ tibi, vt grauiora[b] ab aduersario tuo obijciuntur*, cædis, atque vulnerũ, respondeas[c]: & tunc ex euentu[d] causæ iudex æstimabit an tibi permittẽdum sit eundem accusare, tametsi[e] prior inscriptionem[f] deposuisti. PP. Id. Mart. Tertullo, & Clemente Coss.

Tutor & curator prohibetur pupilli, vel adulti posse de falso proprio nomine, nõ alieno accusare: nec punitur non probando, nisi de calumnia euidenti, h. d. secũdum gl. BALD. Vel sic: *Tutor sine metu calumniæ pœnarum potest instrumenta contra pupillũ producta de falso accusare: sed proprio nomine debet se inscribere.* SALYC.

II. Imp. ANTON. A. Eugenio.

SI cautiones[g], quibus Secundinus[h] solutam Eugenio[i] pecuniam probare se dicit, tutores, vel curatores tui suspectas, vt falsas habent: proprio nomine (&cùm non liceat alieno[k])

b ¶ *Vt grauiora.* sic & ℑ. de adult. l. adulterij. & l. quoniam. & ℑ. de ord. iud. l. fin. In pari enim, vel minori secus: vt dicit ℑ. eod. l. neganda. Sed certè imò de pari idem videtur: vt ℑ. de calumn. l. j. quę est contra. Quòd autem par sit, patet: quia par imponitur pœna: vt ℑ. eo. tit. j. l. accusationis. Sed dic quòd illud non fit per accusationem, sed per iudicis officium, admonitione facta ab accusato ipsi iudici: sic & ff. de bon. lib. l. qui cùm maior. §. si libertus.

c ¶ *Respondeas.* hoc si nomen aduersarij tui non sit receptum inter reos: vt ff. de adult. l. j. §. si extraneus. & l. si maritus. §. præscriptione.

d ¶ *Ex euentu.* scilicet vt si fuerit condemnatus, nõ accusetur: aliàs [illegible] enim aliter expedi potest. ¶ Sed secundum hoc est contra ff. de pub. iud. l. si. qui in fin. vbi etiam damnatos perstitit in accusatione prima. Sol. ibi persequitur suam, vel suorum iniuriam: hic non. hoc non placet: quia & si non cœpisset, posset de nouo accusare: vt ff. de accus. l. qui iudicio. 1. Alij, quòd ibi inceptũ contra extraneum, contra quem non fuerat in aliquo calumniatus: hic contra accusatorem, cui commisit calumniã: quod patet, quia succubuit: vnde ibi auditur, hic non: arg. ff. de accus. l. si cui. §. qui. 3. Tertij, quòd si tumultus non potest aliàs sedari, auditur: vt ibi, aliàs non: vt hic. arg. ff. ad leg. Corn. de sic. l. pen. 4. Vel aliter si apparuit te calumniatum esse, nõ admitteris: aliàs sic. quod non placet: quia non propter euentũ, sed propter calumniã tuam remouetur. 5. Vel dic quinto secundùm Azo. quòd hic erat tale crimen obiectũ accusanti, quo probato potuit intendi non potest: vt cõuenichat me criminaliter de furto serui sui subrepti certa die, vel quòd verberaueram eũ seruum tuũ[e]: ego cum te accuso, quòd ipse præcedenti die occiderit eum. hæc & secũda placent. Dicerant & alij, quòd ibi erat sic contestata, ex eo, quòd dicit, inchoata: hic tantùm libellus inscriptionis datus. ¶ Sed secundũ sol. secundam nonne damnatus est infamia: vt ff. de publ. iud. l. infamem. ergo nõ potest accusare: vt ff. de acc. l. qui accusare. ¶ Sol. hic in inchoatis. ¶ Item cùm semel fecit calumniam resistendo, quomodo auditur amodò, vt d. l. si cui. §. j. Resp. hic in defendendo, ibi in accusando. ¶ Item huic l. contrà ff. de iud. l. qui prior. Solut. hic fallit illa regula.

e ¶ *Tametsi.* id est quãuis, & potes hic dicere, quod dicitur ff. de publ. iud. l. is, qui reus.

f ¶ *Inscriptionẽ.* minoris criminis: quæ qualiter fiat, dices ℑ. tit. j. l. fin.

SI cautiones.] CASVS. Secundinus tenebatur Titio in x. & decessit Titius, filio suo herede instituto, cui dedit tutorẽ. Secundinus conueniens prodit instrumentũ, quo continebatur eum soluisse: ex tutor nomine suo instrumentum arguens posse de falso, quęritur. Et dicitur quòd sic de falso quia si succumbat, non erit infamis, nisi euidẽs calumnia apparuerit.

g ¶ *Si cautiones.* id est, apochas de soluto.

h ¶ *Secundinus.* debitor.

i ¶ *Eugenio.* patri vestro. ADDITIO. Is est, cuius tutela initio refertur. Vide scripta ad l. 5. §. ætati ff. de his qui vt indign. CVIAC.

k ¶ *Proprio nomine.* Legendum pupilli nomine, hoc sensu: Tutores ideò non prohibentur, quòd alieno nomine non liceat accusare, pupilli nomine liceat accusare: quia non videtur calumniari, cùm id faciat coactus. CVIAC.

k ¶ *Alieno.* Not. sic ℑ. tit. j. l. nemo communẽ. & ff. de publ. iudic. l. pen. §. ad crimen. & ℑ. de calum. l. nostris. Sed videtur quòd etiam nomine[c] pupilli possent: vt ff. de his, quib. vt indign. l. [illegible] in princ. quæ est contrà. Sol. ibi nomine pupilli: id est pro ipso pupillo: & eodem modo respondeo ℑ. de his quib. vt indign. l. Pollo. quæ est similiter contrà. Vel in l. Pollo. de falso ciuiliter[d] agebat, quod fieri poterat: ℑ. de fals. l. pen. & fi. & ℑ. de transact. l. si ex falsis. Dices ergo, accuso te: quia fecisti, vel vsus fuisti falso, non quia

† In quodam vet. manuscri. pto, De criminibus & qui accusare non possunt.

[a] Locus ab impossibili: nec enim seruus, qui verberari hodie potest, qui heri occisus est. v. Eurard. in loc. ab impossibili. n. 4.

[b] Accusare falsi aliquid nomine alieno nõ possumus.

[c] Accusare pupilli nomine, & quomodo tutor possit.

[d] Accusare falsi ciuiliter aliquem nomine alieno possumus.

Hist. Sem. Würzburg

480/C.IV.K.5-4, 2301-2302
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

quis dicit, pupillus meus. Sed an ipse * pupillus potest? Resp. non, etiam cum confensu tutoris: vt *ff. de accus. l. qui accusare.* nisi in casu: vt *ff. de accus. l. j. §. j.* Vel ibi facit tutor, & facit dicitur minor accusare: fed aliud [b] in causa civilitus *ff. de administr. tut. l. j. §. fuffisit.* ADDITIO. Tu dicas quod tutor potest accusare tutoris nomine, vt est casus *in l. Publ. & Laurentius.* I. allegat. per gloss. Non obstat hæc licquia vetor est, quod inscribit se nomine suo: tamen nomine pupilli accusat: similis quod vxor * accusat, aliter se inscribit, habes *in l. vlt. ff. de iniurij.* Istam opinionē tenet Richard. Malam. vt dicit BART. *in l. j. §. pupillus. ff. de accus.* quod ipse BART. vt ibi dicit, verū putat de iure. Cautela tamen est, vt dicit idem BART. *hic, & in d. §. pupillus.* quod quando tutor accusat aliquem, dicat in accusatione, talis tutor: nec adiicias tutoris nomine: nā tunc intelligitur eo modo, quo potest: vt *l. pof mortem. §. j. ff. quando ex fall. tut.*

a ¶ *Sententia.* fcilicet calumniæ.

b ¶ *Nisi.* expofitio ē, nā excepciā fic *ff. de pen. l. qua omnia. in fi. & l. nisi. & l. eod. l. non ignorat.*

c ¶ *Separabit.* regulariter fecundum nos, qui * non probat, dicitur calumniatus: *l. de adulter. dim. ind. l. j.* fed fallit in casibus, quorū vnus est hic, & alius *l. de calum. Lmator.* vbi plenē dicet omnes. & facit *l. de administr. tut. l. non est.*

QVI.] CAEVS. Ille, qui vult accusare, duo facere debet, scilicet inscribere, & fideiussorem dare de accusatione prosequenda. Si verō accusatus comparet, & accusator non comparet: puniter arbitrio iudicis, & condemnabitur ipse accusator in expensis. VIVIANVS.

d ¶ *Qui crimen publicum.* idem fi priuatum, fi criminaliter agit: secus fi ciuiliter: vt *ff. de fund. i. fin. & de prin. dot. l. fin.*

e ¶ *Pagina* Inscribit * enim, & profitetur accusanor se fabiturum eandem penam, fi non probauerit, quam fubiret reus, fi probaret: vt *hic, & l. j. §. j. in longinquo. & l. de fid. instr. l. j. & l. j. & l. eod. l. non prius. & ff. de accusat. l. libellorum.* Vel potest intelligi etiam fi non dicatur ang. *l. vlt. j. l. j.* hoc tamen fallit in quibusdā casibus: vt *l. vlt. j. l. in quidam. & l. de adult. l. quamqu. j. & l. de Iud. l. ne qui. & de apell. l. appellatorum. & l. de obligat. l. j. & l. de cal. l. j. & ff. de accus. l. lenia. xv. q. iij. c. de crimine. & lib. q. iij. c. aliquando.* Item fallit quando opponitur in modum exceptionis criminum: vt *ff. ad leg. Iul. de adult. l. j. §. j. publica. & extr. de accus. l. super hoc. & q. j. c. de manifesto. & l. de crimen. ff. l. si vir falsis.* Item fallit in casibus vbi quis fine accusatore punitur: vt *l. de probat. l. inhumac. & de test. l. milit. & ff. de suspect. tut. l. interr. §. preterea. & ff. ad leg. Iul. de adult. l. j. §. ff. publica.* vel ibi in modum exceptionis opponitur: vt dixi de lenocinio: idem in crimine falsi, secundum B vbi non inscribitur: quoniam ē & fine accusatione procedit secundum eumdem *l. ad leg. Corn. de falsi. l. vbi.* Alij, vt In. non admittunt, nisi casum illum de abigeis, & in illa l. vbi, accusatio fuit instituta.

f ¶ *Et fideiussor.* habita tamen differentia personarum: vt *ff. de custod. reor. l. j. & l. vlt. j. l. fin.* fic & in ciuili facilitatat per adhærentē: vt *& l. de officio. & exer. notit. generaliter.* ACCVRS.

g ¶ *Bidiū admonendi.* per intervalla ex dierum fluxu in ciuili: & *l. de iud. l. properandum. & fed ff. quidem.* secundū Io. vt & *l. quomodo. & quando iud. amb. qui semel.* non vt quidam dicunt, & tribus diebus singulis diebus centum: & *ff. de pub. iud. l. interr. accusator.* quia ibi fic de facto fuit, vt maior iniquitas apparetem abstitis.

non prohibētur in crimine falsi fubscribere. Nec enim facilē vel tutores, vel curatores, qui ex officio, periculo suo res pupillorū, vel adolescentiū administrant, sententia * noxaenur, nisi [b] euidens eorum calumnia iudicanti apparebit *. PP. XII. Kal. Octob. Antonino A. & Geta Coss.

Accusator debet se inscribere ad poenam talionis, & dare fideiussorem, de lite prosequenda, quam si non prosequitur, monendus est, & ex contumacia extra ordinem puniendus: & aduersario in legitimis expensis condemnandus. BALD.

III. *Imp.* ALEXANDER A. *Rufo* *.

QVI crimen † publicum [d] instituere properat, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionē pagina * præcesserit, & fideiussor [f] de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin verō post satisdationem præsentes non fuerint, edicto admonendi [g] sunt, vt veniant ad causam agendam *: & si non adfuerint: non solūm extra ordinem [h] æstimatione iudicis puniendi sunt: sed etiam sumptus [i], quos in eam rem, & circa ipsum iter ad litem vocati fecerūt, dependere cogentur. PP. III. Non. Feb. Alexandro August. Cos.

Mulier potest accusare interfectores sui consobrini. BALD. Vel sic: *Mulier accusat de crimine, suam vel suorum iniuriam prosequendo: ratione tamen officij tutor debet ei auxiliari. h. d. cum l. seq.* SALYC.

h ¶ *Extra ordinem.* etiam vlra poenam Turpilliani quandoque: vt *ff. de pen. l. adiicitur. §. pen. in fin.* Sic punitur fi tempore à iudice datus non venerit: verō tempore legali, id est biennio non venerit, nec accusationem perfecerit, imponitur ei alia poena: vt *l. vt intra certum tempus quasi crim. l. j.* quæ est contrā. Vel die vt ibi, & ad hoc *l. vir. j. l. fi accusaverint.*

i ¶ *Sumptus.* fic est in ciuili: vt *l. de fruct. & lit. expens. l. non ignorat. & ff. de iud. l. non, quem. in princ.*

VXOR.] CAEVS. Mulier vult accusare interfectorem consobrini fui: an fit admittenda, quæritur? Et dicitur quōd fic.

k ¶ *Consobrini.* & ita fororum vindicat iniuriam: alias non auditur: vt *l. eod. l. prae. & l. non ignorat. & ff. de accus. l. j. & l. hic.* Et die vindicat accusando legē Cornel. de sicar.

a ¶ *Præsidem prouinciæ.* Qui solus in prouincia de criminibus cognoscit. CVIAC.

Senatusconsulto.] CAEVS. Mulier leg. Cornel. de sicar. aliquem accusare non potest, nisi liberum, vel fororum iniuriā prosequatur. Si ergo filius suus naturam habeat, & contra pupillum actum fuerit, & obtenerit per instrumentum falsum: non ipse, sed tutor nomine suo proprio accusare potest: instrumentum de falso. VIV. l. ¶ *Senatusconsulto.* Liboniano. ¶ Dele, *Liboniano.* Non est Liboniano: nam hoc de iis, qui sibi aliquid adscribunt in testamento, non recognoscente testatore: sed fuit aliud quod dicit innominatum, l. *ff. de acc. l. 2.] de calum.* Cet. m ¶ *Cornelia.* de falsis: vt subiicit. ACCVRS.

d ¶ *Damnatus reſtituetur.* An non damnati debuit capite? Dicendum ita cum damnatum eſſe, vt aliquo modo capitis poenam euitarit, iuxta *l. 9. T. hoc tit.* CVIAC.

d ¶ *Poenis.* ſed abſolutio proderit: vt *ff. ord. l. denuntiaſſe. §. fl.* ¶ Sed an maſculus b, ſi deprehendatur, erit infamis? Reſpon. non. ſecundùm Ioan. licèt ſecus in fœmina: vt *ff. de rei. auct. l. paſſim. §. qua in adulteria.* ACCVRS.

e ¶ *Et accuſaret.* Qui adulterum peregit, qui & adulteram ſecùs peregiſſet, ſi viriſet quamuis hoc non ſit neceſſarium: efficit tamen vt dicamus infamem non eſſe adulterum. CVIAC.

e ¶ *Proponas.* facit *ff. ad. L. denuntiaſſe. in fi. & l. ſeq.*

Adulterum.] CASTR. Si poſt accuſationem adulterij incipit abeſſe: non idèo minus abſens inter nomina reorum recipi poteſt. VIVIAN.

Codex.

XI. *Idem A. Narnaus* a.

CRimen adulterij maritus retèta in matrimonio vxore inferre non poſſe 1, nemini dubium eſt b. PP. Kal. Septemb. Alexandro II. & Marcello Coss.

IN AVTHENTIC. VT liceat matri, & auiæ. §. quia verò plurimas. coll. viij. conſtit. fin.

SEd nouo iure poteſt, & ſi accuſatio vera eſſe oſtendatur, tunc repudium mittere debet c, & in ſcriptis eam accuſare debet. Si verò illatam adulterij accuſationem maritus non probauerit, illis ſubiiciatur ſupplicijs, quæ eſſet paſſura mulier, ſi accuſatio comprobata fuiſſet d.

Sententia lata contra adulterum, non offert, nec infamat adulteram. Vel ſic: *Condemnatio vnius ex pluribus, qui tenentur eodem crimine, non nocet alteri.* BALD.

XII. *Idem A. Baſſo.*

ET ſi crimine adulterij damnatus reſtitutus e, non eſſet, vt proponis: ſi tamen ſoror tua, cum qua adulterium commiſſum dicebatur, non eſt accuſata, nec pœnæ, nec infamiæ ſubiici poruit d: & multò magis cùm & accuſatorem A vita eſſe functum proponas f. PP. Kal. Iun. Sabino II. & Venuſto Coss.

Adulterè in abſentia poteſt recipi inter reos. BALD.

XIII. *Idem A. Sylvano.*

ADulteram, ſi poſteaquam crimen contra eam a inchoatum eſt 1, prouinciam b exceſſerit c, etiam abſentem inter reos d recipi poſſe, exploratiuris eſt. PP. Non. Mart. Attico, & Petextato Coss.

Non poteſt ſuam mutationis iniuriam à nupta, niſi denunciatio præceſſerit: & ibi adulter debet puniri, vbi eſt commiſſum adulterium. BALD. Vel ſic: *In qua prouincia mulier adulterium commiſit, ibi accuſari debet, nec ab ea incipitur, ſi alteri nupta reperiatur, niſi denunciatio legitima nuptiæ præceſſerit.* SALYCET.

XIV. *Imp.* GORDIANVS A. *Aquilæ.*

SI dum in tuo matrimonio vxor tua eſſet, ſe adulterio polluit: in ea prouincia, in qua idipſum factum eſt a adulterium, more ſolito f b perſequi debes. Nec enim ab ea, quæ iam nupta 1, & adulterium paſſa c eſt, exordium accuſationis ſumi poteſt, ſi denunciatio criminis nuptias non præceſſit d. PP. Non. Decembr. Gordiano A. & Aquila Coss.

Contra adulteram non poteſt procedi in abſentia: & remiſſo, quæ ſit in delictis, non debet fieri ad iudicem incompetentem: ſed ad iudicem vbi. h. d. eſſa lex cum auctore. hic poſita ſecundum BALD. Vel ſic: *Abſens non poteſt accuſari, vt poſſit ſuper cauſa procedi: nec reus teneatur ſequi forum accuſatoris. Et occupato reipublicæ cauſa, non currant tempora accuſatori profinita.* SALYC.

XV. *Idem A. Hilario militi.*

SI quondam vxor tua, antequàm a crimine adulterij accuſaretur, prouinciam exceſſit: neque abſens accuſari poteſt b, neque in eam prouinciam, in qua ſtipendium facis, tranſmitti iure depoſcitur c. Sanè cùm per occupationem militarem nò licuerit, accuſare eam ſolenniter poteris. Nec enim tempus, quo muneribus militibus occuparis, vindictam tibi, quam maritali dolore percuſſus depoſcis, debet d auferre. PP. IV. Idus Mart. Attico, & Prætextato Coss.

IN AVTHENTIC. VT nulli iudic. §. ſi verò quis. coll. ix. conſtit. ix.

Abſens accuſare legitimè eſt concedendum: & ea non venientes, procedetur vt à iure permittitur, & in delictis ſi commiſſa ad locum, vbi quis deliquit: quod ſi iudex loci, vbi reus degit, facere neglexerit, puniatur ipſe, & eius officium forma, & pœna hic ſcripta. SALYCETVS.

SI verò criminis commiſſi occaſione latuerit, aut prouinciam illam reliquerit, in qua deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice vocari eum: & ſi non audiat, illa in eum procedere, quæ noſtris legibus a ſunt definita.

a ¶ *Poſt pudor crimen contra eum.* l. per licem contestatam. CVIAC.

b ¶ *Inchoatum eſt.* per litis contestationem.

c ¶ *Reuerſeris non reipublicæ cauſa: vt ff. ord. l. f. mariton. §. §. legis.*

ADDITIO. In qua delata eſt, & ea poſtulata. CVIAC.

h ¶ *Iuxta reus.* hoc habet poſt litem contestatam. ¶ An autem condemnatus, dici l. *de accuſ. l. abſentem.* & facit *T. ord. l. quamuis.* j.

Idem.] CAIVS. In ea prouincia, in qua adulterium commiſſum eſt, debet maritus crimè adulterij perſequi: & ſi ante denũtiationem factũ à marito, alij nupſerit cum eo ra, ſed à marito incipies. VIVIAN.

i ¶ *Factum eſt.* quia qua in prouincia, &c. vt & T. *vbi de crim. agi oport. auctorem. qua in prouincia.*

k ¶ *Mox ſolet.* medio ſolito, vt ſcil. prius accuſetur adulter. CVIAC.

k ¶ *Solet.* diuertendo ſcil. prius ab eam *L. ord. l. crimen.* Item & cauſa incipit ab adultera: & hoc ſubiicit, nec enim.

l ¶ *Nupta.* ſecundo vino. ACCVRS.

m ¶ *Adulterium paſſa.* apud primum virum.

n ¶ *Non praeceſſit.* in cauſa, etiam ſi non precedat denunciatio: vt *ff. ad. l. ſi quis adult. in princip.* & facit *ad l. T. ord. Lucrin. in fin.* & repete hic, quod ibi diximus.

Si quondam.] CAIVS. Mulier accepta accuſatione de adulterio, corpit abeſſe, abſens accuſari non poteſt: neque in prouincia, in qua militat maritus, tranſmittenda eſt. Si verò maritus, qui militiæ cauſa aberat, intra ſtatuta ſtipora vxorem accuſare nò potuerit, an ei currant tempora, quæritur? Et dicitur quòd non. VIV.

¶ Colligo *l. 11. T. eo. Cvi.*

o ¶ *Antequàm.* ſecùs ſi poſtea *T. ord. l. adulterod.*

p ¶ *Poteſt.* vt *T. de accuſ. l. abſentem.*

q ¶ *Depoſcitur.* cùm reus fuerit accuſatoris nò ſequatur: vt *l. de iuriſd. omn. iud. Liuio ord. nom.*

r ¶ *Debet.* quia vtile eſt repetere *ff. ord. l. mulier. §. quidam. & T. in. l. de commiſſis. & ff. quib. ex cauſ. in. §. quæ.* & poteſt hic, vel ſupra legem, *adulteram.* legere *auth. ſi verò criminis.* &c. quæ eſt, vt *auth. indici. §. ſi verò quis comprehenſorum. coll. ix.*

Si verò.] CAIVS. Lex Cod. dicebat, ſi inchoato crimine mulier ſe ſubtrahit, nihilominus nomen eius recipitur inter reos. Authent. verò ita dicit, quod ſi mulier inchoato crimine ſe ſubtrahit, vt inpetiatur cognitio criminis, debet citari, & de loco ad locum transmitti: vt ita de crimine cognoſcatur, & ceiam punitur. VIVIAN.

f ¶ *Noſtris legibus.* vt requiritur, & bona eius annotentur: vt *ff. de regula. iur. l. j.*

a ¶ *Transf*

a Maſculus in adulterio deprehenſus non ſit infamis.

b ¶ *Prouincia.*

a Forsan adulterij reus non requirit.

480/C.IV.K.5-4, 2341-2342
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Transiuerit*. hic est arg. contrà *ff. de iudic. libero. abfuer. §. i.* Solue, speciale est in delictis: vt *hic, & T. vbi de crim. agi oport. l. fi. & in auth. vt iudices sine quoque suffragio. §. nec sistantur. colat. §.* & idem vbicumque certa poena cognitio mandatur, vt prædicit *T. ne lic. pul. §. & vbi quæ de contub. vel adulterii. l. fin.* sed in contractibus & ibi non inuenitur, bona, quæ ibi habet, possidentur: non tamen omnia reducitur, si alibi verè maritibi habet forum, vel domicilium: sed & aliàs latiùs, poteri idem, quod in crimi nalibus dici. Vel dic vt in contrario notani. ADOTTVS. Quid iuris sit in contractibus, vide *in cap. Romanæ. §. mutuabunt. de for. compet. lib. vi.* Et videas citra materiam illius authent. *glos. in verb. de. more. in clausul. pafsuratio. §. quod si punitis. de. ver. iudic.*

Relinquat.] CAPIT. Maritus & corpit accusare suam vxorem, & velit desistere, imperabis hoc à iudice: alioquin & simpliciter desistat, scilicet nulla impetrata abolitione, pœnam deferre accusationis non existabit, nec de cætero ex lege Petronia ad accusationem admittetur. VIVIAN.

a Abolitio est licentia desistendi: vt in Turpilianum non incidat.

b ¶ *Abolitionem.* id est *a*, licentiam desistendi: vt in Turpilianum non incidat.

c ¶ *Cuius officio.* Id est, apud eius officiales. CYIACVS.

d ¶ *Senatusconsulto.* Turpiliano. ADOTTVS. Scilicet Turpiliano, quo irrogatur pœna quinq; librarum auri in delitescentem. Vide not. ad *l. 3. de pœnis. & cap. 13. de prescriptio.* CYIAC.

e ¶ *Innocuus.* innocuus videtur non incidere vt *ff. ad Turpil. l. in senatusconsulto. §. ei.* Sed illud intellige in pœnis, & non in marito, cui solutioni est arg. contrà *ff. de bon. libert. l. qui cum maior. §. sed si minor. & §. si libertus.* Vade dic, quòd in contrario loquitur de tutore, & quibusdam aliis, qui hæc metu calumniæ accusant, non de marito. Vel dic, an in euidenti erat etiam vir calumniaturus *vt hic*, an non: vt *hic. & l. de his, qui accus. non pos. l. 4. in fin.* sed à pœna talionis per legem Remiam excusant. Item & ab infamia, quæ per Turpilianum etiam imponitur: vt *T. ad l. Iuliam.* Et hic etiam potest dici, quòd quasi aliquid habet locum Turpiliani: scilicet ut pœnam quinque librarum auri: non infamiæ, quæ sane potest Turpiliani: vt *ff. de pœnis. l. 4. §. fin. & T. ad Turpil. l. 3.* & sic etiam isto modo potest tolli contrarium.

¶ Cuius etiam ibid. capit. referitur in l. sic. *concilio. ff. ad leg. Corn. de fal. Tacit. lib. 14. ab. Rufi imitatione. l. 1. tituli. ff. de nunm. Cujac.*

Si verò cognoscatur, quod in alia prouincia degat, iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua crimen commissum est, epistola publica vti ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens degit. Ille verò, qui publicas suscepterit literas, periculo suo, & officij sui competehendet eum, & ad iudicem prouinciæ transmittet *a*, in qua peccauit, suppliciis legitimis subiiciendum. Si verò qui publicam epistolam suscepterit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit, tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Sin autem iudex, aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc fecisse coniuncatur, spolietur cingulo, & exilio tradatur.

Adulterio, qui de adulterio accusauit, sine abolitione non potest desistere. hoc primò. Et desistens ab accusatione. est exclusus perpetuò. h. d. secundò. BALD.

XVI. *Imp.* VALERIANVS, & GALLIENVS AA. *Aurbaxiliae.*

ABolitionem *b* adulterij criminis postulás: præsidem, in cuius officio *a* accusatio fuerit instituta, adire debes. Cæterùm erras, fu marite, existimans etiamsi simpliciter: id est, sine abolitione desistisses, senatusconsulto *c* in persona tua futurum locum non fuisse: diuus enim diui principes sæpè sanxerunt *d*. Quin hoc amplius sciás, nullam fuisse tibi vlteriùs potestatem instituendi huiusmodi accusationes: quia & decreto patrum, & lege Petronia †, ei, qui iure viri delorum adulterium non peregit, nunquam postea *e* hoc crimen deferre permittitur. PP. XV. Kal. Iun. Maximo, & Glabrione Coss.

Potest maritus re integra libelli accusatorij renunciare, ad quem offerendum ex leuitate, & sola suspicione processit, & sibi reconciliare vxorem. BALD. Vel sic: *Qui vxorem in adulterio deprehensam reuinet, vel de adulterio damnat am reducit, lenocinij crimen commiscit, non qui vana indignatione libellum accusationis falsum porrexit.* SALYCET.

c ¶ *Postea. vt ff. ad l. Iuliam. §. fin. & ad Turpil. l. qui delitisse, & l. qui accusare non pos. l. accusationem.*

Sine metu.] CASTR. Maritus licentia commotus potest reuocare libellum accusationis: ita posse desistere, & eum sine metu legis Iuliæ in matrimonio retinere, quæritur? Et dicitur quòd sic: quia ille solùm punitur, qui sciens damnati datis in vxorem, ita quòd non possit fundare se ignorantiæ. VIVIAN.

XVII. *Idem AA. Vilburnio.*

SIne metu legis Iuliæ de adulteriis coërcendis reuocare vxorem *β* in matrimonium potes: cùm nihil ampliùs, quàm libellos accusationis obtulisti: quia postea competisse te affirmas, quòd vana indignatione ad accusationem incitatus fuerit *f*. Is enim commiscitit *g* pœnam, quam lex certo capite *h* denunciat, qui vel publicè adulterio damnatà habet: vel adulteram sciens, vt ignorantiam simulare non possit, retinet vxorem *i*. PP. VI. Kalend. August. ipsis AA. IV. & III. Coss.

In delictis non requiritur, quod factum producat aurie effectum: sed sufficit ille effectus, qui est mentum factum hominis. Vel sic: *Habens duas vxores est infamis: & datum pro matrimonio pecuniæ, repetitur: & promissum non petitur.* BALD. Vel sic: *In delictis considerantur animus, & mentum factum, non aurie effectus: idò vxoratus scienter accipiens aliam vxorem punitur, non mulier ignorans: immò res in dotem datas repetit, licet sibi promissa petere non possit.* SALYCETVS.

XVIII. *Idem AA. &* VALERIAN. C. *Theodoro.*

EVm *k*, qui duas simul habuit vxores *γ*, sine dubitatione comitatur infamia *l*. In ea namque re non iuris effectus *δ* †, quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur: sed animi destinatio cogitatur *m*. Verumtamen ei, qui re facto cœlibatu, cùm aliam matrem familias in prouincia reliquisset, solicitauit ad nuptias: etiam crimen stupri, à quo tu remota es, quòd vxorem *n* te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur *o*. Cæterùm res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonij simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à rectore prouinciæ *p*. nam ea quidem, quæ se tibi, vt sponsæ daturum promisit, quomodo reperiere cum effectu potes quasi sponsa *q*? Accepta Idus Maij Antiochiæ, Tulco, & Bassio Coss.

q ¶ *Sponsa.* quasi dicat, nullo modo vt & *T. de donat. ante nupt. l. ea.*

γ Pars huius l. extat in l. ea, quæ *T. de donat. ante nupt.*

δ Rigorem effectus etiam in, qui duas sponsas, vel qui vnà sponsam, aliam vxorem habet. ¶ Contra. cap. *super nuptiis. ff. de spons. & Bigamus habita duas vxores fit infamis.*

¶ *Effectus.* vnde enim non fiat duo matrimonia, si enim primum valet, secundò non valet. *m* ¶ *Cogitatur.* frequento consensu. & sic est *T. de accusat. cunctis. l. amplissimi.*

n ¶ *Vxorem.* & sic *e* non es in dolo: vt *ff. de in. spon.*

o ¶ *Inferetur.* non dicit adulterij: sed stupri, & sic non commiscit maxima adulterium sed solutum accedens: vt diximus *T. ad l. Iul.*

p ¶ *Prouinciæ.* nisi dedisses scienter: & idem in consensu *d*, quòd per vxores reuocantur.

d Dolum non admisit, qui tuto eunte dotem.

e Clarè? per vxores vxores vocari possunt.

f Interrogatio iuridè negatiuè vim habet.

480/C.IV.K.5-4, 2343-2344
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

retinet tamen datam quia ex sua, non ex sua parte est turpitudo, ad instar eius, quod meretrici promittitur: vt ff. de condic. ob turpem caus. l. idem §. 3. & facit ff. de donat. inter virum, & vxor. l. cum hic status §. penult. & §. si stabili modo.

a ¶ *Pompeianum*. Hic Pompeianus magistratus fuit, qui Imperatorem consuluerat. CVIACIVS.

QVamuis.] CARVS. Viator vxorem suam propter adulterium, quod commisit, à se reiecit, & de adulterio accusauit. dixit se non esse damnandam in absentia accusatoris: quid iuris sit, quæritur? Respondeo quod potest[a]: nec Viator ab excubiis est reuocandus. VIVIAN.

a ¶ *Oportere*. vt ᵇ & ¶ *de accusa. l. fin.*

b ¶ *Literis tuis*. ô iudex, qui consulis me.

β ¶ *Materiam*. Codici interpretes legunt, *Matrem*. CVIAC.

c ¶ *Materiam* proprium nomen vxoris accusatæ. ACCVR.

d ¶ *Viatoris*. proprium nomen viri, qui accusat.

γ ¶ *Quæstionibus*. Seruorum, non vxoris. CVIACIVS.

e ¶ *Quæstionib*. per tormenta, postulante viro, qui accusabat. Azo.

f ¶ *Viatoris*. sc. absentis causa reipublicæ.

g ¶ *Præsentiam*. aliter enim procedi non deberet, per *dictam legem finalem, suprà de accusa*. Sed certè hoc speciale[a]: & quia maritus vsque ad sententiam steterat, & omnia peregerat: & quia in seruitio reipublicæ erat. Vel ideò postulabat, vt obiiceret, quòd ille non poterat accusare per procuratorem, quod fecerat: sed & hoc non potest: quia cùm sit dilatoria[d], ante debuit proponi: vt ff. ex. l. si maritus. §. præscriptionem.

h ¶ *Confecto*. id est perfecto facinore: quia ita plenè probatum erat, quòd sola[e] sententia restabat.

i ¶ *Limitis*. poterat enim ad limites imperij custodiendos, & facit *suprà eod. l. adulterium. & ¶ quomodo & quando iudex. l. fin. & ¶. vt intra certum temp. l. fin.* ¶ Dele principium huius glossæ, & repone, limites sunt, quibus Romanæ prouinciæ separantur ab agris hostium: vt limes Rhæticus, *l. maximarum, ¶. de excusat. mun.* Illyricanus, *l. 1. ¶. de quibus mun. se excus.* Hic autem non præerat limiti, cùm miles tantùm sit. Limitibus præsunt rectores prouinciarum, vel duces limitum, *l. 2. de off. præf. Africæ. l. vn. ¶. de re. fer.* CVIAC.

FOEdissimam.] CARVS. Mulier, quæ sponte stuprum commisit, punienda est: non quæ per vim: quia quilibet potest nubere. VIVIAN.

k ¶ *Fœdissimam*. loquitur in princ. quando mulier sponte commisit stuprum cum aliquo. Alij dicunt loqui, cùm fœmina agit, vt vir: sicut econtrà vir vt fœmina: ¶. *eodem l. cùm vir. & fic facit ff. de postul. l. 1. §. remouet.* ¶ Dele, *Alij dicunt*, vsque ad finem glossæ. CVIAC.

a • Romanum singul. 1. 2. et in criminalibus iudicem per se ... non ... pronunciare, ... non citeris.
b Accusator præsens esse debet: sic tamen quod nemo accusabit per procuratorem.

a Hanc casum excipit Gl. ... per verba probatum ... in ... vel ... de dolo, & ...
* in iudicio.
† & iam.

d Exceptio dilatoria ante sententiam proponenda.

e Post sententiam ferri, & post ... in causa fieri, ... sic habent ...

Exceptio procuratoria in crimine non potest opponi post conclusum, vel quasi conclusum in causa. ista est secunda lectura. Vel sic: *Exceptio procuratoria in criminali, non potest opponi, crimine non liquidato. h. d. & nota l. optimam.* BALD. Vel sic: *Absente reo potest ferri sententia pro eo contra accusatorem præsentem etiam in causa capitali. h. d. secundum Azo.* Vel sic: *Absentia accusatoris post liquidationem criminis, non impedit contra reum præsentem ferri sententiam.* SALYC.

XIX. *Impp.* DIOCLETIANVS, & MAXIMIANVS AA. *ad Pompeianum a.*

QVamuis indubitati iuris sit quotiens adulterij crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere[a]: tamen quoniam ex litteris tuis[b] cognouimus Materiam β[c] Propositi Viatoris[d] vxorem, habitis quæstionibus γ[e], cum Iuliano quodam adulterium commisisse, detectam sub ipsa prolatione sententiæ, Viatoris[f] ipsius præsentiam[g] postulasse: non putauimus confecto[h] penè iudicio*, etiam † agitata quæstione conuicto, Propositum ab excubiis limitis[i] reuocandum. D. S. Non. Decembr. AA. & Coss.

Tolle voluntatem de medio, & omnis actus est indifferens. BALD. Vel sic: *Stuprum voluntarium punitur in vtroque, non violentum in patiente.* SALYC.

XX. *Iidem AA. & CC. Didymo.*

FOEdissimam[k] earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt: non etiam earum, quæ per vim stupro compressæ sunt, irreprehensa voluntate δ[l], leges vlciscuntur: quin etiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, meritò placuit. PP. III. Non. Octobr. ipsis IV. & III. AA. Coss.

δ ¶ *Voluntate*. Id est, quarum corpus violatum est, animus non minus remansit castus, & integer. CVIAC.

l ¶ *Voluntate*. non accusari de adulterio, vel stupro non possunt: vt hic, & ff. eodem. l. si vxor. §. si quis plane. Et nota hunc violentum esse stupri, quàm de vi publica sine præscriptione quinquennij posse accusari: vt ff. ex. l. mariti §. fi.

Tempus vtile non currit absenti in causa militia: sed bene currit reuersò. BALD. Vel sic: *Maritus in publica causa occupato, non currunt tempora ad accusandum de adulterio vxorem.* SAL.

XXI. *Iidem AA. & CC. Silano.*

OB commissa adulteria, atque accusandas vxores certa tempora[m] *, quæ vtiliter[n] computari solent, præscripta sunt[o]: si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus præscripta tẽpora* transacta sunt: post depositam solicitudinem ζ, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis[p]: ad quam, cùm vacare cœperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas[q]. PP. XIIII. Kalend. Nouemb. ipsis IV. III. AA. Coss.

Stuprum punibile non committitur cum meretrice. BALD.

XXII. *Iidem* AVGVSTI, & CAESARES *Olibrio.*

SI ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim[r] venalem formam exhibuit, ac prostitutam* meretricio more vulgo se præbuit: adulterij[f] crimen a in ea cessat[t]. PP. XII. Kalend. Nouemb. ipsis IV. & III. AA. Coss.

Matrimonium, quod non est, violari non potest: & redimens suam vexationem, quod dedit, repetit: & vltra criminaliter punitur accipiens: sed redimens suum peccatum, super quo non poterat transigere, quod dedit, non repetit: & punitur cum ipso, quàm accipiens. BALD.

XXIII. *Iidem AA. & CC. Proculo.*

SErui ob violatum contubernium [suum] adulterij

OB commissa.] CARVS. Statuta sunt tempora, intra quæ maritus vxorem suam accusare potest: ita quòd si reipublicæ causa absit, sibi reuerso danda est ex integro licentia accusandi: vt tamen, quàm citò munus sibi creditum impleuerit, accusare incipiat. VIVIAN.

¶ Coniunge *l. 15. sup. eod.* CVIAC.

m ¶ *Tempora*. aliàs certa tempora & aliàs certa non tempora: quia & ipse vir, qui accusat, dicitur reus lenocinij.

n ¶ *Vtiliter*. ad sex menses restringitur, non ad quinquennium: quod quinquennium continuum est, vt dixi.

s ¶ *Præscripta sunt*. Præscripta tẽpora hic sunt 60. dies vtiles. CVIAC.

o ¶ *Tempora*. scilicet sex menses vtiles, & quinquennium continuum: ¶. *eodem. l. iure mariti. & l. adulterium. & ff. ex. l. quinquennium.*

ζ ¶ *Solicitudinem*. id est, munus. CVIAC.

p ¶ *Habebis*. clemens lex, cùm dicatur ¶. *eod. l. si quandam.* non auferri tempora talis absentia. & facit *ff. ex qui. cau. ma. l. si qua.*

q ¶ *Prætendas*. statuetur enim terminus, vltra quem non audieris: vt ¶. *qui accusare non poss. l. si ea.* nec semper iactes te accusaturum eam: vt *hic dicit. & facit ff. de adillic. edict. l. cum sex. & ff. de diuers. præscript. l. 3. & ff. eodem. l. miles. & l. si vxor.* ACCVRS.

SI ea.] CARVS. Si eam, quæ meretricio more se cum qualibet sine delectu commiscuit, stuprauerit, an stupri accusari possit, quæritur? Et dicitur quòd non. VIVIAN.

r ¶ *Passim*. id est sine delectu: vt *ff. de ritu nupt. l. palam.*

f ¶ *Adulterij*. id est a stupri. nam adulterium non cessaret, si esset coniugata, licèt[b] sit venalis: non enim soli, &c. vt ff. ex. l. si vxor. §. 3. & sic lex Iulia vno pro altero vtitur: vt ¶. *eod. l. qua adulterium. & ff. eod. l. mariti. §. 3. & l. inter liberos. §. fin.*

a ¶ *Adulterij crimen*. Id est stupri. CVIAC.

t ¶ *Cessat*. vt nec ipsa, nec ea possit accusari. sic ergo habet[c] plus luxuria, quàm castitas. & sic est arg. contrà *in authentica de restitut. & ea, quæ parit. §. fina. coll. iiij.*

SErui.] CARVS. An seruus quem habentem rem cum vxore sua de adulterio accusare possit, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si verò Titius vxorem suam à se reiecit, & alij se copulauerit: & eius ab illa pecuniam accepit, ne eum accusaret: an eam se turpiter acceptam repetere possit, quæritur? Distinguitur, aut erat innocens, aut non: primo casu repetet: secundo casu non: & accipiens punietur. Vel dic aliter, vt in gloss.

* redit al. temporum, non certa.
* prostituta.
a Adulterium pro stupro.
b Adulterium non committitur cum meretrice.
c Castitas interdum minus habet, quam luxuria.

480/C.IV.K.5-4, 2345-2346
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Non possunt.* vt *ff. ex. l. inter liberos.* sed agitur seruai corrupti, & iniuriarum, & lege Aquil. vt *ibi, & ff. de iniur. l. si pupum.* & est ratio: quia nec * est ibi matrimonium vt *T. de iuref. nupt. l. cum ancilla.* sed licet dicta accusatio esset: tamen extraordinarie etiam punitur: vt *d. l. inter liberos. & ff. de offi. proc. l. fin.*

b ¶ *Et autem.* Titius b diffociauit matrimonium, quod cum Berta habebat, quam acceptè postea Caius in vxorem: & haec vult accusare Titius quod dixite primo matrimonio adulterasset cum ea: timens Caius dedit Titio centum, vt desisteret. si inuitè opprimebatur, reperet quod dedit: si iusté, non: & etiam qui accepit, punitur.

c ¶ *Diffociatum.* alia diffolutum, alia causa, quam adulterij, vel stupri: vt *ff. eod. l. mariti. §. j.*

d ¶ *Morum.* nam potentes aduocatos c Titius habebat.

e ¶ *Ad recipiendum.* hoc per conditionem ob turpem causam: vt parte enim accipientis tantùm est turpitudo: vt *ff. de condic. Lin hereditem. §. j. Ad* vbi non agitur lege Iulia repetendarum: ad vtrunq; agitur actione in factum de calóniarum rebus, quae in quadruplò datur vltij ad annum. & sic ad datum, & petam: vt *ff. ad legem Iuliam repet. Lantepen. & ff. de cal. l. j. in prin. & §. j.*

f ¶ *Pecit.* Caius, qui dedit. Accusat.

g ¶ *Iuris.* indaetenis prædicta auxilia. & facit *T. de accusat. & commisim. stipu. l. spadon. & ff. de cuiam. l. si ab eo.* Sed contrà *T. quod met. causa. l. accusationis.* Solu. vt ibi.

h ¶ *Corrupti.* id est delicti, quo corrumpuntur matrimonia.

i ¶ *Matrimonij.* Id est adulterij. Cuiac.

k ¶ *Eum.* qui etiâ punitur ergo reus: quia haberat pro confessore *ff. de pruaeri. l. in omnibus.* Accusatus d etiam incidit in Turpilia. & etiam de praeuaricatione accusari potestitut *T. ad Leg. cornelia.*

l ¶ *Senatusconsulti.* Turpilianij.

m ¶ Potitis Dionysia. Cuiac.

Sed cum.] Cassv. Si ita res contubernalis alicuius, & ille vellet te de adulterio accusare: tibi non licet.

l ¶ *Citra iuris formam.* quia erat seruus. ad quod est *T. ad l. corn. de l. fin. eod.* In quibusdam libris deest hac lex.

Et si.] Cassv. Alienam ancillam stuprasti, & dominus iudici conquestus fuit: si iudex posita tibi dixerit, an fias incrimine accusari non possunt n. Is autem b, qui post diffociatum * matrimonium vxorem licito iure duxit, ôbque inrentatæ accusationis, ac potentis patrocinij metum d, ei, qui accusationem instituerat, aurum, & argentum dedit: ad recipiendum e id, vt eiscendámque turpis lucri cupiditatem, adire præsidem potest f: qui examinatis partium allegationibus, & inquisita fide veri, si quidem id * ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognouerit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris g placitis instruetur. Sin verò constiterit corrupti h matrimonij i velut mercedem ad captandam impunitatem solutam pecuniam esse: eum, qui etiam k adulterus senatusconsulti l crenituram cum fœdissimo flagitio accepit, punitri iubebit. PP. Kalend. Nouembr. ipsis IIII. & III. AA. Coss.

Exceptio mulitatis matrimonij, excludit actum ab accusatione adulterij. Baldvs.

XXIV. *Idem* Avgvsti, & Caesares *Diocletianus.*

Si eius, à quo nunc adulterij rea postulatis, contra iuris formam m contubernio l: filii, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

Damnatus de libidine commissa cum ancilla, non efficitur infamis. Bald. *sed opinionem tantùm aggrauat.* Salyc.

XXV. *Idem* Avgvsti, & Caesares *Sifinnio.*

Et si libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exactisse te cognitum est: tamen cùm ancillas compressisse, & non liberas stuprasse detectum sit: ex eiusmodi sententia n grauatam * † potiùs opinionem tuam, quàm infamia afficiam esse manifestum est o. PP. V. Idus Martij. Tiberiano, & Dione Coss.

De conregati, & incedenti est primò agitandum, quàm de causa prima. Bald. Vel sic: *Repetitio, vel exceptio praeiudicialis antea disiuncta: & ea reprobata, super crimine procedatur.* Salyc.

XXVI. *Idem* AA. & CC. *Cosiliano.*

Quoniam † Alexandrum p, qui in crimen vocatur, etiam præscriptione q esse pollicitum eo nomine, quòd accusatos vxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu eio r agere nunc velle perspeximus s: ita ordo quæstionis dirimendus videtur, vt in primis t quidem de statu Alexandri quæratur: ita vt si liberum eum esse adhibita audientia deprehenderis, præscriptionis ei obiicienda facias potestatem u. Sin verò eundem esse seruum cognoueris, remotis præscriptionis impedimentis v, in adulterum eximen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, pœnam decernere, quam in adulterij crimen legum sanctio statuit w. Dat. V. Kalend. Septembr. AA. Coss.

Matrimonium subsequens non purgat delictum praecedens. Baldvs. Vel sic: *Nuptiæ postea cum adultera facta, non extinguunt crimen adulterij.* Salyc.

XXVII. *Idem* Avgvsti, & cc. *Plumbo.*

Commissum antea adulterium cum eo, qui se postea nuptiis sociauit, velamento matrimonij non extinguitur? †. PP. XVIII. Kal. Ianuar. CC. Coss.

In crimine adulterij debet iudex admittere tres exceptiones, scilicet praescriptionis, lenocinij, & ordinis: aliae verò debet reiicere. Quod relationem, aliàs, intelligitur de his diuersis non solùm substantia: sed etiam ratione: non autem aliàs, in quibus similes, vel maior est ratio admittendi. h. d. l. mulier. Bald. Vel sic: *In adulterij quæstionibus procedituri, exceptionibus frustratoriis non obstantibus.* Vel sic: *Nulla exceptio obstat examinationi criminis, nisi de qua caueat nominatim in iure, quod obiicit. h. d. text. supplentur per Gloss.* Vel sic: *Clausula generalis non obstante exceptione, non intelligitur remouere exceptiones legitimas: sed iniquas.* Vel sic: *Iudex omnes cauillationes debet amouere, & venire ad rem, de qua agitur: sin quid non debet poti, quod per cauillationes causa protrahatur.* Vel sic: *Accusationem adulterij repellit exceptio temporis, lenocinij, & ordinis.* Salyc.

XXVIII. *Idem* AA. & CC. *Concordio procons. Numidiæ.*

Commissum.] Cassv. Non * obstat, quòd adultera se dedit nupsit adulterio, extinguitur adulterium: cùm ipsa potest accusari: sed vir potest: illa verò potest.

m ¶ *Contubernio.* quia erat seruus. ad quod est *T. ad l. corn. de l. fin. eod.* In quibusdam libris deest hac lex.

n ¶ *Grauari.* sic *T. de iniur. qui non confa. d. ex. qua.*

o ¶ *Manifestum est.* facit *T. ex l. forni. & ff. ex l. inter liberos.*

p ¶ *Alexandrum.* Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander excipiebat de lenocinio Titij: quia dicebat Titium tenuisse eam post commissum adulterium: Titius replicando dixit eum seruum esse: quod illorum etiam ia pertractandum, quatinus? Dicitur quòd prius inquirendum de statu: & si apparuerit liber, admittetur eius exceptio: si seruus, ob. & si apparuerit eum adulterium commisse: iudex eum, vt adulterum punire debet. Vivian.

q ¶ *Alexandrum.* Titius accusabat Alexandrum de adulterio. Alexander obiiciebat de lenocinio contra Titium: Titius replicabat Alexandrum esse seruum, & sic non posse de lenocinio reponere. hoc tertium prius debet inquiri. Ac.

r ¶ *Eiusdem praescriptionem.* Lenocinij. Cuiac.

s ¶ *Sue.* Alexandro.

t ¶ *Perspeximus.* Titium, scilicet.

u ¶ *In primis.* antequam de adulterio, vel lenocinio quæratur. nec enim aliò possum aliud determinari. Sic ergo eiusdem præponitur criminalium *tit. ff. ad leg. Fiun. de plagiis. l. praefi.* & hoc * ideò: quia prius iudicialia est: aliàs contra: vt *T. de ordi. iudi. l. j.* quæ est contra. ¶ An autem de hac incidente pronunciabitur? Dic quòd non: licet quidam dicat non. *T. de ordi. iudi. l. j.*

x ¶ *Impedimentis.* hoc si nomen suum non erat inter eos exceptionalia non potest excusatus obtinere Innocuitatem *ff. ad l. j. §. corneanus. & l. si maritus. §. j. praesriptiones.* quæ sunt contra.

y ¶ *Impedimentis.* ¶ Sed cur non licet ei se defendere? Resp. non se defendit: sed aliam aggrauat, cui lenocinium opponit: vt *ff. ad l. j. §. j. pudicis.*

z ¶ *Statuit.* C. glossij: vt *j. ad l. pudicis.* quæ etiam in seruos potest statuit: *T. de ord. iud. l. j.*

a Grauari infamia notari est, quam affligi.

b Adulterij accusatio locum non habet vbi non est matrimonium.

c Caiam potest. * id quod ei ex lege concubitus mandatur.

d Adulterij accusatio locum non habet vbi non est matrimonium.

e Intelligo potentes aliquis *Sacerdi. de qua ex l. quod fi mulier. ff. si mulier pauper.* & est lapsus Glos. *ff. de adili. edicto.*

f Quin hoc ipsa mulier videtur posita de adulterio. vide de Marital. Quod nolim Friedrcus edictum: Si maritum cuiusdam, mors facit maritum, Ne liis bona se contuer possit: sibi mulier Proculnaciliè fuerit. *Gonz.*

g Cuiilis praeiudicialis proprium iudicialis est ordo praeterea iudicialis.

h Ut in eo. *l. dicere. eog. dicere* idem, cuius opinio gaudet est, non *gloriosi. ff. ho.* nota.

i Matrimonij accusatio non habet locum.

k Accusatus praeuaricationis quandoque accusari potest.

l Contra. nam *dat. Leg. pr. ter. tit.*

m Contubernio alicuius.

n Grauari infamia notari est, quam affligi.

o Manifestum est.

p Alexandrum.

q Sue. Alexandro.

r Eiusdem praescriptionem.

s Perspeximus.

t In primis.

u Impedimentis.

x Statuit.

y Socianis, vulnerance matrimonij non extinguitur. scilicet commissum

z Adulterium non commissum non adultera publica contracto non extinguitur.

480/C.IV.K.5-4, 2347-2348
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

[Ta.] Casva. Olim multæ obiciebantur excep. maritis, qui volebat vxores suas de adulterio accusare: scilicet quòd si cadebat à syllaba, caderet ab accusatione. Item non poterat accusare, nisi dotē redderet, vel id in quo maritus sibi tenebatur. Hodie dicit Imperator quod non sunt admittendæ tales exceptiones frivolæ: sed tres * cantum, & alia, quæ sunt in gl. quæ incipit, *tres tantum*: scilicet exceptio quinquennij, lenocinij, & quòd primò sit accusandus is, cui adultera nupserit post dissolutum matrimonium.

a ¶ *Pudor.* id b est cassitas, quam * *pudor*, & verecundia tuetur.

b ¶ *Ambages.* i. exceptiones per ambages indultæ, quasi is erat quod non ante accusaret vir, quàm dotem redderet, vel alia debita vxori. *l. de adulterij.*

c ¶ *Quæstione.* accipe, fidem criminis nolci quod est iuris, & hic, abolitis, &c.

d ¶ *Præscriptionibus.* quæ erant tales vt dixi, & plures similes.

e ¶ *Quinquennij.* Tres * tantum excepit: quinquennij, de qua habes *ff. ead. l. adulter.* & lenocinij: quę fiat ab vxore, fiat ab extraneo opponatur, antequam nomen accusatæ, vel accusati fit receptum inter reos, repellitur accusator: & eium punitur *hic, & ff. falsi. mariti. l. cum mulier, & l. vxor, & ff. ead. l. §. lenocinij.* Et post nomen receptum inter reos, fiat inchoatam accusationē, extraneus nullo modo potest opponere: vnor accusata potest, non vt se relevetur vt vinum gratetur *ff. ead. §. §. qui hoc dicit. & §. si publica, & §. extraneus, & l. §. maritus §. §. præscriptiones.* Tertium excipit, quæ competit nupta secundo ante denuntiationem, de qua habes *ff. ead. l. §. dum in vno.* Sed licit has tres tantum videatur servare tamen * & alias plures fuit, vt exceptio sex mensium, & ix. diemum vt *supra ad. l. vxor mariti, & ff. ea. l. mariti. §. sic mensium.* Item est & alia, si delitis fuerit: vt *supra ead. l. adulterium, in fin.* Item si negaverit se velle accusare vt *ff. ead. l. §. maritus. §. §. negaverit.* Item si ipse accusatus est adulter, & turpis: vt *ff. ead. §. vxor. §. iudex.* Item si eum vxorem durit: quia eam approbare videtur: vt *d. l. §. vxor. §. final.* Item si adulter est absolutus, ponitur adulterie: vt *ff. ead. denuncias. §. quæritur.* Hic ergo, præter has tres & præter alias familes approbatas à iure, vt non obstent prædicta iura, quæ et contraria hic significantur. Accvsativ.

f ¶ *Fidem.* id est veritatem. Acc.

g ¶ *Pudor.* id est cassitas.

h ¶ *Prestigia.* Præstigia g dicuntur quando per incantationem fit, vt quod ante oculos est, non videatur. Vel ecomnā præstigium est, quod præstringit aciem oculorum, & ostendit quod non est, vt faciunt mimi, & iocatores: ita ergo ista delitta per illorum captiones obumbrantur. H.

i ¶ *Versus.* Versurum h est vestimentum, cum id, quod debet esse extra, ponitur intus. Ad eius similitudinem dicitur tot versutum: quia non punit, quod est poniendum, & economia secundum Acc. quæ Iuan. non placet: quia vt dicit H. vestimentum magis debet dici hirsutum, quàm versutum. Sed certè & versutum propriè dici potest. 2. Vel dic secundum Iuan. versutum iur. decipiens iurique per quasdam versutias, & machinationes verbo-

Codex.

Ita nobis cordi pudor * est, vt remoueamus prisci iuris ambages [b], & constituamus in adulterij quæstione [c], abolitis de medio cæteris præscriptionibus [d], præter quinquennij * temporis, & lenocinij, quod marito obiicitur, exceptionem illam etiam, quæ post solutum prius matrimonium ante denuntiationem nuptæ competit, fidem [f] criminis nosci. Indignum † est enim, vt vltionem pudoris [g] præstigia [h] versuti [i] iuris excludant. PP. Kalend. Iun. Tusco, & Anulino Coss.

Adulterium commissum cum domina caupona, est punibile: sed non commissum cum famula, quæ propter sui vilitatem legum laqueis non includatur. Bald.

xxix. *Imp.* Constantinvs a. *Africano* †.

Qvæ adulterium [b] commisit, verùm domina [c] cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata ferulis, vt plerunque ipsa intemperantiæ * vina præbuerit: vt si domina tabernæ fuerit, non sit à vinculis iuris * excepta. Si verò potantibus ministerium præbuerit: pro vilitate eius, quæ in rearum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abiciendi cum ab his fœminis pudicitiæ ratio * requiratur, quæ iuris nexibus detinentur [p], & matrisfamilias nomen [q] obtinent. Hæ autem immunes † à iudiciaria severitate, & stupri, & adulterij [a] * præstentur, quas [s] vitæ vilitas dignas legum observatione non credidit. Subscripta. Data III. Non. Februar. Heraclia, Constantino A. VII. & Constantio Cæsari Coss.

Non omnibus permittitur accusatio adulterij pariter, & æquè: sed primò coniugibus, mox sanguinis personis. Et inter alias primò permittitur hoc marito: quia magis proprij proprium dolorem exequitur, & qui sine inscriptione, & sine suspicione potest accusare. Item non licet matrimonium sub falsis contumelijs deformare, & adulter debet decipiari. Bald. Vel sic: *Accusatio de adulterio bodie est permissa marito, & extrinsecus coniugibus hic enumeratis, extraneis exclusis. Et pœna adulterij est gladij.* Salvc.

xxx. *Idem a. ad Eugenium* *.

Qvamvis adulterij crimen inter publica referatur [t], quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione concediur [v]: tamen ne volentibus temerè licear fœdare connubia *, cum homines ab accusatione repellebantur, vt si caderent à syllaba, caderent ab accusatione: secundum Iuan. Inde & homo dicitur versatus qui intendit decepionibus.

Qva adulterium.] Casva. Scias commisit stuprum cum tabernaria: an potest accusari ob stuprum? Distinguitur, aut tabernaria erat domina tabernæ, aut ministra, quæ propinaverat vinū potantibus: primo casu puniur secundo non.

k ¶ *Quæ adulterium.* i. stuprum: licet enim Iulia promiscuè vtitur hoc verbo: vt *l. ne. Lex, que. & ff. ead. Liberis. §. lex Iulia.*

l ¶ *Domina.* licit non nupta.

m ¶ *Intemperantiæ vinum.* id est ex quibus oritur intemperantia, & incontinentia. vnde illud, *Nolite * inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum enim mere assumptum, facilè deformat in libidinem.*

n ¶ *A vinculis iuris.* vinculis iuris diuuntur, quæ aliquē pro delicto vincunt ad pœnam. Acc.

o ¶ *Pudicitia.* ratio. id est obseruatio.

p ¶ *Detinentur.* Il deliquent.

q ¶ *Nomen.* hoc b contra contra strictè non accipitur: vt *ff. de li. ceda. l. deinde. in fin. sed* legē: quia scilicet non vitat meretricio more: vt *ff. de verborum significat. l. prouinciale. §. matrisfamilias.* In rectia significatione dicitur illa, quę sui iuris est: vt *ff. de liberis, qui sunt sui, vel alieni iuris. I. non ciuium.*

a ¶ *Stupri, & adulterij.* Delenda sunt. Defunt enim *in Cod. Theod. li. ix. tit. 7. l. 1.* vnde sumpta est, & in quibusdam manuscriptis. Cvjac.

s ¶ *Ne stupri, & adulterij.* Ex hoc colligunt quidam, quòd si sit nupta, sive non, illa, quæ meretricio more vivit, quòd non committatur delictum: cùm de vtroque hic ponat, scilicet de adulterio, & stupro. Item propter hoc quia maritus talem retinem, accusare eam non potest, quasi lenocinium exercens: vt *supra ead. Lita nobis.* Tudis, si est nupta, quantum vulgaris, potest accusari cōmissum: vt *ff. ead. l. §. vxor. §. 3.* & sic intelligitur in nupta meretrice, *si de vita nupta. i. stuprum.* quatenus alij de alia vulgaritate intelligant dictam legem, *§ vxor.* loqui. Nec obstat nobis hæc literaqeus ambo ponuntur pro stupro eorum. q. d. quoniā nomine cessatur: & sic dicet, *&*, pro *id est.* Item nec obstat, quod à vito non potest accusari: quia ab alio potest sed & à vino, si eam deferat. Item & si est occepta vini accusatio antequam obiciat lenocinium: si non est simpliciter venam eam à vino non posse accusari: & facit ad hoc *ff. de conscribendi. l. in concubinatu.*

t ¶ *Quæ.* Harmenop. addit autem, vt D. Theod. consobrinum, & patruelem. Cvjac.

Qvamvis.] Casva. Adulterij crimen quamvis inter publica consumeretur tamen quilibet non admittitur ad accusandum sed primò maritus, postea pater, frater, & alij consanguinei, & possunt desistere ab accusatione, impetrata abolitione à principe. Maritus autem ex sola suspicione potest vxorem accusare, & tunc suspectam potest penes se retinere: nec tenetur maritus se subscribere in libello accusationis obligando se ad pœnam talionis. Post maritum, & propinquos admittitur extraneus: & in, qui dominatur de adulterio, capite punitur. Vivian.

u ¶ *Rationem.* vt *ff. de publ. iudi. l. 1.*

v ¶ *Concedatur.* & inde dicuntur publica: vt *Institu. de publ. iudi. §. 1. circa principium.*

x ¶ *Fœdare connubia.* hoc enim licere non debeat: *hic, & ff. ea. l. constante.* Sed quid si matrimonium est solatum? Videtur contrarij, quasi cessante * causa contrà idem, cum adhuc videretur fondari

EEEc 4

† Concin. Cl. ex, in prohibitio, super verb. publicis, extra de sponsis.

a Ephes. 5.

* Mansfamilias nomen, vt supra.

* Ex C. T. in rubr.

480/C.IV.K.5-4, 2349-2350
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

sudari procedens matrimonium, quod placet: quia vir non accusat, nisi soluto matrimonio: vt l. cons. l. crimen adulterij. quem præsenti constat: vt hic. & probatur ∫. eo. l. si mulier.

a ¶ Proximis. Inter hos etiam est ordo, cùm vir præfertur: vt hic subiicit. ¶ Sed quare dicit, solummodò, cùm etiam alij & post hos admittantur: vt ∫. eodem. l. g. in f. & l. ij? Respon. intelligitur de non prohibiti [illegible] accusare non [illegible] inter ceteros autem iudex eliget: vt [illegible] & ∫. eodem. l. iure mariti. licèt hæc lex ordinet.

c Vir in accusatione adulterij præfertur ceteris.

b ¶ Verus dolor. non causam defendendi cõmuniam. ¶ Sed an alij viteriores habẽt priuilegium, quod habent hi quatuor: secũ non. ¶ Item an hi possunt iure mariti omnes accusare? Respond. sic, quo ad hoc, vt præferãtur aliis, vt hic dicit: sed non quo ad alia priuilegia, quæ habet vir: vt dixi ∫. eo. l. iure mariti.

* desiuerit.

c ¶ Vt crimen. id est: criminis accusationem. ACCVR.

d ¶ Compescant. omnimodo enim permittitur abolitio. licèt in aliis distinguatur: vt ∫. de aboli. l. q. in fin. & ∫. eod. l. abolitionem.

e ¶ Oportet. contra adulterum: vt subiicit, cui quidem, &c. sed & ex idem contra adulterum? Respon. idem.

† Includ. desunt in Cod. Theod. Leo, & Maiorianus in Nouell. [illegible] à Pithœo edita, relegatione deportatione [illegible] in [illegible]

f ¶ Ream. id est, accusare eum. sic & reus: id est accusatus, punitus, ∬. ad Sil. l. propter veneni. §. fin. & ∬. de testa. l. ex testamentum. & ∬. de acquirend. hered. l. Pomponius. §. vel perduel. Sed [illegible] Grandum Ioan. At secundum P. potest petere, vt ex sola suspicione condemnetur: vt in authentic. vt liceat ma. & auia. §. si quoque. & §. quia verò ita comperimus. collat. viij. & ∫. eod. l. si qui adulterij. Sed certè illa non dicitur suspicio h sed legis præsumptio, quare condemnatur: vt ∫. eo. l. si qui adulterij.

h Suspicio aliud, aliud legis præsumptio. Hac enim illa quis condemnari debet.

g ¶ Non prohibetur. vt ∫. eo. l. sine mora. & ∬. eo. l. mariti.

a ¶ Contineri. id est, non teneri iure calumniæ. At hodie ex Nou. 117. etiam à marito exigitur inscriptio, & ex ea maritus non probans, incidit in talionem. Nec obstat l. si, cuius. §. pen. ∬. eodem. Vide not. ibi, & cap. 15 de præscript. CVIAC.

h ¶ Contineri. id est, quia non debet libellum inscriptionis porrigere: & est speciale in marito. In aliis contra: vt supra qui accusar. non poss. l. qui crimen. secundum P. Sed Io. non placet: debet enim inscribere, & sic libellum dare: vt ∬. eo. l. miles. §. quidam. & §. sexaginta. Sed non tenetur vinculo inscriptionis: quia non tenetur de calumnia: vt hic, & supra eod. l. iure mariti. nisi sit euidenter: vt ibi dixi. Hodie autem inscribit, & donationem propter nuptias amittit: vt in authentic. vt liceat ma. & auia. §. si de adulterio. & §. si vir de adulterio. colla. viij.

e Maritus accusans de adulterio an teneatur se inscribere.

i ¶ Cùm. vel causatiuè, vel temporaliter lege.

k ¶ Annuerunt. vt ∫. eo. l. iure mariti. & ∬. de minor. l. auxilium.

l ¶ Ab accusatione. donec prædictæ personæ extent, & accusare non recusent: vt modò dixi.

m ¶ Omne genus. non singula d generum: sed genera singulorum comprehendit: sic Instit. de suspec. tut. §. j. nam & ipse vir non adstringitur, cùm iure mariti accusat: vt hoc ∫. Item mulieres: vt ∫. qui accusar. non possunt. l. de crimine. Et contineat sic. Licèt in huiusmodi crimine subscriptio celebretur, &c. namque inscriptionis qualis (præter maritum) sit, tamen si [illegible] & licèt crimen sit publicum: non tamen cuilibet, vt dictum est, datur dilatio indistinctè: nam & in populari actione prius agit, is, cuius interest: vt ∬. de his, qui deiic.

d Consen. d. c. cum secundum [illegible] cap. Gl. [illegible] in prooem.

proximis a, necessariisque personis solummodò placet deferri copiam accusandi: hoc est patri, fratri, nécnon patruo, & auunculo, quos verus dolor b ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, vt crimen c abolitione (si voluerint) compescant d. In primis maritum genialis tori vindicem esse oportet e: cui quidem & ex suspicione ream f coniugem facere licet: vel eam, si tantùm suspicatur, penes se retinere * non prohibetur g: nec inscriptionis vinculo contineri a h, cùm i iure mariti accusaret, veteres retrò principes annuerunt k. Extraneos autem procul arceri ab accusatione l censemus. nam etsi omne genus m accusationis necessitas inscriptionis adstringat: nonnulli tamen proteruè id faciunt, & falsis contumeliis matrimonia deformãt. [Sacrilegos n autem nuptiarũ gladio o puniri oportet †.] PP. Nicomediæ VII. Kal. Maij, Constantino A. VII. & Constantio Cæs. [IIII.] Coss.

IN AVTHENT. VT nulli iudi. §. si verò quando. colla. IX. constit. IX.

Pro adulterio non imponitur mulieri pœna capitis: sed in monasterium detruditur ad pœnitentiam peragendam, bonis eius inter liberos, si quos habet, & monasterium, & parentes, si liberos non habet, diuidendis pro portione hic designata: pactis dotalibus post mortem etiam valituris. BALD. Vel sic: *Hodie adultera non punitur gladio, sed verberata detruditur in monasterium, intra biennium reuocanda marito: vltra verò monastico induitur habitu, eius substantia diuidenda forma hic præscripta.* SALYC.

SEd hodie † adultera verberata in monasterium p * mittatur: quam intra biennium viro recipere licet q. Biennio transacto, vel viro, priusquàm reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu r suscepto, ibi dum viuit, permaneat: duobus partibus s propriæ substantiæ liberis, si habet, applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: duæ t monasterio. Quibus prædictis non extantibus, omnis eius substantia monasterio quæratur: pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro seruandis u.

IN AVTHENT. VT li. ma. & auiæ. §. his quoque. coll. VIII. constit. fina.

Maritus ei, quem habet de vxore suspectum, potest denunciare, ne cum ea loquatur: si ille spernit denunciationem, si quidem inuenitur cum muliere in loco suspecto, potest occidi: si in alio loco, in quo non possunt carnaliter coniungi, licet vellent, potest accusari iudici, & debet puniri. Si autem in Ecclesia potest capi, & tradi custodi, vel defensori illius loci, qui debet eum custodire, & eum ad iudicem transmittere. BALDVS.

vel esse. l. si verò §. hac autem actio. & ad idem ∬. de sepul. viol. l. iij. in princ. & ∬. de lib. & post. [illegible] §. hoc interdictum omnibus.

n ¶ Sacrilegos. i. quasi: non enim verè est sacrilegium.

o ¶ Gladio. Hæc non est pœna leg. Iuliæ, sed relegatio: sed posteriorum Impp. Constantij nempe, & Constantis: vt constat ex l. iiij. Cod. Theod. quor. appell. non recip. CVIAC.

o ¶ Gladio. tam in mare, quam in fœmina: sed in fœmina corrigitur, & alia pœna imponitur: vt in authent. quæ hic legitur. Sed hodie adultera, quæ est in auth. vt nulli iud. §. si verò quando. colla. ix. Ergo si a vir in accusando calumniatur contra vxorem, quæ est pœna talionis? Quidam dicunt capitis, cùm in eo nõ sit immutata: vt in auth. vt nulli iudi. §. si verò quando. colla. ix. Alij quòd illa, quam subiret mulier conuicta: scilicet mitti in monasterium: pro quibus in authentic. vt li. ma. & auiæ. §. quia verò plurimas. collatio. viij. vbi dicit. Et ita adulterum legitimè conuictum vnà cum vxore puniri.

a Vir si calumniatur accusando vxorem de adulterio, qua pœna puniatur.

SEd hodie.] CARVE. Authent. illa corrigit leg. Cod. in eo, quòd dicit, adulteros capite puniri: quia hoc non est verum in muliere: quia verberatur, & in monasterium detruditur. & maritus intra biennium eam recuperare potest. Si biennium effluxerit, vel maritus non viuit, duæ partes bonorum suorũ debent dari filiis suis: tertia pars datur monasterio. Si filios nõ habuerit, monasterium omnia occupabit. VIVIAN.

p ¶ In monasterium. sed videtur nõ dari ad pœnam aliquam corporis: vt ∫. de pœnis. l. ne quis. & de decur. l. ne quis. lib. x. Solu. hoc speciale, & illa in corpore non causa religionis facta.

q ¶ Recipere licet. sic corriguntur omnia iura illa, in quibus cauetur contra: vt supra eodem. l. castitati. & ∬. de minor. l. auxilium. §. in delictis. nec dicat aliquis hic loqui, quando ignoscit maritus: nam eo casu etiam iure veteri poterat retinere: vt supra eodem. l. sine mora.

r ¶ Habitu. non b tamen est monacha, secundum Io. quod placet: quia pacta dotalia non finiunt, sed demum naturaliter mortua valent: in fine huius §. Sed si esset monacha, finirentur: vt ∫. de Episco. & cler. l. Deo nobis. § j.

s ¶ Parentibus. Imò videtur quòd tantùm legitimam habeant filij: vt ∫. de sacrosan. Eccles. authentic. si qua mulier. quæ est contra. Sol. hæc per illam corrigitur. Vel hic inuita intrusa fuit, ibi sponte intrauit.

t ¶ Duæ partes, sed cum monasterium sit loco filij: vt in authentic. de sanct. episcop. §. sed & hoc præsenti. collatio. ix. quare totum non habet? Respond. quia se non monachauit, vt dixi. ACCVRS.

u ¶ Seruandis. Patet ergo quòd priùs non fuit facta monacha, licèt fuerit tonsa. ¶ Sed videtur probari c adultera maritus etiam sine pacto dotem lucratur: vt ∫. de repud. l. consensu. §. vir quoque & in authentic. vt lic. ma. & auiæ. §. quia verò plurimas. collat. viij? Respond. illud corrigi, secundum quosdam. Vel dic, d cùm est ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur: sed cùm accusata, & damnata criminaliter, substantia diuiditur: vt hic. Vel hoc cùm extranei accusant: illud cùm maritus.

SI quis.] CARVE. Si maritus habet aliquem suspectum de vxore sua, denunciare debet ter in scriptis, vt se abstineat: si post inuenerit eum cum vxore sua in domo vel sua, vel adulteri,

f olim deportabatur [illegible] hodie verberata detruditur in monasterium. Mulier in iure [illegible] adulterij [illegible] & sic [illegible] Et hæc quidem in muliere. In masculo quidem pœna adulterij puniri pœna capitis, & ita [illegible] nostri. Verùm hodie in quibusdã prouinciis [illegible] est pœna mortis pro adulterio, & imposita pœna pecuniaria, vt plura apud Clarũ [illegible] adulterium, vbi [illegible] adulterij [illegible] in ipso facinore deprehensum à patre maritis [illegible] Canonico ad separationem tori, [illegible] [illegible] & bona paraphernalia [illegible] [illegible] In muliere hanc pœnam locum habere etiam propter [illegible] Romand [illegible]

a Concor. [illegible]

b Habitus non facit monachum, sed sponsio voluntas.

c Dotem maritus an, & quando lucretur probata vxoris adulterio.

d Hæc vera secundum Angel. vel dic melius: quod maritus lucratur dotem, adsit per pactum, aliter si proxime [illegible]

480/C.IV.K.5-4, 2351-2352
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

adulteri, poterit eum interficere: si in aliis locis, tradatur iudici: & si in Ecclesia, tradatur oeconomo Ecclesiæ, & custodiantur separatim, & iudex mittet ad episcopum ciuitatis, vt sciatur quale debeant subire tormentum. VIVIAN.

a ¶ *Denunciauerit.* Nota de vi* denunciationis, & l. de rei vindic. l. si fundum. & ff. qui in fraudem credit. l. ait prætor. §. si quis. Item nota secundum P. quòd ex b suspicione quis damnatur, contra regulam, ff. de pæn. l. absentem. Sed dic esse præsumptionem adulterij: ex l. eodem. l. si bi, qui adulterij. & in authentic. vt nulli iudic. §. penult. collat. ix.

[Margin: a Denunciationis effectus. b Ex suspicione quis interdum damnatur. * Legendum est, communicantem eorum [illegible]. a v. Bossium in [illegible] de [illegible] vt [illegible] Sed plenior [illegible] fragmenta [illegible] P. Pithæo [illegible].]

CUm vir &c.] CAIVS. Lex ista tractat de quodam turpissimo stupro, & est materia huius legis turpissima: tamen per elegantia verba tradita est quod laudabiliter fecit Imperator. hanc legem potes videre per te. VIVIAN.

b ¶ *In feminam.* id est in officium feminæ se supponit.

a ¶ *Scelus est.* Ad hoc scelus vindicandum lata est primum lex Scantinia. Cicer. 3. Phil. Cœlius lib. 8. famil. ep. 14. Sueton. in Domitia. c. 8. Quintil. lib. 4. c. 2. Val. Max. lib. 6. c. 1. Suidas in verbo, [illegible], [illegible] Nou. 77. & Zonaras in Iust. vita, refert, exsecta eis virilia. CVIAC.

c ¶ *Infames.* ipso iure, nisi per vim fuerit ff. de postulando. l. 1. §. remouet. & ff. quod metus causa. l. isti quidem. & Instit. de public. iud. §. 4. ACCVRS.

[Margin: † Ex C. Th. eod. tit. l. 3. Cons. * Legendum est, [illegible] Arrigere [illegible] Alexander Papa hac [illegible] [illegible] conc. Conc.]

IN adulterij.] CAIVS. Si accusetur quis de adulterio, non solùm serui mulieris sed & viri [illegible]. VIVIAN.

b ¶ *Adulterij quæstione.* Non etiam stupri, aut incestus. CVIAC.

d ¶ *In adulterij quæstione.* non sic in incestu, nisi per vim adulterium sit commissum: ff. eod. l. vim passam. §. fin.

e ¶ *Familia.* nota familiam inquiri: sic & ff. de repud. l. consensu. §. penult. & ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. fin.

f ¶ *Domi fuerit.* idem & si non sit domi: vt ff. quis. & à quo l. pœnitensis, quæ est contra l. Solar. ibi quo ad [illegible] prohibendam, hic quo ad tormenta. Vel hic de seruis alienis dicit, in quibus vxor, vel maritus vsumfructū habet: & facit ff. eod. l. verba, & quod ibi not. ACCVRS.

[Margin: * Ex C. Th. eod. tit. l. 4. ¶ L. vlt. ff. ad leg. Corn. de fals.]

SI quis ei, quem suspectum habet de sua vxore, ter in scriptis denunciauerit ᵃ sub præsentia trium testium fide dignorum, & pòst inuenerit eum conuenientem vxori suæ * in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat. Si alibi inueniat, tribus testibus conuocatis tradat eum iudici: qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inueniantur, post tres, vt dictum est, denunciationes: liceat marito vtrasque personas defensori Ecclesiæ tradere, aut aliis clericis: vt ad eorum periculum diuisim ibi seruentur, donec iudex cognoscens hoc, mittat episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, vt debeant subire tormentum, vt nuncietur per eum ad præsidem prouinciæ, qui secundum leges pœnam imponat legitimam.

Pro peccato contra naturam imponitur pœna mortis. SALYC.

XXXI. *Impp.* CONSTANTIVS, & CONSTANS AA. *ad populum†.*

CVm vir nubit in feminam ᵇ viris proiecturam *, quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est ᵃ id, quod non proficit scire? vbi venus mutatur in alteră formam? vbi amor quæritur, nec videtur? iubemus insurgere leges †, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames ᶜ, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. PP. Romæ XVII. Kal. Ian. Constantino VIII. & Constantio Cæs. IV. Coss.

Pro veritate eruenda tota familia est torquenda in adulterij quæstione. SALYC.

XXXII. *Imppp.* GRATIAN. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAAA. *Cynegio P.P.* *

IN adulterij † quæstione ᵇ ᵈ ab omni familia ᵉ, non solum mariti: sed etiam vxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit ᶠ, quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine dedensione cuiusquam. Dat. III. Idib. Decembr. Constantinopol. Arcadio A. I. & Bautone Coss.

ADulterij.] CAIVS. Si vxorem suam de adulterio accusauerit, an potest opponere exceptionem, scilicet dotis reddendæ, vel alterius debiti, vt sic remoueat, vel differat adulterij accusationem, quæritur? Et dicitur quòd non: sed his non obstantibus procedet accusatio, & feretur sententia, & post sententiam latam poterunt ciuiles quæstiones intentari. VIVIAN.

Hanc leg. multum commendat Bart. hic, dicens ea manifestè probari, quòd tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicientibus processum, iudex pronunciauit procedendum esse super accusatione. Vnde ante litem contestatam potest dici nomen receptum inter reos: scilicet per illam pronunciationem: & meritò hoc potest fieri reo absente: vt l. adulterum. ff. eodem. licèt gloss. ibi aliter dicat. de quo etiam per eundem Bartolum in l. is, qui reus. ff. de public. iudicijs. in 15. collatione. versic. quare quando nomen rei, &c.

Quæstio repetitionis dotis, vel alterius debiti, non potest obijci ad retardandam accusationem adulterij. Vel sic: *Quæstio ciuilis non retrahat processum in criminali.* BALD. Vel sic: *Exceptiones friuolæ non sunt admittendæ: sed legitimæ, quæ ad processum oppositæ prius sunt examinandæ. Et si non reperiuntur obstare, cognosci debet de crimine.* SALYC.

XXXIII. *Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONORIVS AAA. *Rufino P.P.* †

ADulterij accusatione proposita, præscriptiones ᵍ ciuiles ᵈ, quibus aut dos repeti fingitur ʰ, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur ⁱ, quæ occurrere, atque perstrepere examini consueuerunt ᵃ, iubemus sequestrari ᵏ, nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri ˡ: sed accusatione fundata, hoc est cùm constiterit quo iure: id est maritine, an extranei, quóve tempore accusatio fuerit ᵐ intromissa: discutiatur crimen, facti qualitas publicetur ⁿ: cùm & iurgia ᵒ, quæ magnitudine superantur, & ciuilis actio criminali iure postponatur ᵖ. Idem tamen cum competere cœperit ᑫ, habitura momenti: dummodò non obsit huic examini ᶻ ʳ. Dat. VII. Idib. Decemb. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino Coss.

Ex præsenti præsumitur in præteritum: & violenta præsumptio, quam lex pro plena probatione habet, æquiparatur confessioni partis. h. d. Vel sic: *Per actum contrarium subsecutum præsumitur aliquid in præteritum, quod aliàs erat incredibile.* BALD. Vel sic: *Si is, qui repulit accusationem adulterij: quia consentiebat mulieri, reperitur postea in vxorem illam ducere: puniendus est tanquam confessus.* SALYC.

XXXIV. *Idem AAA. Rufino P.P.* †

SI qui adulterij ᵃ fuerint accusati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per

y ¶ *Præscriptiones.* i. Exceptiones. CVIAC.

g ¶ *Præscriptiones.* id est, petitiones, quas obijcit mulier viro, vt obtentu earum remoueat, vel differat accusationem adulterij.

d ¶ *Ciuiles.* Quæ non pertinent ad causam criminalem. CVIAC.

h ¶ *Fingitur.* cùm nulla sit: & idem, si sit.

i ¶ *Flagitatur.* quod vxor à viro petit.

k ¶ *Sequestrari.* vt in iudicio non appareant.

a ¶ *Obice.* id est, oppositione, & accusatione fundata: id est, cùm constiterit, quo iure quis accusauerit, & quo tēpore: quo iure, vtrùm extranei, an mariti: quo tempore, vtrùm intra quinquennium, vel sex mensea. CVIAC.

l ¶ *Afferri.* nam nec ᵃ dilatio in causa adulterij danda est: nisi forte vt personæ exhibeantur: aut iudex, secundùm quod qualitas negotij suggesserit, hoc permiserit: vt ff. eodem. l. in criminibus.

m ¶ *Accusatio fuerit.* id est actio.

n ¶ *Publicetur.* per probationes.

o ¶ *Iurgia.* crimina minora, quæ superantur à maioribus.

p ¶ *Postponatur.* vt ff. qui accus. non possunt. l. 3. & ciuilis postponatur criminali etiam aliàs, vt hic, & supra de ord. iudic. l. fin. & sic argumentatur ᵇ à maiore, & à pari ᶜ.

q ¶ *Competere cœperit.* quod erit, si fuerit absoluta in accusatione adulterij: aliàs non: vt infra eod. l. fin. Idem in crimine alio, vt damnatus non possit eam accusare: licet inchoatam quandoque possit perficere: vt ff. de public. iud. l. is, qui.

ζ ¶ *Examini.* id est, crimini adulterij: id est quamuis ciuilis quæstio postponitur, non tamen ob id extinguitur. Nam si eam iure competere apparuerit, de ea agere poterit. CVIAC.

[Margin: † Ex C. Th. eod. tit. l. 7. a Dilatio non datur in causa adulterij. * al. [illegible] in [illegible] quæ [illegible]. b Argumentum à maiore. c Argumentum à pari. † Ex C. Theod. tit. l. 8.]

r ¶ *Examini.* accusationis: nec examen accusationis iam terminatæ obijcitur ciuili postea intentandæ, si modò (vt dixi) fuerit absoluta.

SI qui.] CAIVS. Seius dicebatur commisisse adulterium cum Titia: Titius excusabat se eo prætextu, quòd erat eius agnata: iudex in causa non processit: postea Seius duxit in vxorem eam: vnde præsumptio est contra eum, quòd non fuit cognata eius: an sit puniendus, quæritur? Et dicitur quòd sic. VIVIAN.

s ¶ *Adulterij.* Idem Nouell. 134. §. penult. CVIAC.

 s ¶ Cum

480/C.IV.K.5-4, 2353-2354
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Commiti.* vt arg. *T. de episcopis, & clericis. l. eum, qui probabitur.*

b ¶ *Publicabunt.* Sic *xxxiij. q. i. c. j.* ¶ Sic nota hic *præsumptionem* [a] ex præsenti ad præteritum: & *T. de mortuo illato libero. l. cum quis, & in authent. de restitutionibus, & ea, quæ parit in vndecimo mense. §. verum si quidem. & §. mulier autem. collat. iiij. & in authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò accusat. vbi.* ACCVRS. FLORENT.

c ¶ *Commiltum.* ex præsumptione huius legis: & sic nō expræsumptione hominis, cæ obiit. *ff. de pœnis. l. abstinentes. §. & dixi de hac T. eodem. l. quæstiones adulterij.* Sed videtur, quōd [b] non debeant condemnari iam absolutæ: nisi docerentur de pœnitentione primi: vt *ff. de accusationibus. l. si cui. §. eidem crimini.* Sed dic illud verum: quando probatione hominis tantum vtuntur: secundus accusatorthic autem probatione legis. 2. Vel dic quōd prima causa non fuit definita: sed indifinita remansit. ACCVRS.

a Præsumptio fumitur quandoque ex præsenti ad præteritum.

b Absolui homines, non possunt condemnari.

Si mulier.] CAIVS. Mulier Titio nupta timens se fabricare alij propter accusationem adulterij, ob hoc ei misit libellum repudij, vt sic fabricaretur an posset accusari, quæritur. Et dicitur quōd. &c. VIVIAN.

d ¶ *Videntur.* ad sequentia plenè referuit, quasi dicantideō deferitur vir, ne illa cōmaculet, &c. Item ad pœcedentia quia ideō disperitquia credebat postēā non commaculare aliquid, quasi ei licetet.

e ¶ *Accusationi.* ¶ Nūquid accusabitur adulterij, vel stupri? Resp. *Baptism. ff. ad l. Iuliam. §. lex Iulia.* Sed pœna adulterij imponitur, vt scilicet detrudatur in monasterium: *et in authen. vt nulli iudic. §. quia verò aliqui. collat. iv. & in authen. vt liceat ma. & vxo. §. quia verò quadam. collat. viij.* ¶ Sed nōnne & quilibet alius poteſt accusare? Resp. Ōd. præterquam virum quandam per legem illam. ¶ Sed quid si meretricio more viuat? cōmuni non videtur in ea stupratur. *T. ad l. Iul. de.* Sed hic dicas contrā in edict. remittēdo libellum, *per dictum authent. vt nulli iudicum. §. quia verò aliqui. & vt liceat ma. & vxo. §. quia verò quadam.* & facit *ff. ad l. qui pupillam. in princ. & l. fin.* ACCVRS.

commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur nō debere credi, quod allegatur, vel non potuisse committi *: hi, si præsumdum in nuptias suas, conforti ūmque conuenerint, facinus illud, in quo fuerint accusati, manifesta fide, atque indiciis euidentibus publicabunt [b]. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iustissimus in eosdem seuerissimē vindicari, & veluti conuictum [c] facinus, confessūmque puniri. Dat. II. Non. Decembr. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Coss.

Mariture quandam in accusationibus stupri alijs accesserunt. Vel sic: *Sequens diuortium non prodest mulieri, quo minus à marito quandam pœnis accusari.* BALD. Vel sic: *Maritus admittitur ad accusandum vxorem quandam de stupro commisso post quam diuortio ab eo. h. d. secundum ieti. glos.* SALVC.

XXXV. *Imp.* HONORIVS, & THEOD. AA. *Palladio P.P.*

SI mulier * repudij oblatione sine vlla legitima causa à se dati discesserit: ne viduitatem [d] stupri procacitate commaculet, accusationem [e] repudiato marito inire deferimus. Dat. XII. Kal. Mart. Rauennæ, Eustachio, & Agricola Coss.

Etiā mortua adultera serui adulteri intra duos menses manumitti non possunt: quia duos post mortem quasi de adulterij propter dotem: post autem duos menses illi possunt manumitti, & liberali quæstioni, nisi per subterfugia adulterij illud tempus se elapsum. BALD.

XXXVI. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni P.P.*

LIbertatem seruorum, qui ad dominium pertinent vxoris, vel mariti, vel parentum eorum: repudio misso, propter suspicionem criminis adulterij, legum conditores intra duorum mensium [a] spacium post missionem repudij numerandum suspendi [β] definiunt [γ], propter tormentorum quæstionem (si opus exegerit) eis imponendam. Sin verò vxor [tua] matrimonio sub præfato modo dissoluto, cebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore quousque seruos eos propter memoratam causam permanere deceat, adiiciunt [δ]. Nobis verò necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quæstionem, vtrum in lucro mariro cedat, an heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque duos [etiam *] menses post mortem mulieris seruari, vt intra eos ante dicti serui permaneant, & facultatem matrius habeat probationes adulterij per eos præstare [b]. Transacto verò memorato tempore, licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere [c]: nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulterij, tempore videlicet imminente, exercere. Dat. V. Kalend. Nouembr. Constantinopol. post consulatum Lampadij, & Orestis VV. CC. anno II.

Libertatem.] CAIVS. Si mulier accusetur de adulterio: tam serui sui, quàm mariti, quàm parentum eorum burtur intra duos menses cōpurandos à tempore diuortij: & serui manumitti non possunt. Si verò mulier pendente accusatione decessit, post mortem suam examinabitur accusatio: & serui intra duos * menses cōputandos à morte mulieris manumitti nō debent, quibus elapsis poterit heres mulieris eos manumittere. VIVIAN. ¶ Vide scripta ad *l. j. T. ad.* CVIAC.

a ¶ *Mensium.* Vide *cap. 15. de præscript.* CVIAC.

β ¶ *Suspendi.* Vt fiat statutibri. CVIAC.

γ ¶ *Definiunt.* vt *ff. qui, & à quibus. l. prescriptis. & T. ad l. in adulterij. & l. verba.* vbi plenè diximus. ACCVRS.

δ ¶ *Adiiciunt.* Sed quando vir decederet, vel pater, vel mater mulieris, sic: vt *dicta l. prescriptis. in fin. & l. seq. & l. si pecunia. §. fin.*

b ¶ *Probare.* vt hoc probato, dos cedat eius lucrori. & *T. de repudij. l. cum sola. §. vir quoque. & §. vinum.* & sic nōn. poſt * mortem quæri de crimine propter bona: vt *hic, & ff. ad Silan. l. Caius. & l. de affer. vel lend. l. j. in fin. & T. si res. vel accusat. mortuorit. l. quæsitus.* Item habet locū hæc lex tantum, quādo facta diuortio decessit: secus si in matrimonio. ACCVRS.

c ¶ *Inquam.* Sed an per alias probationes admittitur saltem iure extraneī vique ad alios quatuor menses? Quod videtur: sed recipiendo, si de dote contentiunt, perpetuō prohibitiquia *quæ annus, &c. vt T. de exceptio. l. licet. & ff. de exceptio. de. l. post in fin.*

* decēs.

a De præscriptione duorū mensium, vide Dynam. *ord. de præscript. ar. 12.*

b Mortuus poteſt accusari de crimine propter bona.

SI QVIS EAM, CVIVS TVTOR fuerit, corruperit.

TITVLVS X.

Post titulum generalem de stupro, datur specialis de stupro, quod tutor infert pupillæ suæ: quia id Constitutio huius tit. punit grauius, quàm quod quis alium alij infert, leg. Iulia, quia inflixit tantum relegationem, aut publicationem dimidiæ partis bonorum: vt est Iulia. Hic autem Constitutio inflixit deportationem, & publicationem omnium bonorum, qua & tacitè deportationem sequitur, & pœnam hanc quoque Constitutio ab circumstantiis ostendit quibus stuprum: quod deportatio, clementia deposita, tum infandi stupri reprobi per eam principis inflignere pœnam legi Iulia de vi publica qua in raptorem est vltimum supplicium: quia indicia, quæ sunt huic atroci, & illecebra vi comparantur: imò secundum Iuliana legem maiori pœna digna est vis, qua verbis, quàm qua viribus fit: quantum hæc corpori cauetur corruptio, illa animum quoque. Turpius est stuprum in tutore, cui mores pupillæ informandi, custodiq; bani commissi sunt, qui si id commitat, non tutor: sed proditor pupillæ est. Nec enim indulgentia duci prodituri comparatur violator pupillæ tutor. Quintil. declam. CCLXXXIV. Turpius, inquam, est stuprum in tutore: maximè si per matrimonium concractum non sit. Nam si tutor pupillam dicat vxorem, sufficit pœna legis Iulia de stupro. l. 3. ff. eod. Libertum, ff. de rit. nupt. Si corruperit vinta matrimonium, pœna locum est Constitutionis huius longe maiorem, quàm in hac tantum mutata est. Nouell. Leonis philosophi XXXIV. quod non publice ex re: sed pupilla bona tutoris addicuntur, vt bona raptoris raptæ si ingenua fuerit, ex l. 1. ff. de rapt. vig. CVIAC.

Si tutor quandam commisit stuprum cum adulta, debet deportari, bonis omnibus confiscatis. BALD.

1. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Bassum vicar. Italiæ.*

SI tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportationi subiungetur [α], atque vniuersæ eius facultates fisci iuribus vindicentur [β], quamuis

SI QVIS EAM, cuius tutor fuerit, corruperit.

Specialiter de quadam corruptione dicit.

Si tutor.] CAIVS. Si tutor pupillam fæcam adultam stupraverit: deportabitur, & bona eius confiscabuntur, licēt pœna, qua raptor virginis punitur, fuerit plectendus.

α ¶ *Deportationi subiungetur.* Cōstantini ēpare adulterium cæpit non punietur: vnde fit vt deportetur tūrōm tutor, cum compositione, nulla adulterij pœna, tutoris quoque pœnam augere debuerint. CVI.

β ¶ *Fisci iuribus vindicentur.* & ex Nou. Leonis 54. bona

480/C.IV.K.5-4, 2355-2356
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

34.bona tuteris pupilli adiudicantur. CVIAC.
a ¶ *Raptori.* virginis.
b ¶ *Leges imponunt.* quæ est vltima supplicij: vt *ff. de nupt. vsuf. l. j.* sed pœna mitior * interpretanda fuerit quo v. Tiraquell. *tractatu de pœna temperandi, cum commentario.*
b *Quamvis.* dicto adiectitia: intendam correctiam.

DE MVLIERIBVS, *quæ se propriis seruis iunxerunt.*

Et hic de quodam alio seruili stupro pœnæ.

Si quæ.] CAVSA. Si domina cum seruo suo se immiscuerit, capite plectetur, & seruus combaretur: & quilibet administrat ad accusationem iuratum: & si ex tali cõmixtione nati fuerint filij, ad dignitates non promouebuntur, nec ex matris substantia aliquid percipient: mulieri succedent filij legitimi, vel, his non extantibus, alij propinqui: & si quid habuerit in peculio, hoc, quod suporest mulieri ad vitam, dabitur successoribus eius. VIVIAN.

c ¶ *Cerebit.* multo * magis & manifestè. Et nota quòd curialiter dicit.
d ¶ *Subiugetur.* scilicet fœmina, & est specialè *, aliàs alia pœna pro stupro imponitur: vt *Institut. de pub. iu. §. item lex Iulia de adulterij.*
e ¶ *Proberum.* Malo seruo: sic dicto quasi verberibus se subiectus. CVIAC.
c ¶ *Verberum.* id * est seruo, qui post verberis corrubuerit: sed aliis eccasi quando dominus cum ancilla sua rem habet: vt *Iustin. qui manum. non pos. §. eadem, & §. commenta de manumiss. l. fin. & de nat. liber. authentic. quid int.* ACCVRS.
f ¶ *Officio.* id est, officialibus, & stationariis, qui denunciant crimina, *l. v. §. de accus. & inscript.* CVIAC.
f ¶ *Nunciandi.* & probandi necessitate vt §. *de crimin. l. j. tit. xq.*
g ¶ *Deferendi.* specialè * sed regularitèr conta: vt *§ de sud. l. vsu.*
h ¶ *Libertas dabitur.* pro pœnitio: & sic pretium dabitur domino à fisco: vt *§. quis ex cons. for. pro acc. lib. I. pen.* At ille seruus stuprator manumitti non potest: vt *§ de bonis indiff. l. hæ verba. §. j. & §. de collu. dotegen. l. j. & subiugat.*

a Pœna mitior interpretanda fuerit quo v. Tiraquell. *tractatu de pœna temperandi, cum commentario.*
b *Quamvis.* dicto adiectitia: intendam correctiam.

Aquil. Constantino A. VII. & Constantio C. Coss.

DE MVLIERIBVS, QVÆ SE PROPRIIS seruis iunxerunt.

TITVLVS XI.

Hæc etiam titulus est specialis de stupro, quod mulier libera commiscit cum seruo proprio, quod longè turpius, & grauius est, quàm superius, pœna, quam in stupro Constitutio huius tituli, demonstrat, quæ est in mulere capitis amputatio, in seruo concrematio. Superiùs non vindicatur in seruos: sed in seruos tantum: & deportatione: non morte. Nec in seruos mortè: ac proinde illud deferentes seruos non audiuntur, hoc deferentes audiuntur: & pro præmio, si reos peregerint, libertatem consequuntur. Verumque tamen est publicum crimen. Nam, l. 30. §. tit. IX. adulterium tantum crimen numero publicorum Iudiciorum, non stuprum. Et vt illud: ita hoc breuis punitur, si per matrimonium contractum sit, quàm seruo manumisso: vt patet ex Non. Leonis, & Anthony, cod. tit. & l. 3. Edit. supp. & Paulo 1. sent. cod. tit. Quod autem sequitur in hac Constitutione, Filij etiam, quos, &c. similem quantum differt ab eo, qui in eadem verba habet in Cod. Theod. & à iure canonum. Nam vtrinque bona damnati, damnatæq; pœna capitali simul, ac filiorum ex eo conubiorum procreatorum addicit legitimis hæredibus mulieris, non sicut quod tamen pœna capitali confundatur, & consumpta erat. Sed idem etiam in raptus causa longè priùs admittit Constitutio cit. sup. vt vel nulli, vel alij, quàm publicè adiudicentur bona rerum. CVIAC.

Seruus, qui concubuit cum domina, debet combiri, & domina decapitari, & filij inde nati sunt spuri, & insuccessibiles matri, & eorum successio deferatur alijs legitimis successoribus. BALD.

1. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad populum.*

Si quæ † cum seruo [suo *] occultè c rem habere deregitur, capitali sententiæ subiugetur d, trahendo ignibus verberone e *. Sirque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sitque officio f copia nunciandi f, sit etiam seruo licèntia deferẽdi g, cui probato crimine libertas dabitur h.

Filij etiam, quos ex hac conIunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis i insignibus in nuda maneant libertate, neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntaris accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis, cognatisque deferatur, vel ei, quem ratio iuris admittit k. Id autem, & quod ille l, qui condemnatus * est, & quod ex eo susceptij filij quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum m: à memoratis successoribus vindicetur. Dat. I V. Kalend. Iun. Serdicæ, Constantino A. VII. & Constantio CC. Coss.

a Arguendum à minore: de quo dici in *l. vlt. §. qui statu. libe.*
† Ex C. Theod. *tit. de rap. l. v.*
* deest.
d Stupri pœna interdum capitalis.
e ¶ *Cerebit.* multo * magis & manifestè. Et nota quòd curialiter dicit.
f Vbiero quis.
g Deferendi.
h Libertas pro præmio interdum datur.

AD LEGEM IVLIAM DE VI publica y, vel priuata.

TITVLVS XII.

Tres titulí superiores sunt de stupro, vel adulterio contracto sine vi, quod punitur lege Iulia de stupro, vel Constitutionibus factis ad eam legem, longè non, aut adulterium quod vi contrahitur, non punitur ea lege: sed lege Iulia de vi publica. l. mariti. §. vlt. l. vim. in pr. ff. ad leg. Iul. de adult. de qua dicere institit. vt expulsa eius petellata, quæ laciffimi patet, & pœnis: deinde tit. sequenti specialiter dicit de stupro, vel adulterio vi contracto. Pœna autem legis Iulia de vi publica, vel priuata longè mitiores sunt, quàm Constitutionum pœna. Nam de vi publica lege Iulia est deportatio, de priuata relegatio, & publicatio tertia parte bonorum: Confiscatio lege vi priuata, vt patet, si quis per vim ingressus sit possessionem alienam, est capitis pœna: quod & cadit, si qua interuenisse auctori vis inferenda imputanda sit, & cadit quidem interuenisse aquam est huic pœna stari. Aliquin ex alia similem Constitutionem lege sufficit deportationis pœna, vis scilicet priuata plectitur ex ea Constitutione pœna lege Iulia de vi publica. Et sunt ista etiam esse Constitutiones, quam legis Iulia allusio apteè Lingua. hoc tit. qua dominii, qui per seruos suos vim fecerunt, si bonificiorum sint, infligit pœnam legis Iulia: si humiliores, pœnam Constitutionum. Vim autem publicam legimus in Institutionibus esse vim armatam: priuatam, quæ sine armis sit: quam non esse verorum distinctionem publica à priuata, ad Paulum affendi: & illam non esse veram, nisi quatenus omni vi armata publica semper: priuata nunquam censetur. Nam ex diuersis quæ ratione armata publica est, quid mutu armorum offendatur, & turbetur publica securitas, eadem inermi publica esse potest, vt si vis fiat libere capere: quia libertatis tutela publica est. l. 2. ff. ne de ita def. Si mina vulgatis excreuerunt: quia vis Reipubl. inferre videtur, cui sili comperit vulgatum esse: vel si quid ex incendio rapiatur: quia in respiratione maximè publica utilitas vindicanda est. l. 1. §. meriti. ff. depos. vel si quid aliud fiat, quod sit contrarium vi, iuriste publice principaliter, aut per consequentia: adeò vt quod cadit in legem Iuliam de vi priuata, posse, si quis velit, seruiens iudicio agere. Nemo in legem Iuliam de vi publica: sicut è contrario si quis maiorem quàm in hanc, in illam. CVIAC.

de bonis indiff. §. sirnum. ACCVRS.
i ¶ *Dignitatis.* quam per matrem sibi adscribebat. ACCVRS.
k ¶ *Admittit.* agnatum, vel cognati, vel etiam vicum, si habet: & est hoc speciale, vt nulla pars bonorum publicetur. alias contra: vt *§. de bon. posses. l. fin.* quæ est contra. & facit *supra de incest. nupt. l. si quis incesti.*
l ¶ *Id autem.* & quod ille. seruus, qui condemnandus est, qui dicitur habere in peculio, non vt suum: quia seipsum non habet.
m ¶ *Dominio sociatum.* non vt sibi retinet: sed vt succedentibus mulieri detur, cum ipsa capitali sententia subiaceat.

y v. Bossum in Pract. tit. de vi publica, & priuata. fol.

AD LEGEM IVLIAM de vi publica z, vel priuata.

Diuisi de maleficiis criminibus, sequitur de minoribus. Vis quia violentia in prædiis quandoque committitur: de hac violentia dicit: & quia hæc lex Iulia vrgebat de ipsa violentia. idcò de ea interpretanda, corrigenda, & suppleuda dicit: & quo sit eius pœna, dicit infrà cod. l. ij.

y ¶ *Vi publica.* id est, vi armata, vel inermi. Quæstio est de vi publica. Primùm constituta est lex Plautia. de qua in *l. nam sicut. §. si dominus. & §. furtiua. ff. de vsucap. & §. furtiua. Institu. de vsucap.* deinde constituta fuit lex Iulia, ex qua hodie agitur: non ex Plautia, quæ lata est ab Augusto Cæsare. Cic. 1. *Philip.* Ab eodem etiam lata est lex Iulia de ambitu, & de adulterijs. Reliquæ verò leges Iuliæ latæ sunt à Iulio Cæsare, vt docet Cic. *in eadem Philip. & in orat. in Pisonem.* CVIAC.

Ob debitum] CAVSA. Creditor suus forte priuatus, sua sibi calli, bona vxoris debitoris per vim accipere non debet: alioquin lege Iulia de vi accusari poterit. VIVIAN.

* In C. Th. legitur, adulterij, vt & quod dic, pœnam armatam.

480/C.IV.K.5-4, 2357-2358
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Munus*. quod gessit maritus, nisi fuerit principaliter de quo dic, vt C. *quib. ex caus. pign. tacite contra. l. facit.*
ADDITIO. Idem obtinet in cæteris muneribus, si bona vxoris sunt in dotem data: in aliis extra dotem non tenetur. arg. *l. 3. C. ne vxor pro marito.* CVIAC.

a ¶ *Res vxoris*. Non in dotem datas, *l. 3. C. ne vxor pro marito. l. 1. C. de priuileg. fisci. l. 11. ff. de decurionibus.* CVIAC.
b ¶ *Videntur*. non ergo licet: vt & *l. ne vxor pro mar. l. 3. & 4. & de don. inter vir. & vxor. l. ...* An autem res ipsius debitoris? Dic non: vt ff. *vi bon. raptor. l. 2. & ff. eod. l. in possessionem.* nisi ex conuentione: vt C. *de pign. l. 3. & facit C. de priuil. fisci l. 1.* ACCVRS.

¶ Contra ... parte ... [illegible]

Ob debitum viri res vxoris capi non possunt, & capiens vim committit. BALD.

I. *Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Priscæ.*

OB debitum † viri, vel ciuile munus a, res vxoris a qui pignori capiũt, vim contrahere videntur b. Dat. Kalend. Iuliis Romæ, Antonino A. II. & Geta II. Coss.

Fiscus ex debito succedens pro parte, creditoribus confiscati pro rata tenetur. Item illis defensionibus vti potest, quibus poterat vti damnatus. Vel sic: *Tam ius agendi, quàm ius conueniendi, & ius excipiendi transit in fiscum.* BALD. Vel sic: *Fiscus pro quota bonorum ad eum peruenta, tenetur creditoribus.* SALYC.

II. *Imp. Antoninus A. Vito.*

TVtoris tui lege Iulia de vi priuata damnati, si tertia pars c bonorum fisco vindicata est, tutelæ d actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modò si nulla præscriptio e locum habeat. Nam successio f pro oneribus g portionis suæ respondet. PP. XV. Kal. Mart. Antonino A. IV. & Balbino Coss.

Sorer potest agere de rapina sponsæ, & pater potest agere de inclusione, siue incarceratione filij sui. BALD. Vel sic: *De rapta sponsa, & filij inclusione potest agi lege Iulia de vi publica, vel priuata.* SALYC.

III. *Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Bianori.*

SI confidis sponsam filij tui raptam esse h, vel filiũ tuum inclusum instituere solenni more legis Iuliæ de vi i accusationem apud præsidem prouinciæ non prohiberis. PP. VIII. Kal. Maij, Veronæ, AA. Coss.

Ex delicto serui criminaliter accusatur ipse seruus, non dominus: sed si dominus etiam deliquit (putà verberando) potest ipse de suo delicto conueniri. BALD.

TVtoris.] CASVS. Tenebatur tutor pupillo in centum ex mala administratione condemnatus: quia alicui vim intulit, relegatus est, & tertia pars bonorum suorum confiscata: an pupillus ratione tertiæ illius possit conuenire fiscum iudicio tutelæ quæritur? Et dicitur quòd sic a.

c ¶ *Tertia pars*. quæ est pœna huius legis cum relegatione: sed si publica est vis, tunc omnia auferuntur, & deportatur: vt *Instit. de pub. iud. §. item lex Iul. de vi. & ff. eod. l. quoniam, & ff. eod. l. 2.*
d ¶ *Tutelæ*. personalem ergo: non solùm hypothecariam contra fiscum intentat: nec est speciale in pupillo: sed idem in quolibet creditore: vt *ff. solut. matrim. l. si marito. in princip. & ff. de bon. proscript. l. si vt proponis. & de sententiam passis. l. 4. & C. de fideiuss. l. 1.* Nec ob. *ff. de iur. dot. l. mulier.* quia ibi mulier non amisit bona, & sic non potest dici maritus tanquam successor.
e ¶ *Præscriptio*. id est exceptio: vt pacti, vel similis: vel dic propriè, vt triginta annorum.
f ¶ *Successio*. id est successor: vt est fiscus.
g ¶ *Pro oneribus, &c.* vt & C. *si cert. pet. l. 1. & de hered. act. l. 1.*

a Postibus si ... succedens filio ... à patre, dicere ... defuncti testamentum ... Cremensis ... tamen ... loco heredis ... nium si filius defuncti ... non ... testamentum ... nec fiscus ex persona ... v. Corneliam *fugit.* 3. [illegible]

SI confidis sponsam.] CASVS. Si sponsam filij tui rapuerit quis, vel filium tuum per vim incluserit: an eum lege Iulia de vi accusare possis, quæritur? Respond. quòd sic. VIVIAN.
h ¶ *Raptam esse*. id est hoc te posse probare.
i ¶ *De vi*. vt *ff. eod. l. & eum.* sed & primo casu potest agi de rapto, & maior pœna imponitur: vt C. *tit. 1.* Item secundo potest accusare de priuato carcere: vt *C. de priuat. carcer. l. 1.*

SI criminis.] CASVS. Si seruus tuus res meas rapuit, ipsum, non te accusare debeo lege Iulia de vi: si verò tu me verberaueris hominibus coactis: te possum lege Iulia de vi accusare.
k ¶ *A seruo*. Fiscinuli.
l ¶ *Instituere debes*. accusationem legis Iuliæ de vi publ. vel priuatæ: sed contra *ff. de accusatio. l. hos accusare, § omnibus.* sed dic intentari hic, vt vltimo supplicio puniatur: vt C. *eod. l. seruus.* vel etiam aliàs corporaliter coerceatur: vt innuit in fine huius legis. & sic grauiùs punitur, quàm liber, in bonis, & relegatione: arg. *ff. ad legem Cornel. de sicar. l. 3. § penult.* ACCVRS.
m ¶ *De hoc etiam*. id est propter hoc: quasi dicens, non solùm iniuriarum agere, sed etiam hac l. criminaliter.

n ¶ *Debeat*. quæ est pœna, dixi C. *eod. l. 3. & facit C. de emendat. l. si seruus. & C. de accusat. l. 4.*

IN possessionem.] CASVS. Si creditor in possessionem fundi sibi obligati per vim ingreditur, leg. Iul. de vi poterit accusari.
g ¶ *Creditor*. Chirographarius, *l. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi priuata.* Vel hypothecarius sine conuentione, *l. 3. C. vi bon. rapt.* CVIAC.

IV. *Iidem AA. & CC. Liberatis.*

SI criminis accusationẽ propter res à seruo k raptas intentandam putaueris, non contra dominum: sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes l. Sed quoniam à Fiscinulo etiam te verberibus afflictum asseuerasti hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam m, si legis Iuliæ de vi priuata reum deferendum putaueris, apud præsidem prouinciæ age, nõ ignarũ quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat n. S. XVII. Kalend. Iul. Sirmij, AA. Coss.

Titulus crediti non excusat ingredientem vi. BALD. Vel sic: *Creditor per vim prohibetur ingredi possessionem fundi debitoris.* SALYC.

V. *Iidem AA. & CC. Optimi.*

IN † possessionem fundi licèt creditor g per vim ingrediatur, Iuliæ legis vis priuatæ o reus deferri potest. S. VI. Idib. Decembr. Nicomediæ, CC. Coss.

Accedens ad rem ab alio possessam causa expellendi illum de possessione: si ea occasione homicidium interuenit: siue ex parte insistentis, siue ex parte resistentis, est ad mortem condemnandus, & appellare non potest. h. d. l. nostra, quam not. BALD.

VI. *Imp. Constantinus A. ad Catulinum proconsulem Africæ* †.

QVoniam p multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur q, cùm aliis vim inferre certantibus r, aliis cum indignatione resistentibus, verbera, cædésque crebrò deteguntur admissæ: placuit, si fortè quis vel ex possidentis parte, vel ex eius, qui possessionem temerare tentauerit, interemptus sit s, in eum supplicium t exerceri, qui vim facere tentauerit u, & alterutri parti causam malorum præbuerit x: & non iam relegatione y,

o ¶ *Priuatæ*. vt *ff. ad leg. Iuliam de vi priuat. l. fin. & C. vi bonorum raptorum. l. 3.* nisi ex pacto: vt *C. de pignorib. l. 3.* Sed contra *ff. de furtis, l. cum creditor.* sed ibi furti actionem denegat: vel in dubio illud obtinet: at hic probatur vis malo animo commissa, vel ibi ex pacto accepit: & facit *C. eod. l. 1.* ACCVRS.

QVoniam.] CASVS. Possidebam quoddam prædium: tu illud inuasisti, & ego tibi resistebam: in illo conflictu aliquis interfectus est, vel ex parte mea, vel ex parte tua: quam pœnam pati debeas, quæritur? Et resp. quòd pœnam capitis: non deportationis, vel relegationis: nec audieris appellans.
p ¶ *Quoniam*. vide rationem quare duriùs puniri pro homicidio debeat. ACCVRS.
q ¶ *Continentur*. vt damni datio, iniuria, vulnerũ illatio, & homicidia: sic *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. l. 3.*
r ¶ *Certantibus*. in possessione prædij auferenda. ACCVRS.
s ¶ *Interemptus sit*. Not. quòd non distinguitur à qua parte sit interemptus, nec à quo. Dicas tamen quòd si potuit se sine homicidio defendere aggressus, quòd tenetur: vt C. *unde vi. l. 3. & ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. § qui cùm aliter, & l. si ex plagis. § 1.* Item an nihilominus tenetur occisor? quod dici potest, secundùm H. nihil enim vetat plures de eodem homicidio teneri, nisi ad defendendum fecerint. ACCVRS.
t ¶ *Supplicium*. corporalis pœnæ: scilicet capitalis: vt subiicit. ¶ Sed numquid lisantes eum, si in aliquo damnetur,

† Ex l. 3. C. de pign.

† Cod. Th. lib. 9. tit. 10. l. 1. sed paulo aliter.

poterunt agere mandati a, vel ex stipulatione, si promiserit reddere damna? Respond. non: quia cùm sit turpis b promissio, potior c est conditio possidentis: vt *Instit. mandati. § illud.*
¶ Item nota hic puniri d affectum vltra quàm se extendat: quia hic violenter solam possessionem habere affectabat, non occidere: vnde voluntas e, & propositum non distinguunt hic maleficium, quod est alibi: vt *ff. ad leg. Corneliam de sicarijs. l. 1. § diuus.* sic de termino moto etiam ignorans f punitur: vt *ff. de termino mot. l. 3. in fine.* Sed in hoc est contra illa lex: quia ibi minus punitur ignorans: quod hic non est. Solut. hic plura delicta, & mala sunt. Vel ibi in splendidioribus dicit, vel ibi non fuit vis aliqua.
ADDITIO. Tu videas de hoc Bart. in *l. diuus ff. ad legem Corneliam de sicar.* ubi pulchrè pertractat quid iuris, quando quis plus deliquit, quàm cogitauerit.
u ¶ *Tentauerit*. id est tentando fecerit. Vel tentauerit quantum ad ablationem: quod facere non potuit.
x ¶ *Præbuerit*. sic *ff. si quadrup. paup. fec. dic. l. 1. § cum arietes. & C. vnde vi. l. meminerint. & de accus. l. fin.*
y ¶ *Relegatione*. quæ est g pœna legis Iuliæ de vi priuatæ.

a Ex mandato rei turpis admissæ non mandatorum agi non potest. adde Clarum ... [illegible]
b Promissio turpis non obligat.
c Possidentis conditio potior est in causa turpi.
d Punitur interdum affectus vltra quàm se extendat.
e Voluntas, & propositum an semper distinguant maleficia.
f Ignorans interdum punitur.
g Pœna vis priuatæ, relegatio.

a ¶ Depor

a ¶ *Deportatione.* quae * est poena publicae violentiae: vt dixi l. eod. l. 3. Accvrs.
b ¶ *Suspendat.* nec. sic l. quorum appell. non recip. l. [illegible]. & l. de falsi. mon. l. 3. §. 3. & l. [illegible] §. 3.

SI quis. b Duo facit: quia primò dat consilium per viam iuris. Secundò punit eum, qui suo suscepto consilio superbiam sequitur voluntatis. secunda ibi, quòd si omissa. secundùm Odofr. & Cyn. Casvs istius legis ponitur in gloss. sed clarius dic sic: Ticiè de possessione fundi me expulisti, an agere possim ciuiliter interdicto vnde vi, vel criminaliter lege Iulia de vi. quo casu nisi probauero, sustinebo poenâ talionis: si verò te deieci, restituam tibi possessionem, & me accusabis lege Iulia de vi. & differetur poena mea, quousque de possessione fuerit agitatum: & si côtra me fuerit pronunciatum in causa criminali, deportationis poenam sustinebo, omnibus bonis meis confiscatis. Viv.

aut deportatione * insulae plectatur: sed supplicium capitale excipiat, nec interposita prouocatione sententiam, quae in eum fuerit dicta, suspendat b. Dat. XV. Kalend. Maij Serdicae, Gallicano & Basso, Coss.

Expulsus contra expulsorem potest tam ciuiliter agere, quam criminaliter accusare, in criminali legitimè se subscribendo. hoc primò. Si expulsus ex interuallo suum deiecit expulsorem, potest interdicto recuperandae ciuiliter conueniri: & causa per condemnationem terminata, criminaliter deportandus accusari: et inde, si veniat, criminaliter condemnandus. Bald.

VII. *Idem A. ad Bassum P. V.* *

SI quis ad se fundum c, vel quodcunque aliud d asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: aut ciuiliter e super possidendo agat e, aut impleta solennitate f iuris, crimen violentiae opponat: non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non poterit comprobare, quam reus debet excipere g. Quòd si omissa interpellatione h vim possidenti intulerit i, ante omnia violentiae causam k examinari praecipimus, & in ea requiri, quis ad quem peruenerit l * possidentem: vt ei, quem constiterit expulsum m, amissae possessionis n iura reparentur: eademque protinus restituta, si criminalis quaestio agitetur o, violentus poenae non immeritò

c ¶ *Si quis ad se fundu.* De fundo, quem possidebam, me deiecisti debeo vel ciuiliter: scilicet petitorio, vel possessorio repetere: vel criminalem accusationem de vi instituere, & inscribere. Si autem ex interuallo mea auctoritate te deiecero, ages côtra me de violenta possessione per interdictû vnde vi: & postea criminaliter de vi me accusabis, & vsque tunc differetur poenae impositio.
d ¶ *Quodcunque aliud.* vineam, vel domum.
e ¶ *Ciuiliter.* Id est, interdicto vnde vi. §. vlt. Cviac.
e ¶ *Agat.* id est, interdicto vnde vi pro possessione. vel, id est, rei vindicatione nomine rei possessae.
f ¶ *Solennitate.* sc. inscribendo solemniter: vt dixi l. de acc. l. pen.
g ¶ *Excipere.* vt l. de accusat. l. fin.
h ¶ *Interpellatione.* iudiciali.
i ¶ *Intulerit.* sua authoritate.
k ¶ *Violentiae causam.* id * est, causam possessionis, in qua commissa est violentia, & in qua de violentia incidenter quaeratur. & postea principaliter in forma accusationis. ¶ Sed quando tractabitur haec causa? Resp. antequam * quaeratur, vel tractetur, quis dominus rerum sit, vel non: vel quale ius habeat in re aliquis rerum. & haec est plana. 2. Vel dic ante omnia, id est, antequam de crimine in forma accusationis quaeratur: & sic concord. l. de app. l. 3. & ff. de iud. l. si de vi. & ff. ex. l. qui rerum. §. 3. Sed contrà l. quando ciuil. act. crim. praeiu. l. 3. vbi dicit actori dari electionem ciuilem, vel criminalem, quam velit prius quaerere. Sol. nullum est contra: quia siue primò agatur ciuiliter, siue criminaliter, ante omnia examinatur crimen incidenter, nec f aliter de interdicto vnde vi quaeritur, nisi prius violentia patefacta. 3. Vel dic ante omnia, id est, ante accusationem criminalem, scilicet si voluerit expulsus. 4. Vel ante omnia, id est, praecipuè. ¶ Sed quaeritur, quare de interdicto vnde vi examinatur, cùm certum sit eam commissam? pro constanti enim posuit, quòd sit illata, cùm dixit, & intulit. Resp. expone, intulit, id est, intulisse dicitur: sic ff. de contrah. empt. l. si in emptione. & ff. de vsufr. leg. l. si alij. in fin. secundùm quosdam. Alij, quòd licet constet de vi: dicebat tamen, quòd incontinenti fecerat, & sic sibi licuerat: vt ff. de vi. & vi arm. l. qui possessionem. Vel secundùm Azo. licet constet: dicebat tamen, quòd causa sui iuris conseruandi fecerat: et quia dominus fructuarium, vel vsuarium deiecerat. Vnde opus est quaeri, quo animo fecerat: Iudex posuit casum de hoc, quòd si omissa, &c. quòd

a Poena vis publicae, deportatio.
b Spoliatus regulariter ante omnia restitui debet, quibus cautionem fallat haec sententia, vid. apud Marsil. singul. 199.
* C. Th. 9. [illegible] 3.
* al. [illegible], in omnibus.
c Accusationi ex solennitate, vt non sit sine inscriptione, hoc est, nisi accusator se inscribat ad poenam talionis. vide Clar. 5. sent. §. [illegible] in vers. [illegible] quaeq.
d Causa violentiae pro causa possessionis in qua commissa est violentia.
e Ante omnia violentiae causam examinare quid.
f Vnde vi interdictum antea definiri non posse, quàm violentia patefacta fuerit.

incontinenti repulit: & quòd dicit l. reparentur iura, scilicet damna: & quòd subiicit restituta, exponit, id est, restituto damno.
l ¶ *Quis ad quem peruenerit.* scilicet posterior: nam prior vis fuit absumpta per secundam ex interuallo factam, vt iam interdicto pro prima non possit agi: vt hic, & ff. de vi, & vi arma. l. qui possessionem. Idémque in crimine per hanc legem. & ad hoc l. vnde vi. l. si quis in tantam. sed aliud in interdicto quod vi, aut clam: vt ff. quod vi, aut clam. l. si alius §. bellissimè. & aliud in toto generali. nihil * dolosus dolosum ff. de dolo. l. si duo. Accvrs.

destinatus p in totius litis terminum differatur q: vt agitato negotio principali r, si contra eum fuerit iudicatum s, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis t. Propos. prid. Non. Oct. Romae, Constantino A. V. & Licinio Coss.

Seruus, qui proprio motu vim intulit, debet mori: si hortatu, vel iussu domini, poena mitigatur: & ideò damnatur in metallum. hoc primò. Viles personae, quae bis, aut saepius violentiam commiserunt, debent atrocius puniri, quàm cùm semel tantum. hoc secundò. Punitur iudex, qui vim illatam differt vindicare, vel remittit, vel imponit mitiorem poenam, quàm debeat imponere. Bald.

VIII. *Impp.* Valentinianvs, Theodosivs, & Arcadivs AAA. *ad Albinum P. V.* †

SEruos, qui fecisse violentiam confessionibus u testium, aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio x deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu, atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secûdum legem y Iuliam dominum infamem pronunciatû, loci, ac originis propriae dignitate non vti: seruos verò, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo z post sententiam dedi. Viles autem, infamésque personae a, & hi, qui bis, aut saepius b violentiam perpetrasse conuincentur, constitutionum diualium poenae c

m ¶ *Expulsum.* scilicet posterius.
n ¶ *Amissae possessionis.* id est, ipsa possessio cû omni damno: vt & ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. illud. & §. [illegible]. & §. si fundum.
o ¶ *Agitetur.* per actionem legis Iuliae de vi.
p ¶ *Destinatus.* quasi quali h praesumptione, per hoc, quòd in ciuili est damnatus: tamê non plenè: quia in accusatione plenius erat probandum: vt l. de probat. l. fin. & poterit multis ex causis vincere, qui amisit: licèt ex eadê causa: vt ff. de adult. l. denunciasse. §. pen. Additio. Videas de hoc plenè per Bart. in l. 9. §. 3. ff. [illegible] in 9. col. vers. quaero vtrùm probatione, &c.
q ¶ *Differatur.* puniri. & dic in terminum litis, id est, post finem litis ciuilis, & sequentis criminalis.
r ¶ *Principali.* scilicet de possessione ciuiliter.
¶ Id est, actione, seu quaestione proprietatis. Vide scripta ad L. 4. l. vnde vi. Cviac.
s ¶ *Iudicatum.* sc. subsequenter in criminali.
t ¶ *Abrogatis.* tacitè: vt l. si reus, vel accus. mort. fuer. l. si. Sed quaero, si incontinenti recupero, an delicto vsurpaueris, an habeat locum poena legis, si quis in tantam? Respond. nec delicto vsurpare, nec loci habet l. si quis in tantam.

SEruos.] Casvs. Si seruus commisit vim, aut ignorante domino, aut sciente: primo casu dabitur seruus vltimo supplicio: secundo casu dominus erit infamis, & seruus in metallum dabitur: si verò persona domini vilis fuerit, & saepius tale delictum commiserit, poena constitutionibus comprehensa puniendus est. quae ista sit, non aperitur: dic poena capitis vel lege Iulia de vi: iudex verò, qui id exequi distulit, infamis erit.
u ¶ *Confessionibus.* spontaneis. vel & in tormentis, ita quòd perseuerent: vt ff. de quaest. l. 1. §. diuus Seuerus. & §. si quis vltrò.
x ¶ *Supplicio.* id est, morti: vt ff. de poenis. l. vltimam.
¶ Et sic nota, quòd plus c serui, quàm liberi puniantur: vt patet l. eod. l. si criminis. in princip.
y ¶ *Secundùm legem.* vt ff. ad legem Iuliam de vi priuata. l. 3.
z ¶ *Metallo.* in d aliquo ergo eis parcitur: etiam in atrocioribus, si domino paruerint: & l. ad legem Iuliam de adulter. l. Gracchus. & facit l. de metallar. l. forum.
a ¶ *Infamésque personae.* scilicet dominorum nam supra in dignitate erant.
¶ Et sic nota plus vilem, e quàm nobilem ex aequali facto puniri: vt hic, & ff. de incend. ruin. l. Pedius.
b ¶ *Saepius.* Nota, plus puniri f saepius delinquentem: sic l. de episc. audien. l. 3. in fi.
c ¶ *Poena.* quia forte capite puniuntur, secundùm quosdam, vel saltem poena huius legis de vi, & etiam secundùm Azo. forte pro vi priuata deportabitur: vt sic in aliquo augeatur: & facit ad legem l. de poenis. l. qui sententiam. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu de adult. & obliga. l. forum.

a Dolosus dolosum nihil potest obiicere.
b Praesumptio qualiscunque colligitur in causa criminali, ex probationibus factis in causa ciuili. Alia igitur ciuilis quomodo probant in criminali causa. Bartolus & Albericus in l. [illegible] §. [illegible] interdicti. ff. [illegible]
† Cod. Theod. [illegible]
c Serui grauius puniuntur, quàm liberi.
d Mitius puniuntur serui, si domino paruerint etiam in atrocioribus.
*. quae scripsi ad Cuiac. [illegible]
e Nobiles mitius puniuntur ex eodem delicto, quàm viles.
f Puniuntur grauius delinquentes saepius, quàm qui raro.

a ¶ Impuni

480/C.IV.K.5-4, 2361-2362
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Impunitate.* absolutendo. ACCVRS.

b ¶ CRimen. Malum facit grammaticorum debere crimina dicere, hoc modo hæc duo, scilicet rapere, & servare raptori raptæ scirent non fuit difficilis criminis: & ibi, *Fuitque est vesperi, & mane dies unus.* Quia ergo est æquale cujuscunque videtur æqualis pœna vt §. *de apost. & clos. si quemquam. in fin. &]. de his, qui furon. accusl. l. j.* sed tamen hic est contrarius. *l. 7. tit. j. §. pœnas.* vel secundum Anto. fit, & ponas aliquem rapere, & alium scientem delicti servare non rapeam raptori, alterum crimen prædictorum non est alteri dissimile. & sic est bona grammatica.

† Iudex sine causa minorem potest legibus constituere infamia notari: vt sic alibi eadem pœna puniatur, quæ reus esset punidus, *l. qui. ff. de servum hæredem.* vide Romanil *sequ. ty.*

c ¶ *Mauhæus.*] CASVI. Prohibet imperator, ne quis fœtum habeat cales, qui transeuntes spoliant: & eis pœnam crescum librarum auri præter aliam pœnam corporalem imponit: Iudex autē qui hoc observari non fecerit, pœna centum librarum auri multabitur.

d ¶ *Bucellarii.* latrones sunt, qui à minimis incipiunt, puta à bucellis panis. Vel vertum quia ponunt in arcu carcerum lignum, vt non clament: vt de consortis S. Lazari factis fuit. ANOTTO. Bucellarios Suidas vocat Gallogrecos. Ammianus Marcellus *lib. 17.* Spartianus in Pert. D. Aug. *in ep. 56.*

d ¶ *Isauros.* qui [b] sunt pertinaciores latrones a Isiis: vt *l. de fœnor. pecuniarum.*

e ¶ *Isauros.* De his Dion. *lib. 1. Dig. c. 12.* cui adde Diod. *lib. 13.* Ammian. Marc. *lib. 19.* Zonaram qui vocat, [illegible] Hos Harmenop. *lib. 1. apost.* vocat pyratas. CIIAC.

e ¶ *In specie.* sic *L. de privat. car. l. 1.* & facit *in auth. de nomin. in princ. col. 13. Cons. 85.*

f Addit Bossi *in praet. tit. de rapt. matron. §. 6.*

g Continuatio.

DE RAPTV[a] VIRginum, seu viduarum, &c.

Specialiter d de quadam rapina, vel violentia dicit post generalem tractatum de vi.

RAptores.] Ista lex habet principaliter duas partes: quia primò loquitur de pœna imponenda ratione huius criminis in persona raptoris. Secundò loquitur de pœna imponenda raptori in bonis. Secunda incipit ibi *& si quidem.* Prima pars facit quamcunque præteneantur: iudicem verò nosse oportet, quòd graui infamia † sit notandus, si violentię crimen apud se probatum diluerit, seu omiserit, vel impunitate * donauerit, aut mollioreni, quam præstituimus, pœnam protulerit. Dat. Prid. Non. Mart. Med. Valentiniano A. IV. & Neoterio Coss.

Par crimen est rapere, & rapienti scienter receptare. BALD.

IX. *Imp.* HONORIVS, & THEOD. AA. *Aurelio* P. P.

CRimen [b] non dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, tegere rem scientem delicti servare. Dat. III. Non. Mart. Honorio IX. & Theod. VI. AA. Coss.

Malandrinis, & hominis mala conditionis quis non debet retinere, nec receptare vel alias punire. BALD.

X. *Imp.* LEO, & ANTHEMIVS AA. *Miniliano* P. P.

OMnibus per ciuitates, & agros habendi Bucellarios [c], vel Isauros * [d], annatosque seruos licentiam volumus esse prælusam. Quòd si quis præter hæc, quę nostra mansuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia, seu Bucellarios, aut Isauros [e] in suis prędiis, aut iuxta se habere tentauerit, post exactam cęrum librarum auri condemnationem, vindictam in eos seuerissimè proferri sancimus. Viri quoque clarissimi prouinciarum rectores in speculis * esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare: scienes quòd ex dissimulatione, dignitatis, & administrationis cingulo priuabuntur, & post centum librarum auri multam, salutis, vitæque suæ periculum sustinebunt: primaribus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio feriendis. Dat. V. Kalend. Septembr. Anthemio A. II. Coss.

DE RAPTV VIRGINVM, SEV VIDVARVM, necnon sanctimonialium.

TITVLVS XIII.

SI raptum, vel adulterium vel commissum vindicatur lege Iulia de vi publica, sicuique confirmatione: & hic quidem malis frueris. Leges Iulia mitiores sunt Constitutione. Si autem propriè Constitutio Iuliæ tit. de stupro vi commisso in virginem, aut viduam cuiuscunque conditionis, aut secta. At verò etiam in eam, & quidem malis magis adulterium vi commissum, quo casu ius est mortis, vel stupro deprehensam in stupranti crimine quemlibet sine vlla exceptione iugulare: sicut rapiendam virginem, aut viduam parentibus, fratribus, parentibus, patronis, patrono, domino. Et publicum est vtrumque crimen, & ius pœna vltimum supplicium, & adempto omnium bonorum, vt reliqui raptis, si ingenua fuerint, vel monasterio, aut Ecclesię, vbi deuota virginem, aut deuouęsa in quibus etiam forsan, si citra existum sub federit punitur: raptis autem mulieribus ex hac Constitutione raptori irrogatur quidem vltimum supplicium: sed bona non auferuntur sicut nec confiscat, & mulieris huius criminis, quod est vltimo supplicio coercetur, nec ita fuit fieri. Item ex hac causa vel publicati non mulierum opponunt proprietatem fori, vel appellantes: quod Iustin. fecit ex L. Cod. Theod. eod. cuius pars est l. pen. §. quibus est caut. Item pro pœna interdicitur nuptęs raptori, & matrimonia raptum fieri contraxit, non petit mulierem à parentibus, vel alio, à quibus eam petit debet more maiorum, etsemq; vultur obloquatur: quia res vulta, intelligitur, quæ circumuenitur, & seducitur. L. 1. §. 1. si quis voluerit. ff. de lib. hom. exhib. nec milum habetur pro raptore, qui eam volunt ducit eam inconsulto parentum, aut cognatorum eius. Et idem iuratur, vulgum trahit non malo ad adulterium ad matrimonium liberorum, & consiliatur pessimarum mulierum insigis parentibus, & cognatis illicefactis. CVIAC.

Pro rapto mulieris honestæ imponitur pœna amissionis capitis. Et deprehensus in stupranti crimine id est inflanti, potest à cuiuslibet personis, & iuueniibus, & cuiuscunque mulieris occidi impuni, & fugiens, vbicunque comprehendi potest: & debet ad mortem damnari. Res verò rapiendam non publicantur: sed si rapta non sit ingenua, successoribus reseruantur: si autem sit ingenua, ipsi applicantur: & pœna, quę imponitur rapienti, imponitur prestantibus eidem auxilium, & fauorem in ipso raptu: & rapta non potest nubere raptori. h. d. tota lex in effectu: & hoc vltimum dictum debet precedere primum dictum. BALD.

1. *Imp.* IVSTINIANVS A. *Hermogeni magistro officiorum.*

RAPTORES † virginum honestarū [f], vel ingenuarum, siue iam desponsatæ fuerint, siue non, vel quasumlibet viduarum [g] fœminarum, licèt libertinæ, vel seruæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio [h] plectendos decernimus: & maximè si Deo fuerint virgines, vel viduæ dedicatæ: quod non solùm ad iniuriam hominum: sed etiam ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cùm virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit [i] †. Et meritò mortis damnantur supplicio: cùm nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui [k]. Ne igitur sine vindicta talis crescat infamia, sancimus per hanc generalem constitutionem, vt hi, qui huiusmodi crimen

a ¶ *Raptum* non commissi in mulierem hinc colligit.

b ¶ *Honestarum* mulierum appellatione liberta non obtinetur.

c Vide quæ dicuntur.

d ¶ *Pollicet* non admittit circa *rebus* [illegible] hæc colligit *Albert. in l. si in* [illegible] *ff. de rapt. p. fin.*

e Virginitas à Deo restitui potest, non ab homine.

f Raptor quasi homicida.

† Hinc est ratio, *Raptorem, C. de apost. & vin.* Quare ex hac ad illam supplenda est interpretio. CVIA.

† Concor. 32. *q. 1. c. & Pauline. c. qui ne n. 2. auth. de clerici. eligen.*

480/C.IV.K.5-4, 2363-2364
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

crimen commiserint, & què eis auxilium invasionis tempore præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & à parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut à tutoribus, vel curatoribus, vel patrono, vel dominis, conuicti interficiantur [a]. Quæ multò magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres aufi sunt rapere: quia duplici tenentur crimine, tam adulterij (scilicet [b]) quàm rapinæ: & oportet acerbiùs adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus [b] connumeramus etiam eum, qui saltem [c] sponsam suam [c] per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga † euadere poterit: in hac quidem regia vrbe tam viri excelsi præfecti prætorio, quàm vir gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminentissimi [d] præfecti prætorio per Illyricum, & Africam, quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis præfectus Ægypti & comes Orientis, & vicarij, & proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles, & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inuenti fugerint, simile studium cum magna solicitudine adhibeant, vt eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas, & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione [e] durissimis pœnis afficiant: & mortis condemnent supplicio. Quibus, etsi appellare voluerint, nullam damus licentiam [f], secundùm antiquæ Constantinianæ † legis definitionem.

Hæc est secunda pars principalis, in qua tractat de bonis raptorum, distinguens inter raptum non ingenuæ, & ingenuæ: prohibet etiam nuptias cum raptoribus. Item distinguit inter eos, qui se affectauerunt ad ipsam delictum commitendũ, & eos, qui alias sunt culpabiles. Dicit etiam quid confessus vnlteriùs rapta non operatur. Vltimò derogat alij legibus de materia rapinæ loquentibus. BALD.

Et si quidem ancillæ, vel libertinæ sint, quæ rapinam passæ sunt, raptores tantummodò fupradictæ pœna plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem [g] passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles, seu etiam immobiles, & se monentes tam raptorum, quàm eorum [sodalium [h], comitum, vel sequentium] qui eius auxilium præbuerint, ad dominium [i] & raptarum mulierum liberarum transferantur [k], prouidentia iudicum, & cura parentum earum, vel maritorũ, vel tutorum, seu curatorum. Et si non nuptæ mulieres, alij cuilibet præter raptorem legitimè coniungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: siue maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari, nemine iudice, vel alia quacunque persona hoc quidem contemnere. Nec sit facultas raptæ virgini, vel viduæ, vel cuiliber mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere [a]: sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur à nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republ. matrimonia student sibi coniungere. Oportet [l] etenim, vt quicunque vxorem ducere voluerit, siue ingenuam, siue libertinam, secundùm nostras leges, & antiquam consuetudinem parentes, vel alios, quos decet, petat, vt † cum eorum voluntate fiat legitimum coniugium. Pœnas autem, quas prædiximus: id est mortis, & bonorum amissionis, non tantùm aduersus raptores: sed etiam contra eos, qui hos comitati [b] in ipsa inuasione, & rapina fuerint, constituimus: cæteros autem omnes, qui conscij, & ministri huiusmodi criminis reperti, & conuicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicunque opem eis tulerint, siue masculi, siue fœminæ sint, cuiuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodò capitali subiacebunt: vt huic pœnæ omnes subiacerant, siue volentibus [l], siue nolentibus virginibus, siue aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratũ. Si enim ipsi raptores metu, vel atrocitate pœnæ ab huiusmodi facinore se temperauerint, nulli mulieri, siue volenti, siue nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle [m] mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinã, induitur. Nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non facit eam velle in tantum dedecus sese prodere: parentibus (quorum maximè vindicta intereraf) si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint [n], deportatione plectendis. Sed & si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit comprehensus [o], citra sexus discretionem eum concremari iubemus, cùm hoc etiam Constantiniana † lege rectè fuerit prospectum, omnibus legis Iuliæ capitulis, quæ de raptu virginum, vel viduarum, siue sanctimonialium, siue in antiquis legum libris, siue in sacris cõstitutionibus posita sunt de cætero abolitis, vt hæc tantummodò lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus etiam virginibus, & viduis locum habere sancimus. Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinop. D. N. Iustiniano A. PP. II. Cons.

DE EMENDATIONE SERVORVM.

TITVLVS XIV.

Vim, & raptum sæpè contingere homicidia, vt & L. tit. 11. huius habet, & Constitutio eiusdẗ superiorib. idcirco post legem Iuliam, &

a ¶ *Conuicti interficiantur.* hoc ipso, quòd inuenientur in flagranti crimine: facit *ff. de vim rapt. l. palam. §. qui in adulterio.* Sed an idem si cognatus patiatur tapinã, quòd eius cognati [a] possint resistere? Resp. sic: vt non *ff. de vi, & vi arm. l. ij. §. eum igitur.* ANDRE. Videas de hoc plenè per Bart. *in l. vt vim ff. de iust. & iure in vlt. col. versic. quarto, quid de effusio*, &c. vbi tenet, quòd etiã extraneus [b] quis potest vim patientem defendere.

b ¶ *Quibus.* raptoribus.

c ¶ *Dele, saltem.* CYIA.

c ¶ *Sponsam suã.* Idem censetur si sponsa [c], vel mulier rapiat hominẽ: licèt à hoc cærò cessetur, secundùm Ioannẗ hic videtur contrà *vxorij. §. j. c. 5. & §. qui virginem. & xxvij. §. j. c. raptum.*

d ¶ *Eminentissimi.* Regendum, *eminentissimi.* CYIAC.

d ¶ *Sine fori præscriptione.* alterius: nam & hic ratione [d] delicti forum habetur *C. vbi de crimine agi oport. l. j. & C. vbi fieri. vel cõs. l. j.*

e ¶ *Quibus.* *vel.* Legẗ. sic *quibus consulta, est appellare*, &c. Id enim addendum est ex lege Constantini: cuius hoc loco meminit: ea est *in l. 1. C. Th. eod. tit. & extat* eius particula *in l. pen. C. in quib. cas. licet appellare.* CYIAC.

e ¶ *Nullam damus licentiam. sic C. tit. j. quæstionem. & C. quorum app. non recip. l. j. & C. de fal. mon. l. j.*

f ¶ *Nullam denegatis.* speciale hic, & sequenti casu, vt nihil applicemus sibi: & sic *C. de mulieribus, quæ fraus propr. l. j.* aliàs autẗ consitat, quòd publicantur omnia, vel aliqua pars, secundùm hæc iura: vt *C. de bon. damn. l. fin.*

f ¶ *Ad dominũ.* Id eadem ratione fit, qua Leo *in Nou. 34.* bona tuorũ, qui papillas corrupernnt, eis addicit. CYIAC.

g ¶ *Transferantur.* quæ omnia [f] amittit, & raptoris eligat confortiũ: vt *in auth. de rapt. mul. §. superfluum. col. 10.*

h ¶ *Expoliare.* vt *in d. auth. de rapt. mul.* Sed cõtrà xxxvij. *q. 1. c. tria. & c. placuit.* videas *c. fin. extr. de rapt.* ¶ *In Nou. 134. §. illo quoque & 34. §. 1. c. pen.* Secus tũ secundùm *cap. accedens. extr. de rapt.* CYIAC.

i ¶ *Oportet.* id est decet. sic *ff. de infit. & inf. l. j. in princ. & C. de postliminio reuert. l. fin.*

k ¶ *Contrari.* sic *C. de Nili aggeribus. l. j.*

l ¶ *Volentibus.* [a] *Vide Martinum. sing. 100. xx. L. 4. Sed arg. contrà ff. de iniur. l. j. §. osculum.*

m ¶ *Ipsum velle.* sic *ff. de sh. homicid. exhib. l. ij. §. ff. quis vulnerum.*

n ¶ *Remittentur.* gratiã vt *ff. ad legem Iul. de vi. Lege cuius. §. qui vxorem.* non tamẽ [b] *Vrtigere de* raptu parentũ: vide *gl. j. c. j. pro quibus causis fieri pro* premio liberorũ. *gl. l. transgressi. in verbis. prohibitum. C. de transact.* Adde tamẽ, & vide ad hãc quæstionẗ Bartol. *dicit. ex.* vbi hanc sententiã magis communem esse fatetur.

o ¶ *Comprehensus.* sic *C. de sacrilegis. l. j. & C. de crimine. & plenè dicit C. de transact. Leuanfigere.*

DE EMENDATIONE SERVORVM.

TITVLVS XIV.

Vim, & raptum sæpè contingere homicidia, vt & L. tit. 11. huius habet, & Constitutio eiusdẗ superiorib. idcirco post legem Iuliam, &

480/C.IV.K.5-4, 2365-2366
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

verberauerit: licèt postea decesserit seruus: non tamen criminaliter poterit conueniri: sed modicè verberabit, nec modum excedet. VIVIAN.

a ¶ *Aut loris.* id est frenis.

b ¶ *Afflixerit.* cum causa: scilicet emendandi, & sine causa, secundum Ioan.

c ¶ *Depulsa.* qua dicitur ipsum afflixerit, vel quot diebus eum etiam in perpetuum potest. Vel an fuerit mortuus intra triennium, vel post triduum superuixerit, & super baculum suum ambulauerit: hoc enim in lege Mosaica distinguebatur. Azo.

d ¶ *Sustineat.* modicè ergo cum causa, & sine causa licet, secundum Ioan. vt hic, & ff. de vsufruct. l. locum. §. ex eo. ff. soluto matrim. l. etiam. §. sinè. Sed P. dicebat licere modicè, vt emendando: & sic intelligebat hic: immodicè verò non licere: vt hic subiicit, nec verò, &c. & subsequenter videtur dicere: vt ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. j. §. fi. & Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. §. sed hoc tempore. in fine. nisi sit causa: vt ff. de verbor. oblig. l. qui seruum mortuum. & de leg. j. l. quid ergo. §. j.

e ¶ *Tetra.* id est pessima.

f ¶ *Virus.* veneni species.

g ¶ *Sanie.* id est putredine.

h ¶ *Saeuitia.* sic crudeliter, vt de barbaro fiere: vt & facit ff. de iniur. l. item apud. §. adgicitur. & l. de malesic. & mathem. l. si excepta.

a Valerianus vt tenetur de occiso, inspiciunt verò mortui si fuerit accidens [illegible] capit [illegible]. Deinde ex qualitate vulneris mortalis, vel nō mortalis, si qui occidit, in ff. [illegible] Deinde ad [illegible] diffamatiuè hic, & cap. 1. de [illegible] [illegible] de homicid.

† C. Th. lib. 9. tit. 12. l. 1. Cum.

* Hic ergo tacitè abrogat illud caput legis Mosaicae, quo distinguitur an seruus statim ex vulnere moreretur, an superuixerit [illegible] [illegible] pœna capitali. Vnde [illegible] vulnus est lethale, quandocunque moriatur, [illegible] ff. ad leg. Aquil. vide Iul. [illegible] ff. si ser. pet.

DE EMENDATIONE propinquorum.

Quia emendaris propinquorum adhibebatur, quarum quaedam illicita celebrantur: de emendatione propinquorum [illegible].

† C. Theod. lib. 9. tit. 13. l. 1.

IN corrigendis.] CASTR. Frater fratrem pro qualitate delicti punire, vel corrigere potest: ita tamen, quòd modum non excedat: sed si excedat, à iudice est puniendus.

i ¶ *Senioribus propinquis.* vt reuerenda senectute.

k ¶ *Iure patris.* quod potiùs in pietate, quàm in atrocitate consistit: vt ff. de parricid. l. diuus. ¶ Id est, moderatè, non vltra modum. Ius enim patrium est temperatissimum: vt docet Arist. in politic. & Senec. lib. 1. de Clem. de Augusto lo-

e Patria potestas in pietate consistere debet, nō in atrocitate.

& Constitutiones de vi, & rapto, & consequenter diffusius de homicidijs, quae vindicantur lege Cornelia. & Constitutionibus factis ad eam legem, prius vnde dato hoc tit. ab eius legis traditione sumamus homicidia seruorum commissa à dominis: quoniam lege Cornelia non vindicabantur, imò & per eam dominis in seruos ius vitae, necisque. At ex Constitutione huius tituli dominus reus est homicidij, qui seruum occidit animo occidendi, non etiam si seruus fortè à domino virgis aut loris castigatus, aut vinculis mox, vel paulò post interierit: hic enim casus domino non imputatur, vt ait Constitutio, in eo dierum distinctio obseruatur, quibus post emendationem, aut vincula superuixit seruus: quod rectè Azo notauit ex [illegible] ad legem Dei, Exodi 21. pro tempore datam Iudaeis. His autem Constitutionis verbis, Ictu fustis, apparet eam fustem separari à virgis: vt l. 1. C. Th. de cur. pub. & virgam minus esse, quàm fustem. CVIAC.

Dominus seruum potest castigare, siue emendare: sed non potest ipsum dolo malo occidere. h. d. & not. in hac l. quot modis homo potest occidi. BALD.

1. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Bassum* †.

SI virgis, aut loris [a] dominus seruum afflixerit [b], aut custodiae causa in vincula coniecerit: dierum distinctione [*], siue interpretatione depulsa [c], nullum criminis metum seruo mortuo sustineat [d]. Nec verò immoderatè suo iure vtatur: sed tunc reus homicidij sit, si voluntate eum ictu fustis, aut lapidis occiderit, vel certè telo vsus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo praeceperit, vel iussione tetra [e] praecipitandum esse mandauerit, aut veneni virus [f] infuderit, vel dilaniauerit pœnis publicis corpus, ferarum vnguibus latera persecando, vel exurendo oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie [g] defluentes, propè in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere saeuitia [h] immanium barbarorum. Dat. V. Id. Maij Romae, Constantino A. & Licinio Coss.

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM.

TITVLVS XV.

VT superior Constitutio dominis in seruorum emendatione permittit tantùm moderatam castigationem: ita haec senioribus propinquis in iuniores, si mediocre sit delictum, quod admiserint, quod possit intra priuatos parietes de communi sententia propinquorum etiam mediocriter coërceri: nam si res grauiorem animaduersionem desiderat, afferendi sunt iudicibus: vt l. 4. C. de patr. pot. vt serui quoque à dominis, l. circumcidere. in fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. quo exemplo dicam etiam hodie non licere propinquis mulierem adulteram coërcere maiorum more, de quo in Tiberio Suetonius, post rescriptum D. Marci, quo non licet domino statuere in seruum suum non deprehensum, quem dicit cum vxore sua adulterium commisisse. l. seruos. ff. de accus. idemque hoc argumento comprobabo. Propinquis senioribus haec Constitutio hoc tantum dat, vt filios iuuenes patrio iure corrigant: atqui pater in filium infamem, in necem statuere non potest, sed eum offerre iudici debet puniendum. l. 2. ff. ad leg. Corn. de sicar. quam ita esse accipiendam inscriptio arguit: imò nec in filiam adulteram, nisi deprehensam in flagranti crimine ex lege Iulia: ergo nec ex hac causa propinquis senioribus in minores natu quidquam statuere licet. CVIAC.

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat iudicium ordinis iudiciarij. BALD.

1. *Impp.* VALENTIN. & VALENS AA. *ad Senatum* †.

IN corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis [i] tribuimus potestatem: vt quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat: neque tamen nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus: sed iure patrio [k] auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat. Quòd si atrocitas [l] facti [*] ius domesticae emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Dat. Pridie Kalend. April. Valentiniano, & Valente AA. Coss.

AD † LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS [a].

TITVLVS XVI.

SEquitur lex Cornelia de sicarijs, qua homicidia capitali pœna coërcet. Lex ait, Qui hominem occiderit dolo malo. quae verba generaliter comprehendunt: quamcunque occisorem puberem, vel impuberem doli capacem, vt alio capite eiusdem legis, Qui venenum malum fecerit: M. Tullius pro Cluentio omnes, ait, viros, fœminas, liberos, seruos in iudicium vocari, ac similiter occisum quemcumque etiam seruum, & peregrinum. l. 1. §. & qui hominem. ff. eod. & infantem imperfectum hominem, l. penultim. hoc tit. & ait, Dolo malo, vt excludat casum fortuitum, vel improuisum, l. 1. & 5. & sua vita tuenda causa, l. 1. §. 4. Post addit etiam eum puniri, atque homicidam teneri, qui cum telo in publico ambulauerit hominis occidendi causa, l. 7. lege Iulia de vi publica teneri, qui vel cum telo in publico ambulauerat, l. 3. §. 1. ff. ad leg. Iul. de vi public. lege Cornelia, qui occidendi hominis causa tantum. CVIACIVS.

quens. CVIACIVS.

l ¶ *Atrocitas.* id est si sic grauiter deliquit, quòd non sufficit ad pœnam correctio propinquorum: puniat iudex. Vel dic atrocitas facti: id est, correctionis, quia excessit [a] modum in corrigendo: reus de puniatur: vt si est pater, qui filium occidit ex voluntate, puniatur de parricidio: vt §. eo. §. alias non tenetur: sed si sine causa malè tractat, cogitur emancipare: vt ff. si à parente quis fuerit ma. l. diuus Traianus. Alij propinqui pro meta iudicium hic dicit.

a Pater filium occidens, vel eum malè tractans, qualiter puniatur.

AD LEGEM CORnelium de sicariis [b].

a ¶ Haec lex lata est à Cornelio Sylla dictatore. l. 2. §. deinde Cornelij. de origine iuris. Seneca, lib. 2. de diuina prouidentia. Lucius Sylla capita ciuium Roman. vidit amputata: ipse tamen est, qui legem Corneliam tulit. Sicarij autem sunt homicidae, sic dicti à sica, quod est culter Iustiniano. §. sicarij. Instit. de public. iudic. Suidas ait sicarios esse latronum genus, & Romanos sicas vocare gladios incuruos. Huius legis pœna non fuit initio capitalis: quod ex eo constat: quia lege Portia verabatur, ne ciuis Roman. verberaretur, aut occideretur, & Milo cędis Clodij reus Massiliam deportatus est: sed tempore Plinij cœpit esse capitalis. Vide eum lib. 10. natur. histor. CVIAC.

b vide Bassum in praxi crimin. tit. de homicidio, & de mandato ad homicidium.

Quia in violentijs committitur homicidium: de eo dicit, quod per legem Corneliam de sicarijs punitur. Et est sica latens cultrum: sed largè interpretatur telum, vt omnia arma comprehendat: vt Instit. de public. iudic. Lit. in lex Corn. Sica quid.

FRater.] CASTR. Miles fortuito casu quendam interfecit: praeses pro eo misit, nec venit: frater suus consuluit principem, an expediret, vt se praesentaret? Respond. quòd sic: quia non punitur de homicidio, si probet se casualiter interfecisse: quia sine voluntate non contrahitur crimen. VIVIAN.

* Olim nulla atrocitas facti hoc ius excedebat. nam de crimine latae maiestatis iudicia domestica exercuit in filium suum Brutus apud Liu. & Dionys. sed hodie post legem Pompeiam, & alia S.C. adhuc dominis seruos bestijs tradere: sed modicè castigare, l. [illegible] ff. ad leg. Corn. de sicar.

† Vide interpretationem Marci. ad hanc constitutionem.

480/C.IV.K.5-4, 2367-2368
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

a ¶ *Obtulerit*, quàm si sciret se.

b ¶ *Non occidendi animo.* Sed quomodo probatur negatiua? vt C. de probat. l. actor. Respond. per præsumptiones, probando amicitiam, & affinitatem, & qualitatem occidentis, & etiam per sacramentum purgationis: vt argum. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. præsenti. §. fecuit. fic & ff. de iniur. l. si non conuicij. ACCVRS.

c ¶ *Remissa.* Nor. impœpeii: nam in eam non incidit. sic ff. de verbor. oblig. l. decem.

d ¶ *Militarem.* Qualiter consulitur ei, vt sit sub præside, cùm miles erat? vt C. de iurisd. omn. iud. l. maiores. Respond. quia enorme est delictum: vt C. vbi senat. vel clar. l. j. Vel adeò notorium erat eum esse innoxium, vt etiam sub præside non suo iudice consulatur ei, vt consentiat.

e ¶ *Si & voluntas*, hoc est vt habeat locum lex Corn. de sic. vt ff. eod. l. j §. diuus. & l. lege. & l. infans. & arg. ff. de iniur. l. qui iniuriarum. & Inst. de oblig. quæ ex delicto. §. placuit. & ff. de pœnis. l. respiciendum. §. fin. culpa tamen contrahitur etiã sine voluntate delinquendi: vt ff. ad legem Aquiliam. l. qui occidit. §. fin. & ff. de minor. l. si ex causa. §. si mulier.

f ¶ *Plerunque*, hoc dicit: quia qui hominem per lasciuiam occidit, in aliquo punitur: vt ff. eo. l. lege. §. item quidam. Item qui incendia fortuita commisit: vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitiam. Item cõmentariensis tenetur, qui non bene custodiuit: vt ff. de cust. reor. l. carceri. & C. de custod. reor. l. ad commentariensem. ¶ Et not. quòd non dicit hic, casu fortuito sed d, improuiso: vnde omnia exempla possunt dari ad distinctionem plerunque, quæ habes C. de offic. præfect. præt. Orient. l. si quæ.

Is, qui aggressorem.] CASVS. Si Titius aggrediatur Seium, & interficiatur Titius, non tenebitur Seius lege Cornel. de sicar.

g ¶ *Is, qui aggressorem*, intelligunt quidam id est eum, qui vel nocturnus depopulator est, vel de die itinera frequentata insidiis obsedit: vt C. quando lic. vni. sine iud. l. j. s. Vel dic etiã aliam, qui insultum faciat: dummodò ad defendendum, non vindicandum fiat: vt hic, & C. l. prox. & distinxit C. ad leg. Iul. de vi l. quoniam.

h ¶ *Alium*, qui cum aggressore sit faciat. Vel, vt puto, etiam non socium: cùm dicat in discrimine eum constitutum. & facit ff. eod. l. j. in fin. & ff. ad leg. Aquil. l. si quis fumo. §. j.

n ¶ *Si quis percussorem.* Hæc l. delenda est. CVIAC.

i ¶ *Peccasse videtur.* vt C. l. prox. & ff. ad leg. Aquil. l. sed & si quemcunque. in princ.

Codex.

Probans non animo occidendi se percussisse, non punitur pœna homicidij: sed minori. BALD.

I. *Imp.* ANTONINVS A. *Herculano, & alijs militibus.*

FRATER † vester rectiùs fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit a. Qui si probauerit * non occidendi animo b hominem à se percussum esse: remissa c homicidij pœna secundùm disciplinam militarem d sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas e nocendi intercedat. Cæterùm ea, quæ ex improuiso casu potiùs, quàm fraude accidunt, fato plerunque f, non noxæ imputantur. PP. II. Kalend. Februar. Læto II. & Cereale Coss.

Aggressus in dubio vita discrimine constitutus, potest suum occidere aggressorem: si ergo erat certus, quòd non erat in dubio discrimine vitæ, non potuisset occidere aggressorem: quia excederet modum. BALD.

II. *Imp.* GORDIANVS A. *Quintiano.*

IS, qui aggressorem g, vel quemcunque alium h in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. III. Non. April. Ariano, & Pappo Coss.

Potest quis gladio propriã salutem defendere, & repellere aggressorem. h. d. Et not. hanc legem, & vide, quæ scribit Innocent. extr. de restit. spoliat. cap. olim. 1. BALD.

III. *Idem A. Quintiano.*

SI † quis percussorem n ad se venientem, gladio repulerit: non vt homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur i.

Licet occidere latronem telo resistentem. BALD.

IV. *Imp.* GALLIENVS A. *Minario.*

SI * (vt allegas) latrocinantem k peremisti: dubium nõ est, eum, qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæsum videri. PP. XIII. Kalend. Febr. Valerio, & Lucillo Coss.

Si vt.] CASVS. Si furripientem res tuas interfecisti, nec lege Cornelia de sicariis teneberis.

k ¶ *Latrocinantem.* Id a est aggressorem: vt supra proxima. Vel dicitõ est furem: & si b quidem est nocturnus, ipsum occides: vel si se telo defendat, vel si sine periculo personæ, vel rerum parcere ei nõ potuisti: mendõ clam est. si verò diurnum, ita demũ, si se telo defendat, vt percipi potest. ff. ad l. Aquil. l. itaque. §. ita. & ff. eo. l. furem. & ff. de fur. l. si pign. §. j. tẽpus c aggrauat delictum: vt C. ad leg. Iul. de adult. l. Gracchus. & ff. de pœnis. l. aut facta §. j. & §. tempus. Femina d in die potest cognosci: tẽdõ nõ sic nocte, si euadit, cùm postea possit capi. ADDITIO. Videas cap. In c. interfecisti. & ibi Abba. & in ca. si perfodiens. extra de homicidio.

Non præsumitur, quòd ille, qui cum calce solo percussit, percusserit animo † occidendi: si ipse hoc allegat: quòd non percusserit animo occidendi. BALD.

V. *Exemplum sacrarum liter.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Agathio.*

EVm, qui adseuerat homicidium se non voluntate: sed casu fortuito † fecisse, cùm calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione l nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. VII. Kalend. Decembr. Sirmij, ipsis AA. IV. & III. Coss.

Eum, qui.] CASVS. Si quis fortuito casu percussit quendã calce, & interfectus est: nunquid tenetur lege Cornelia de sica. quæritur. Et respon. quòd non.

l ¶ *Adnotatione.* iste amiserat bona per adnotationẽ: quia vocatus ab Imperatore noluit venire: postea venit, & probauit se non esse homicidam, & ita recuperauit. AZO.

¶ Sed qualiter negatiua f probabitur? Dic, vt dixi C. eod. l. j. vel dic, quòd alij induxerat.

Adultus l homicida tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis. BALD.

VI. *Idem AA. & CC. ad Aquarium.*

SI quis te reum legis Corneliæ de sicariis fecerit: innocentia purgari crimen, non adultæ ætate g m defendi conuenit. S. VI. Kalend. Nouembr. Romæ, CC. Coss.

Si quis.] CASVS. Minor quidam interfecit: vult se excusare eo prætextu, quòd minime teneatur l leg. Corneliæ: quia si minor an sit apprehendat, quæritur. Et dicitur quòd non, nisi probet se ignorantẽ esse h.

l ¶ *Adulta ætate.* i. non rectè quis probat, ideò non fuisse sibi animum occidendi, quòd non sit adultæ ætatis, aut quòd sit adultæ ætatis tantùm. CVIAC.

m ¶ *Ætate.* cùm etiam minores in delictis teneantur: vt & C. si aduer. delict. l. j. & C. de pœnis. l. impuniras. & ff. de min. l. auxilium. §. in delictis, vbi de hoc dices. & ff. ad leg. Iul. de adult. l. si vxor. §. si minor. & l. si minor. & facit C. de pœna. l. reil. & ff. de publ. iud. l. 2. qui. & C. de acc. l. ad ideo.

Insidians cum telo factus animo occidendi, punitur pœna homicidij. BALD. *Licet hoc sit verum de rigore: tamen non seruatur de consuetudine, † secundum Speculatorem.*

VII. *Idem AA. & CC. Philippo.*

IS qui * cum telo ambulauerit n hominis necandi causa: sicut is, qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo o factum erit commissum: legis Corneliæ de sicariis pœna p coërcetur. S. VII. Kalend. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

Is qui.] CASVS. Non solùm is, qui occidit: sed qui ambulat cũ telo hominis necãdi causa, tenetur lege Cornel.

n ¶ *Ambulauerit.* volũtas enim, nõ l exitus inspicitur: vt ff. eo. l. diuus.

o ¶ *Dolo malo.* non culpa, vt ff. eod. l. in lege.

Aggrediens infantem causa occidendi, punitur vt homicida. BALD.

VIII. *Impp.* VALENTIN. VALENS. & GRATIA. AAA. *ad Probum P. P. †*

SI quis necandi infantis q piaculum r * aggressus s, aggressáve † sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP.

p ¶ *Pœna.* quæ l est deportatio in maioribus: sed in minoribus decapitatio, vel bestiis subiici: vt ff. eo. l. eiusdem. §. fi. & l. pen. ACC.

q ¶ *Si quis necandi infantis*, qui nondum est natus m, vel etiam iã sit natus.

r ¶ *Piaculum.* Id est crimen sanguine piandum: vel quod pietatem promouet. ACCVRS.

s ¶ *Aggressus*, etiam si non necauit: vt C. l. prox.

480/C.IV.K.5-4, 2369-2370
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

Diuiſio.

S*i ſerob.*] Primò quæſtio hiparitia. Secundò eius ſolutio. ſecunda ibi, In eadem. Cauv. Si mulier voluit interficere virum, lege Cornelia accuſabitur: & ad veritatem eruendi ſui torquebitur. ¶ Coniungend. cum l. 13. *Ead. leg. Iul. de adult.* in qua aliqui proponitur casus, quo ſeruus in dominum corqueri poteſt, cùm de adulterio quæſtio eſt. Ea ſi. nonnulla ſunt ex *l. 4. C. Th. ad leg. Iul. de adult.* & veriusq; debet eadem eſſe inſcriptio, & ſubſcriptio. Cvtac.

† *Cod. Th. lib. 9. tit. 7. l. 4. & cod. volumen.*

a ¶ *Reprehendam.* facit *l. de adult. 1. in adulterij.* Sed argum. contra *l. de quæſt. §. 3.* Sed hoc ſpecialiter eſt, ſeruum torqueri in caput domini.

DE HIS, QVI parentes, vel liberos occiderunt.

De ſpeciali homicidio dicit.

a ¶ Occiderint. *Parricida autem non tantùm is eſt, qui parentem occidit: ſed & etiam, qui hominem liberum. Nam diffinit quaſtionem parricidij. l. 1. §. & quia. ff. de orig. iur. Modo autem nomen parricidij in certi perſonam conſiſtit, neque omnis homicida parricida eſt, ut eſt, numeratur in l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Cvtac.

C. Th. 9. 15. 1.

S*i quis.*] Cauv. Pater filij, vel conuiuerſo, vel aliquis defendentium aliquem de afferentibus, vel conuiuerſo ſi interfecerit, Quam pœnam ſuſtinebit, quæritur? Et dicitur quòd inuoluitur, &c.

† *Si affectionis ſua, quæ nunc exprimitur pœnam conuiuerſo.*

b ¶ *Aut omnino affectionis.* id eſt affectatæ perſonæ eius, quæ parricidij, &c. quales ſunt parentes, & liberi in infinitum: vt *ff. de in iur. vocand. §. parentes, & l. fil. §. liberos,* quod ergo dicit *ff. ead. l. pen.* tantum patrem, & matrem: ſuppole & ſimiles: vt afferdentes, & defendentes. Accvrs.

* *al. propriamente.*

c ¶ *Properauerit.* occidendo, vel tentando occidere: vt *ff. ad l. Iul. de vi, & l. veteres, & l. fi ſciente.*

d ¶ *Ignitus.* Solebant enim, vt ait Paulus *li. 1. ſentent. tit. 24.* parricidas ant beſtiis obiicere, aut viuos combuere. Itaq; Conſtantinus permiſit more maiorum introductum, quæ in vſu eſſe deſierat, reduxit. Cvtac.

d ¶ *Solemni pœna.* vt & *Inſtit. de publ. iud. §. alia deinde.* Sed videtur pœna legis Corn. de ſicar. habere locum vt *ff. ead. l. 3.* quæ eſt contrà. Sol. dic quòd hæc illam cor-

VII. Id. Februar. Romæ, Gratiano A. III. & Equitio Coss.

Ad probandum quòd vir vxorem voluit occidere, vel ceuerit: ſeruis vtriuſque fuit torquendi. Salvc.

IX. *Impp.* Gratia. Valentia. Theod. & Arcad. AAA. Cyneglo pp. †

SI fortè mulier marito mortis paraſſe inſidias, vel quo-

DE HIS, QVI PARENTES, vel liberos occiderunt a.

Titvlvs XVII.

IN quibuſdam libris additur, ad leg. Pompeij. *nam eſt alia lex Cornelia fuerit de parricidij. l. 1. §. capta. ff. de orig. iur. l. vlt. C. Th. ad leg. Corn. de falſ. tamen lex Pompeia magis recepta eſt tanquam neceſſaria, & latiſſima, qua pro parricidio etiam habet eadem ſignificatione ex transuerſis, & adfinium, & patronorum, & conſtituit. Propter enim parricidium commiſitur tantùm inter parentes: & liberos: quod Conſtitutioni huius tit. magis placet puniri more maiorum primitus vitijs ſanguinis eſſe parricida. l. pen. ff. ead. quales vitijs liberorum eſſe apud Pilinium lib. 10. flaccidus ſanguinis, qui adoribus inſolitibus adnumerantur, vt quemadmodum alij crimiuoſi more maiorum arbori infelici ſuſpendantur, ita parricida aut ſupplicium cadantur ſuſtinet ex arbore infelici diuerſis, deinde inſuuntur culleo, Simiaeq; cum ſerpentibus, Codicum Digeſtorum Inſtitut. cum impij animalibus impij homines, vt inter ſacratiſſ. Imp. Adriani legi, qua reformat etiam parricidam inſorum culeo cum illis animalibus plenoſſe iuſſit habere atque in mare deportari, & abyſsi in profundum. Nam hæc pœna diuina in Inſtit. quæ eſt verriſſima: quia non erat in vſu ante hanc Conſtitutionem, non erat ſolemnis, vt hac ipſa Conſtitutio ait. Videlicet notandum eſt, quod Iuuenius ſcribit in Angelo, hoc acerbiſſimo ſupplicio nec conuiuium, & manifeſtij parricidij reum adfici ſolitum, niſi vitro confoderetur.* Cvtacius.

Parricida, & ſimiles debent inſui in culeo: vbi ſit canis, gallus, vipera, & ſimia, & proiici debent in flumen. b. d. Sed iſta pœna non eſt in vſu. Salvc.

I. *Imp.* Constantinvs A. *ad Primum vicarium Africæ* †.

SI quis parentis, aut filij, aut omnino adfectionis b † eius, quæ nuncupatione patricidij continetur, fata properauerit * c: ſiue clam, ſiue palam id enſiſus fuerit, pœna patricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus d, neque vlli alij ſolenni pœnæ d ſubiugetur: ſed inſutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo *, & vipera, & ſimia, & inter eas ferales anguſtius comprehenſus, ſerpentium contubernio miſceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem f proiiciatur: vt omni elementorum f vſu viuus carere incipiat, & ei cœlum b ſuperſtiti, terra mortuo i auferatur. Dat. XI. Kal. Decembr. Licinio V. & Criſpo Coss. [Accep. Prid. Id. Mart. Carthagine, Conſtantino A.V. & Licinio Caes. Coss.]

† *Per domiſtico crimina domeſtica, ſitti proſcriptiones adde l. 1. §. ſi. l. de repud.* Iof quidq; crimina potrò per ſuos ſecretos modos probandi, procedit proiectio quoddam modo irregularis, vt ea tit, quæ ſi indicia per minores, mulieres, ſtatim criminis, & hominibus inhabiles perſonas, de quibus vide Marill. 160.

DE MALEFICIS *, & mathematicis, &c.

Dictum eſt ſupra de homicidijs: ſed quia homicidia quandoque committuntur venenis, & arte magica, ideò de his pœnis. Azo.

a *Adde Rofiid. in prae. titulo de ſicariis, & Mathematicis.* 48.

7 ¶ *Maleficis.* Vide Tarlelum' *lib. 1. cap. 17.* Cvtac.

b ¶ Mathematicis. *ſine aſſiduitate debet eſſe aliquem quadriuium ſignificat, prima breuis eſt, & altera longa.* Azo. *Vide verſus, Verri ſacris mathesis, ſed diuinare mathesis.*

1 ¶ Pleb. eſt. id eſt atrocius, & tenetur Cornelia de ſicariis: vt *hic, & ff. ad leg. Cornel. de ſicar. 1. Leuiſſimum in poine.* Accvrs.

* *confer Momiaeum. ti. 9. cap. 15. vbi hic titulus explicatur. Cuiacius.*

† Tarlelum *l. 1.* tentat cidiſcre in 9. Martium magum extra portam Populium mare prefio antimatheriſſe cùm claſſicum canere audiſſet. Iof alium magum nouiſſe. Primorum è ſano diuerſis eſſe. Iof multa fabulaſ de magis Italia pullulabat. Cuiacius.

Atrocius eſt venenum, quàm occidere gladio. Baldvs.

I. *Imp.* Antoninvs A. *Titio,*

PLvs eſt i hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio. PP. ſine die, & conſule.

II. *Impp.*

480/C.IV.K.5-4, 2371-2372
© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

A*Rtem Geometria.*] CASVS. Discere, & docere Geometriam non est prohibitum: sed divinare sic.

a ¶ *Artem Geometriæ*, id est de mensura terræ.

b ¶ *Mathematicæ*. Id est, Geometriæ. CVIAC.

N*ribus.*] CASVS. Iacentiore, vel aruspex ad domum alterius accedere non debet, quod si fecerit, concremabitur: & qui eum receperit, deportabitur: & omnia sua bona confiscabuntur: & qui talem accusaverit, crimen delatoris non incurrit: sed præmium accipit. VIVIAN.

† *Cod.Theod.p. tit.16.l.10.*

b ¶ *Nullus aruspex*, id est momentorum inspector, vel horarum, quo puncto aliquid sit inchoandum dicens. Et dicitur ab aus, & inspicienquia ex auium garritu quandoque percipiunt. ¶ Dele totam hanc glossam. CVIAC.

β ¶ *Sacerdos*. Magus. CVIAC.

c ¶ *Sacerdos*. Id est doctor necromantiæ.

d ¶ *Crimina*. hoc est, qui accusat aruspicem. ACCVRS.

E*Orum.*] CASVS. Ille quinondus est, qui per artem magicam cõtra hominem salutem aliquid machinatus est: vel animos mulierum ad impudicitiam provocauit: ille verò, qui per inclinationem suam gaudines, vel intemperiem aëris, quò magis fructus saluetur, fudauerit: punienda non est.

e ¶ *Pudicos*. Sic *ff. de pœnis. l.ff qui aliquid §. qui abortionis.*

f ¶ *Crimination ibus*. Id est accusationibus.

N*ullus.*] CASVS. Nullus debet cõsulere incantatorem de bis, quæ futura sunt: nec Chaldæos, nec maleficos: & qui contrà fecerit, vltore gladio capitali potuit subiacebit. VIVIAN.

¶ Hæc posterior legis pars reiecta est ex lib. Rufi. tanquam inique, & cum omnibus dissit. Lex in *pen. ff. in qui vehiunt fugitiuos hos affecti dos affici.* CVIAC.

g ¶ *Arioloum* id est aris, vel altaribus, & sacrificiis demonum deseruiens. ACCVRS.

h ¶ *Chaldæi*. id est incantatores.

i ¶ *Curiosus*. nõ enim est nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ, &c.

k ¶ *Supplicio capitis*, quia concremabitur, vel destibus ferarum dabitur dilacerandus. Vel debet deportari, vel decapitari: vel *Lex. Iuliæ pecuniarum. l.3. & l.3. pecu. & l. ff. si cæsæ. & l. fin.* quæ omnes sunt pœnæ capitales. Sed iniuriarum non tenetur, si quis furem discrit in diuinandis: vt *ff. de inter. Litem apud Labeonē §. ff quæ afferlegan. & facit l. de paganis, & sacrifi. 13.*

e Atque hæ pœnæ capitales prohibitæ videntur retineri ad *Iul. de l.3. & l.3. pecu. & l. ff. si cæsæ. & l. fin.* quæ omnes sunt pœnæ capitales. *Lex Iuliæ de iniuriis: vt tit. sedes Codex autem §. capitalium, & vbi Bal. ff. de adq. rerd.*

11. *Imp.* DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Tiberio.*

A*Rtem Geometriæ* a discere, atque exercere publicè interest. Ars autem Mathematica b damnabilis est, & interdicta omnino. S.XIII.Kalend. Septembr. Sirmij, CC.Coss.

Diuinatores cancrementur: & res eucantes, cum publicatione bonorum deportentur. SALYCET.

III. *Imp.* CONSTANTINVS A. *ad Maximum* †.

N*Vllus* aruspex b, nullus sacerdos β c, nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alterum causam: sed huiusmodi hominum amicitia (quamuis verus) repellatur: concremando illo aruspice, qui ad domũ alienam accesserit: & illo in insulam deportando post adeemptionem bonorum, qui eum seduxauerit suasionibus, vel præmiis. Accusatorem autem huiusmodi criminis d, non delatorem esse: sed dignum magis præmio arbitramur. PP.Kal. Februar. Romæ, Constantino A. V. & Licinio CC.Coss.

Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi: non si faciant ad finem boni. de iure veri tamen, etiam si faciant ad finem boni, xxvj. quæst.ij. cap. illos. & cap. ex tuarum. extra de fortilegis. & cap.fin. eod. titul. vbi glossf. BART. & BALD.

IV. *Idem A. ad Rufum p. v.*

E*Orum* est scientia puniendæ, & seuerissimis meritò legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos e animos ad libidinem deflexisse detegentur. Nullis † verò criminationibus f implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut venris, grandinisque lapidatione quaterentur: quibus non cuiusquam salus, aut æstimatio lædeteur: sed eorum proficerent actus, ne diuina munera, & labores hominum sternerentur. Data X. Kalend. Iun. Aquileiæ, Crispo, & Constantio CC.Coss.

Nullus debet consulere diuinatorem & quibus à diuinando debet cessare: & contra facientes punitur. SALYCETVS.

V. *Imp.* CONSTANTIVS A. & *Iuliano C. ad populum* g.

N*Emo* aruspicem consulat, aut mathematicum, nemo ariolum h. Augurum & vatum prauæ confessio conticescat. Chaldæi i, ac magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hãc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas k. Etenim supplicio capitis l feriatur gladio vltore prostratus, quicunque iussis nostris obsequium denegauerit. Dat. VIII. Kalend. Februar. Mediolani, Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. COSS.

Qui demonis incantant, vel imagines cereas incantant, puniuntur. SALYC.

VI. *Idem A. & C. ad populum* †.

M*Vlti* a magicis artibus vsi, elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant b, & manibus c accitis audent ventilare d, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos. hoc, quoniam naturæ peregrini sunt, ferralis e pestis absumat f. Dat. Prid. Non. Decembr. Med. Constantio A. IX. & Iuliano II. Coss.

Nulla dignitas excusat maleficos, & mathematicos, quin subiciantur tormentis. BALD. Vel sic: *Priuilegia à tormentis exempti de crimine maleficio, vel magicæ accusati possunt sine præiudicio torqueri: & culpabiles inuenti sunt puniendi.* SALYC.

VII. *Idem A. & C. ad Taurum p.p.* †

E*T* si excepta a tormentis sunt corpora honoribus præditorum b, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonstrantur c: etsi homines magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodũ maiestatem: si quis magus, vel magicis carminibus adiectus, qui maleficus vulgi consuetudine noncupatur: aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, vel mathematicus, aut engrandis somniis occultans artem aliquam diuinandi, aut certè aliquid horum simile exercens, in comitatu meo, vel Cæsaris fuerit d deprehensus, præsidio dignitatis exutus, cruciatus, & tormenta non fugiat. e Si verò comitibus A f fortè, & ad proprium facinus detegentibus g repugnauerit pernegando: sit eculeo deditus, vnguisque fulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. III. Non. Iulij Arimini, Titiano, & Cæsare Coss.

Ars Magica non potest disci, nec doceri. SALYC.

VIII. *Imp.* VALENTINIANVS, & VALENS AA. *ad Modestum p.p.* *

C*Vlpa* a similis est, tam prohibita discere, quàm docere. Dat. Prid. Id. Decembr. Constantinop.

† *Cod.Theod.p. tit.16.l.12.*

† *Malf. diuin. in mori pu. CVIAC.*

† *Ex C.Th. ibid. l.9. Sed non est, quod Valentinian. l. 2. p.10. vbi Hortiscinam, nec aliquam pœnam mortis, concessam, à se non posti in aliqua genere criminis, nec à se reprehendi dicit necessitatem cerrori venia. vt. 'o maleficos imperatores, qualiter Chaldæorum, aliquas reformasse superstitiosa vetustas repulsas? ut. l. 3. ibid.*

† *C. T. ibid. l. 6.*

* *Hunc C. pulchrè declarat Alciat. in author. in pubertate tit. 1. Cod. super l. mensure.*

* *C.T. ibid. l. 8. in fin. & tit. 11.*

a Paris sunt prohibita discere, & docere.

b Fuere ibi per ætatem, vel per culpa est.

Quicunque.] Caeva. Si aliquis maleficiorum labe pollutum audierit, & deprehenderit, fiatim ad iudicem eum ducat: & si quis plausitarius talem oppeserit, vel si quis alius, vltima supplicia puniat.

a ¶ Oppeserit. id est occiderit.

b ¶ Arcuerit, quàm debet.

Valentiniano, & Valente AA. Coss.

Maleficium licet cuiuscunque capere, & iudici præsentare: sed nemini licet occidere. Bald.

DE SEPVLCHRO violato.

Re * vinis violare *dicit: nunc de moveris, & eorum domibus, sublevet sepulchra*: vt ff. eod. L. si quis sepulchrum.

Religiosum.] Caeva. Qui cum religiosam contrectat, dilaniando, vel emendo fecisse: licet vendito non temerè tamen sacrilegij crimè incurrit.

c ¶ Nominè, correctiuè ponitur sic: Stichus, imò Pamphilus, liber, vel heres esto: vt ff. de manum. test. L. Titius, & de hered. inst. L. si ita scriptum.

e ¶ Contigerint. Vt tollant, aut violent. Cujac.

d ¶ Contigerint. vim inferendo.

e ¶ Diffrahere, contrectando. ¶ Sed quid si vendidit, & emptor tertiò volente venditore, an vendere tenetur? Resp. sicut argum. L. de aq. pluv. l. mouere. Idem dicit quidam, si tantum vendidit, & nemo contrectauit, per legem ita tam. f ¶ Non subjicitur, inter scientes, vel emptore solo scientem: ff. de contrah. empt. L. liij. & l. liij. & l. liberi. & Instit. de contrah. empt. §. fin. & ad hoc facit C. de admitt. l. rem. & de excus. tut. Lampridius.

